Oportet ex hoc precise q intrinsecū sicut nec oportet q sit ens realiter nec per ꝓsequēs oportet q alia quā proportionē que sit relatio realis habeat ad intrinsecū intelligentē sed sufficit q sit per se repsentabile ab obiecto primario: qđ est diuina essentia q summe est sua intensiōe proportionata. ¶ Ad quā tū dico q sciētia realis eterna nō oportet q teneat obiectū reale eternū nec scitū est sed sufficit. q obiectū suū licet nō sit res in actu sibi tamen non repugnat esse rem in actu ⁊ precipue nō oportet hoc de obiecto secūdario diuine scientie ad cuius realitatem sufficit realitas obiecti primarij qđ est diuina scientia preterea etiā dici potest q deus ab eterno non sciuit res habere verū esse i actu essentie et ab eterno. tūc enim sciuisset falsuz sed sciuit eas aliqñ habituras tale esse puta quādo crearētur. licet eñ ab eterno nouisset quidditates nō tamen nouit eas esse realiter ab eterno. ¶ Ad sextuz quādo dicitur q quidditatiue nichil nō potest fieri aliquid dicit vno modo q verū est. quia tunc nichilitas fieret aliqua entitas qđ est impossibile. Sed ad minorē dicitur q creatura licet sit nichil anteq̄ creetur. non tamē est quidditatiue intrinsece sed denominatiue humanitas enim nō est quidditatiue: non humanitas siue anteq̄ creetur siue post. licet enim entitatē creature in actu et creationē ei⁹ precedat negatio. et sue existētie ⁊ sue essentie. non tamen debet dici q creatura siue anteq̄ creetur siue post sit illa negatio vel quidditatiue negata per illā: sed denominatiue sicut affirmatio denominatur negata ab ipsa negatione. ¶ Aliter dicitur q licet quidditatiue nihil nō fit aliqđ pmutationē sicut de nichilo nihil fit sed bene per creationē. ¶ Ad septimum dico q Augustinus loquitur de potentia vel possibilitate subiectiua vel receptiua cuius est materia vel subiectū ad actu existens. Non autem loquitur de possibilitate vel potētia obiectiua quā comitatur negatio totalis esse rei possibilis sicut e st in creatione.

¶ Ad vltimū dico q creatura āteqū creetur ꝓpost nō est realiter eadem sibi ipsi licet etiā non sit realiter alia a seipsa quia anteq̄ creetur non est aliquid realiter sed nichil. Inter nichil autē ⁊ aliquid non est identitas realis nec alietas. vnde quando dicitur q idem ratio que erat in potentia ⁊ intellectus erat anteq̄ crearetur ⁊ similiter eadē littera concipitur ⁊ nunc est in actu ⁊ producitur ⁊ pro tāto dicitur q est alius homo vel alia littera que concipitur vel producitur: sed eadem nō realiter sed scōm rationem et ita patet q auctoritas Augustini non est ad propositum. ¶ Similiter etiā dico q creatura anteq̄ crearetur: nec erat eadem dictio realiter nec diuersa ab ipso realiter nec etiā ab alia creatura: q nō erat realiter et in actu: sed tm̄ possibiliter quare ꝛc. Ad alia argumēta. ¶ Ad primū principale dico q potētia obiectiua ⁊ actus sibi oppositus eo modo quo dicit cōmentator ⁊ primo de anima q sunt differētie valde oppōsite et diuidūt ens sicut viuū ⁊ mortuuz diuidunt hominē. vnde sicut homo mortuus nō est homo simpliciter ita nec homo in potētia obiectiua ⁊ ita nō sequitur q ly creature ab eterno sint possibiles q sint vere entes. immo magz q nō entes. Ad scōm dico q creatura anteq̄ creetur nō plus habet de entitate vera reali in actu q̄ chimera verū est tm̄ q sibi nō repugnat habere entitatē sicut nec produci hoc autē repugnat figmētis ⁊ impossibilib⁹ propter implicationē cōtradictionis sicut dictū est in primo. ¶ Ad tertiū dico q illa ꝓportio cōmutata non valet: nec etiā est eadem multiplicitas vel sub multiplicitas primi secūdi tertij ⁊ quarti. Jn ꝓtradictorijs aūt numq̄ valet verbi gratia si dicatur sic. Sicut se habet homo ad nō hoiem sic animal ad nō aīal quia vtrobiq̄ ē contradictio ergo a trāsmutata proportione sicut se habet homo ad animal sic non homo ad non animal sed omnis homo est animal ergo omne non homo est nō animal ergo asinus est nō animal planuz est q nō valet: quia nō est idem ambit⁹ primi secūdi tertij et quarti: sed iam plus est animal q̄ homo et nō homo q̄ nō animal. ⁊ ideo si in talibus debet valere debet ꝓnumerari proportio cōparando primū ad tertiū ⁊ quartū ad secūdū faciendo de quarto subiectuz ⁊ de secundo predicatū sic dicendo sicut homo ad nō hominē si animal ad nō animal ergo sicut homo ad animal sic nō animal ad nō hominem: sed omnis homo est animal: ergo omne nō animal est nō homo. ⁊ tunc euitatur fallacia cōsequentis. Jn proposito dico q nō valet cōmutatio: quia nō est eadem multiplicitas vel ambitus terminoz quādo enim dicitur q sicut ens ad nō ens ita possibile ad impossibile ꝓceditur: sed quādo dicitur vltra sicut ens ad possibile: ita nō ens ad impossibile nō sequitur sed econuerso impossibile ad non ens et ideo debet cōcludi q sicut ens ē possibile ita ꝓpossibile est nō ens: non tamen econuerso. sed ita vt ista duo simul q̄ sit non ens et cum hoc q̄ sit possibile. Ad Auicēnam dico q per illud dictum non intendit q creature sint vere entes realiter ab eterno secundū aliquod esse reale: sed scōm esse intrinsecum ⁊ cognitū ⁊ intelligibile artis quiavtrūq̄ simul habent res ab intellectu diuino per suā intellectionē sicut dictū est in primo. Sic ad istud ꝛc.

¶ Questio quinta.

Dinto ꝙro vtruz

creatura potuerit creari ab eterno vel vtrū mundus potuerit creari ab eterno. videtur q non. Si materia fuisset ab eterno deus nō produxisset: nec potuisset ꝓducere aliquid ab eterno de ipsa: quia omnis talis ꝓductio est mutatio que requirit necessario negationē termini producti precedentem in subiecto: ⁊ per cōsequens terminus producꝰ de materia nō potest esse eternus. ergo videtur q deꝰ nō potest nec potuerit aliquid creare vel de nichilo producere ab eterno: sicut nec de aliquo. ¶ Secundo sic impossibile est q̄ idem sit simul secundum rationē ens ⁊ non ens: vt patet sed si aliquid potest creari ab eterno simul duratione est ⁊ nō est non est quidē quia de nichilo: sed etiā est cum hoc q̄ eternum est ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Omne qđ est quādo est necesse est esse. q̄ similiter qđ fuit quādo fuit necesse fuit esse: ly eternū semper fuit. ergo semp fuit necesse esse: ⁊ sic nō potuit nō creari: quia nec anteq̄ crearetur q̄ ante eternum nichil nec dū crearetur: vt patet nec post. q̄ hoc nō spectat ad creationem. Similiter etiā deus non potest preterita facere ingenita. si ergo creatura potuit ab eterno creari ⁊ ponatur q̄ creata fuerit ab eterno sequit q̄ nō potuit nō creari ⁊ sic deus de necessitate creauit ipsam nec potuit nō creare. ¶ Quarto sic sicut annichilatio est ab ente in nō ens. sic creatio a nō ente i ens. quia creatio ⁊ annichilatio opponuntur circa eosdē terminos sed illud qđ ānichilatur nō est perpetuū a parte post: sed habet nō esse post esse: ergo illud quod creatur non est perpetuuz a parte ante: sed habet esse post nō esse non solum natura: sed duratiōe sed nihil tale potest esse eternum nec producia ab eterno q̄ ꝛc. Cōtra aut contingit aliquod ens esse ab eterno: aut non contingit. Si aliquod cum illud non sit deus: quia deꝰ est necesse esse: sequitur quod aliquid aliud a deo ⁊ illud est creatura: ergo creatura potest esse ab eterno si nō contingit aliqđ ens esse ab eterno ista negatiua de contingenti non habet nisi duas causas veritatis scz q̄ oē ens est ab eterno de necessitate et sic adhuc creatura est eterna: vel quia de necessitate nullū: ⁊ sic deus non est ab eterno qđ est falsuz. ergo ꝛc. ¶ Jn ista questiōe sunt tres modi dicēdi: vnus est philosophorū ⁊ alij duo theologorū. ¶ Primꝰ est q̄ mūdus q̄tuz ad partes principales ⁊ per cōsequēs creatura nō solum potuit esse ab eterno: sed etiam fuit de facto.

¶ Scōus est q̄ nec fuit ab eterno nec esse potuit.

¶ Tertiꝰ est q̄ nō fuit ab eterno mūdus nec creatura aliqua tamē esse potuit. ¶ Sic ergo procedā Primo tractabo primū modum scōo scōm. tertio tertiuim: ⁊ vltimo ad rationes principales. Quantuz ad primū fuit intētio Aristotelis ⁊ Cōmentatoris ⁊ Auicēne ⁊ algazelis et sequatium suorum quicquid fuerit de mēte platonis q̄ mūdus quātuz ad partes eius principales puta intellectiuas ⁊ celum ⁊ materiā primā et species vniuersi etiā generabilium ⁊ corruptibilium non dico de individuis ipsorum ⁊ motum ⁊ tēpus est eternus et per consequēs mlte creature sunt eēne de facto. ¶ Ad hoc adducūtur rationes. Primo ex parte dei. Secūdo ex parte ipsius mūdi vel creature. ¶ Primo sic. A causa antiqua cuius actio est sua substātia non potest procedere effectus nouus quia actio eiꝰ nō est sine suo effectu. tūc non esset efficax: sed deus est talis causa vt patet. ergo effectus vel mūdus ab ipso creatus nō potest esse nouus: sed est sibi coeternꝰ

¶ Secūdo sic quādo aliquid fit de nō agēte agēs nō potest fieri sine aliqua mutatione q̄ a contradictorio in cōtradictoriū nō est trāsitus sine mutatione. Si ergo de nouo creat mundū ⁊ per consequēs de non agēte vel creante fit creans oportet q̄ hoc sit per aliquā mutationē sed non potest dici q̄ mutatio illa sit in creatura: quia tūc creatio esset mutatio: cuius oppositū dictum est in primo: quia creatio nichil ꝓsupponit de quo igit⁹ in deo: sed hoc est impossibile: quia deus est simpliciter immutabilis ⁊ necesse esse ergo ꝛc. ¶ Tertio sic q̄ agens agat nūc ⁊ non statim cum est aut hoc est q̄ nō est sufficies vel sufficient potēs. Aut q̄ hȝ ꝑdimēta sue actionis aut q̄ expectat tēpus oportunū ⁊ cōgruū sue actioni. Primū non habet locū in agēte primo quod est omnipotēs. Nec secūdum patet nec tertiū quia tūc determinaretur ex aliquo extrīseco ad agēdum sicut dicit cōmentator. 8. phīsicoruz. ⁊ ageret post motū expectando horam que aduenit per motum. Nisi enim determinaretur ex aliquo extrinseco nō esset dare rationē quare magis ageret in hac hora q̄ in illa igitur primū agens nō agit creando aliquid de nouo. ¶ Quarto sic. Omne illud quod fit de nouo fit permutationē ⁊ de materia vel subiecto hāc habuerūt philosophi pro principio. Sed creatio non est de materia vel subiecto. ergo nichil creatur de nouo sed quicquid creatur est eternum.

¶ Quinto sic voluntas efficax que nō potest esse determinata ad duo opposita sed est determinatissima ad alterū necessario producit illud ⁊ si est eterna ab eterno producit illud. Sed voluntas diuina nō potest esse in determinata vel indifferēs ad esse vel nō esse creature: quia tūc sicut nō potest mutari ita nō posset determinari ad alterā partem. Est. n. ipsa ⁊ quicquid est in ipsa necesse esse ⁊ purus actꝰ Si dicas q̄ nō est indeterminata ad actū sed ad obiectum ista nō stant simul ergo ꝛc. ¶ Ex pte creaturarū ꝓbatur sic. Primo de intelligentijs. Illud quod est necesse esse formaliter est eternū ⁊ ab eterno producitur vel creatur: sed quelibet intelligētia alia a pria est hmōi: q̄ intelligētia nō hȝ materiā q̄ aliquid pōt nō esse ⁊ per pñs nō pōt nō esse ⁊ p pñs ꝛequēs est necesse esse ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic de materia prima q̄ sit eterna quia quod fit de nouo fit ꝺ materia. Sed materia nō fit de materia: q̄ est ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. Similiter etiā esset ꝓcessus in infinitum vt deducitur primo physicoruz. ergo ꝛc. ¶ Tertiū est de celo. Motus celi est eternus. igitur mobile quod est celum est eternum. pñs patet. probatur antecedēs. 8. phīsicoruz. quia si motus factus est de nouo hoc est per aliā mutationē vel motū. et sic ante motum est motus in infinitum ⁊ per cōsequens motus est eternus. Similiter etiā patet q̄ in motu nō est dare primum mutatū esse sicut patet. vj. phīsicoruz. Sed mutatū esse semper cōtinuat partem priorem motus cū posteriori et hoc in infinitū: et ita motus est eternus. ¶ Quarto ꝓbatur hoc de tēpore ⁊ per idē potest sicut de motu. Tum quia instās quodlibet est copulatiuū partis prioris ipsius tēporis ad posteriorez. Tum q̄ tempus presupponitur omni noue factioni. Est enim factio noua q̄ est in determinato tēpore vel nūc tēporis. Et ita si tēpus fieret de nouo tempus necessario presupponeret seipsum. hec est ratio cōmētatoris. 8. phīsicoruz. Aꝯ si quis ponat tēpus esse factum reuertit questio super eū. Jn quo tempore factū est tēpus. Si enim de nouo factū est prius non erat. Sed prius nō est sine tēpore. ergo ꝛc. Tuz q̄ etiā tempus sequitur magnitudinē sicut ⁊ motus. Celum autē mobile tale est q̄ in ipso nō est aliquis pūctus: nisi copulans partem priorē cum alia. Jta q̄ in circulo nec est principium nec finis. ergo similiter de instāti in tēpore ⁊ mutato esse in motu ⁊ de tēpore ⁊ motu q̄ in ipsis nō est principiū nec finis.

¶ Quinto de specieb⁹ vniuersi q̄ sunt eterne etiā species corruptibilium probatur q̄ vniuersum q̄tū ad omnia que pertinēt ad perfectionem eius est necessariū bonū et maius bonū creatura cū deo q̄ deus solus: q̄ in creatura est formaliter aliqua bonitas que nō est formaliter in deo. Sed species q̄libet vniuersi partiū ad perfectionē eius essentialem quia ad ordinē eius essentialē. ergo est necessaria ⁊ deꝰ necessario causat ipsaz ⁊ cōmunicat necessario

Primus modus.

ei suā bonitatē sicut ꝛ toti vniuerso. Vltimo q̄ generatio ꝛ corruptio sint eterne. Patet quia generationius est corruptio alterius ꝛ econuerso. Sz hoc posito. Planū est q̄ nunq̄ generatio icepit nec desinet nec etiā corruptio. igit̄ fūt ab eterno. ¶ Iste sunt rationes que adducūtur pro philosophis. Et dicūt aliqui q̄ Aristoteles putauit se demōstrasse istam cōclusionē per aliquas predictarū rationum que tāguntur ab ipso ꝛ ꝓmentatore suo. 3. phisico. Et hoc videtur probabile si inspiciantur dicta sua ꝛ intentio. Primo q̄ ex ista cōclusione probata de eternitate motus processit ad probandū eternitatē primi motoris ꝛ actualitatē ꝛ immutabilitatem et potētiam infinitam. ꝛ in. 8. phisico. ꝛ in. 12. metha. Vnde et in. 12. metha. dicit q̄ si prime substantie ꝛ per cōsequēs omnes substātie sunt corruptibiles et per cōsequēs nō eterne sequitur q̄ omnia essent corruptibilia. Et subdit q̄ impossibile est motum fieri vel corrūpi. semper enī erat. Sic igitur putauit se demonstrasse perfectiones primi motoris ex eternitate motus: ita multo fortius eternitatē motus. Nullus em̄ sensatus plus putat esse certus de cōclusione q̄m de principio. ¶ Alij autē dicūt q̄ aristoteles nō putauit se demonstrasse eternitatē mūdi: sed tantū adduxit rationes quas reputauit probabiles. ¶ Ad hoc mouētur. Tū q̄ hoc dicit philosophorū q̄ sunt quedā probleumata de quib⁹ ad neutrā partē rationē necessariā habemus: et ponit exemplū vt vtrū mundus sit eternus. ¶ Secundo q̄ probādo eternitatē mundi semper adducit testimonia aliorū quod nō est demonstrantis sed psuadētis demonstratio em̄ testibus nō eget. ¶ Tū q̄ tertio hoc dicit expresse Rabi moyses li. 2. ca. 16. vbi dicit sicvolo ostēdere ī hoc capitulo q̄ aristoteles nō adduxit demonstrationē super antiquitate mūdi ꝛ ipse scit q̄ non habet demonstrationes. Et hoc probat q̄ sicut dicit in libro de phisico auditu et celi ꝛ mundi adducit ad hoc testimonia aliorum ¶ Tum q̄ non est probabile q̄ rationes ita debiles ꝛ sophisticas reputauerit tātus philosophus sicut demōstrationes. ¶ Sed de hoc dico quicquid sit de intētione aristotelis q̄ ad neutrā partē. Puta q̄ mūdus sit etern⁹ vel nō sit possunt adduci demonstrationes. Tum q̄ propositio ptingēs est. de cōtingētibus autē vt sic nō sunt demonstrationes. Tum q̄ mūdus vel creatura indifferēs est ad esse vel nō esse q̄tum est ex se et potest equaliter vtriq̄ subesse ex diuina volūtate. Tum etiaz q̄ hoc dicit

Rabi Moyses

Idem.

Rabi moyses lib. 2. c. 17. Quicquid dicāt loquentes qui putāt q̄ indurerunt demonstrationē de nouitate mūdi: tamē non sophisticabo animā meā vt vias illorū nominē demonstrationes. Nec pari ratione vias de antiquitate mūdi dico. igit̄ q̄ nec nouitas mūdi nec eternitas possunt demōstratiue oīdi nec efficaciter vel demōstratiue impugnari. Sz dico q̄ habetur a fide ꝛ scriptura Genesis. 1. c. In

Jo. 17.

principio creauit de⁹ celū ꝛ terrā. Et Jo. 17. dicit christus. Clarifica me pater claritate quam habui apud temetipsum priusq̄ mūdus fieret. ¶ Ex hoc cōcludo cōsequenter. Q̄ si Aristoteles putauit se demonstrare eternitatē mundi q̄ turpiter decept⁹ fuit ꝛ errauit. Vnde sue rationes ꝛ philosophorum non cōcludūt. Similiter etiā dico q̄ illi qui reputant se demonstrare nouitatē mūdi probādo q̄ mūdus nō potuit esse ab eterno decipiūtur nec demonstrant sicut inferius apparebit.

¶ Ad rationes ergo philosophorum.

Respondeo. ¶ Ad primā sumptā ex parte dei dico q̄ a causa antiqua cui⁹ actio est sua substātia pōt eē ꝛ pduci effect⁹ nou⁹. Tu dicis. Actio nō est sine termio. ¶ Dico q̄ actio q̄ est aliquid absolutū necesse esse cuiusmodi est volitio diuina potest esse sine termino realiter producto precipue q̄n terminus est cōtingēs sicut in proposito. Vnde dico q̄ deus volitione sua antiqua ꝛ eterna producit effectū nouum pro quādo vult ipsum pducere. Dico q̄ non est efficax de necessitate nature sed cōtingēter pro quādo vult deus similiter nec necessario determinata ad effectū sed cōtingēter. De actione autē productiua que est respectus. Vtrū sit vl̄ posit esse sine termino realiter producto. Dictū est in primo q̄ licet naturaliter nō sit sine termino tamen virtute diuina pōt esse. ¶ Ad scōm dico q̄ de⁹ denominatur vel dicitur de nouo agens propter nouum terminū cognotatum a creatione actiua. Nō q̄ mutetur a negatione actionis ad actionem: sed q̄ actione eterna creat nouū effectū ꝛ iō nō ē mutatio aliqua in ip so īmo nec in creatura proprie loquendo: sed improprie accipiēdo nouitatē pro mutatione. ¶ Ad tertium dico q̄ nulla causa illarum triū in ꝓposito est. Sed dico q̄ deus ab eterno non agit licet agere vel creare posset: nisi q̄ non vult agere ab eterno: sed in tempore ꝛ de nouo vult q̄ creatura producatur nec aliunde sua voluntas determinatur sed a seipa libere sicut dicetur infra vñ dico q̄ ratio ꝛ imaginatio cōmētatoris nihil valet ¶ Et si queras causam sue voluntatis quare vult sic. Dico q̄ queris causam cuius nō est causa: quia volūtas dei in hoc est prima causa determinatiua. licet cū aliqua ratione ꝛ a proposito. ¶ Ad quartū de principio philosophorū q̄ nichil fit de nouo nisi de materia vel subiecto ꝛ cū mutatiōe. dico q̄ illud primū principiū nō est verū. Sed dico q̄ nesciret ipsum demonstratiue impugnare nec ipsi etiā possunt hoc demōstratiue probare. ¶ Ad quintū dico q̄ voluntas diuina q̄tum est ex se inq̄tuz est aliquo prior actu suo cadēte super creaturam. imo etiā actus ipse scōm se est indifferēs vel indistincta ad creaturā fore vel non fore nec determinatur ad alterū nisi ex seipsa a libertate sua nec arguitur ex hoc aliqua mutatio: quia volūtas nō est indeterminata sic q̄ aliquando scōm durationē careat determinatione de fiendo vel nō fiendo ꝛ postea secūdū durationē accedat sibi determinatio de fiendo. tūc enim necessario mutaretur sed ab eterno omnia determinauit: licet pro eodem instāti eternitatis pro quo determinauit ea potuisset determiasse oppositum diuisim accipiendo sicut dictum est in primo. ¶ Quando dicis q̄ voluntas determinata est ad actū igitur ꝛ ad obiectū. Dico q̄ ad actum secūdū substātiam ꝛ scōm q̄ trāsit super obiectum diuinū ꝛ nō vt transit sup obiectum secūdarium creatum vel creabile est necessario determinata sed cōtingēter. ¶ Ad primū ex parte creature dico q̄ intelligētia nulla alia a prima est necesse esse: ſz quelibet possibilis est nō esse absolute loquēdo. ¶ Quādo dicis q̄ nō habēt materiā. Dico q̄ verū est: ꝛ ideo

dico q̄ non sunt possibiles non esse potentia subiectiua vel alicuius materie vel subiecti inclusi in ipsis quod possit mutari a priuatione ad formaz que dat esse vel econuerso sicut corruptibilia ꝛ habentia materiam. Sed nichilominus sunt possibiles non esse obiectiue: quia sunt adnichilabiles sicut et fuerunt creabiles. ¶ Ad secundum de materia dico q̄ illud quod fit de nouo per mutationem fit de materia vel subiecto. Materia autem nō fit de nouo per mutationē: ꝛ ideo nō de alia materia sed de nichilo per creationē. ¶ Ad tertiū dico q̄ motus celi non est eternus. Ad primā probationem. Si nō est eternus fit de nouo. Dico q̄ propie loquēdo nec motus nec mutatio: fiūt sed sunt ipse factiones terminorum ꝛ vie in ipsos. Et ideo nō oportet licet motus sit nouus vl̄ mutatio q̄ fiat per alium motū vel mutationē sicut nec oportet de vna parte motus que est modo de nouo cum prius non esset: q̄ motus nō est motus nec actionis actio nec sicut subiecti nec sicut termini. 5. phisicorum. ¶ Ad secūdā probationē dico q̄ si esset bona nullus motus esset nouus nō solum motus celi. Quādo ergo dicis q̄ in motu non est primū muttatū esse. Dico q̄ verum est in potentia: quia in quolibet sunt infinita in potentia: sed in actu dico q̄ est accipere indiuisibile initians ꝛ indiuisibile terminans vel aliter dicitur q̄ mutatum esse ꝺm impositionez nominis significat indiuisibile cōtinuans motum partē priorē cum posteriore non autem quodlibet indiuisibile motus. ¶ Dices intelligētia semp habet suum optimū finem qui est mouere celum. igit̄ motus celi est etern⁹ sicut itelligētia. Dico q̄ nec ītelligentia nec celum sunt eterna. ¶ Secundo dico q̄ optimus finis intelligentie non est mouere celum. ¶ Tertio dico dato q̄ esset finis optimus tamē non potest istum finem consequi nisi deo libere agēte vel cooperante sibi: ꝛ ideo non necessario sortitur talem finē: sed ex parte potest ipsum sortiri et de nouo. ¶ Ad quartum de tēpore dico q̄ non est eternum. Ad probationē primā dicti argumēti dico q̄ nō oportet quodlibet indiuisibile tēporis esse cōtinuatiuum partis ad partē sed potest esse aliqō initiatiuū sicut est de punctis in linea. ¶ Ad secūdam dico q̄ nō oportet tempus fieri in alio tempore licet de nouo ſz sufficit q̄ negationi tēporis succedat affirmatio ꝛ positio tēporis sicut nec oportet q̄ tēpus sit in alio tempore. ¶ Ad tertiam probationem dico q̄ illud prius in quo ponitur nō esse temporis vel nō est nisi eternitas vel non est nisi prius imaginatum ꝛ nō est prius tēporis sicut etiā dicit Aristoteles q̄ extra celuz nichil est. Sed non oportet arguere ex hoc q̄ extra celum sit quidā locus positiuus realis. Sic in proposito de tēpore et illo priori in quo nō erat. ¶ Ad quartā probationē de motu ꝛ tēpore que sequuntur magnitudinez dico q̄ pro tanto sequuntur magnitudinē quia ꝺm continuitatē magnitudinis sunt cōtinua saltē continuitas eorum requirit continuitatē magnitudinis vt videtur sentire philosoph⁹. Sed dico q̄ ꝺm circulationē nō sequuntur magnitudinē q̄ tēpus ꝛ motus nō sunt circularia sicut magnitudo sed ꝓcedit ad modū linee recte in sua successione. Vnde non redit eadē pars motus vel tēporis numero sicut eadē pars circuli moti. ¶ Et ideo dico q̄ ī motu vel tēpe pōt esse ꝛ est indiuisibile inicias ꝛ aliud indiuisibile terminās. Non autez in circulo in quo nō est principium nec finis. Ad quintum de speciebus corruptibiliū dico q̄ non sunt eterne sicut nec indiuidua ipsarū etiam accipiendo ea in tota successione sua. Species enim nō habet verū esse reale. nisi idiuiduis. ¶ Quādo dicis primo q̄ immo quia quelibet species est de perfectione vniuersi ꝓ se quod est necessariū bonū aliquo modo ꝛ necessario productū. Dico q̄ totū vniuersum est nouū nec est necessarium bonū aliquo modo sed cōtingens ꝛ quicquid pertinet ad pfectionē ei⁹ nec deus de necessitate cōmunicat suā bonitatē alicui alteri. Q̄n dicis q̄ immo q̄ summū bonū est necessariū modo summū bonū est vniuersum cū deo. q̄ maius bonū q̄ deus per seipsum. Dico q̄ deus ꝛ creatura non est maius bonū q̄ deus tm̄ intensiue. quia infinito nichil maius. Sed bene sunt plura bona extensiue Mirabile enim est q̄ Aristoteles posuerit indiuidua specierū corruptibilia et cū hoc posuerit spēs eē coeternas necessarias ī creatas. Cū tm̄ spēs eē nō nō possint nisi in ipsis indiuiduis ꝺm ipsum cōtra platonē. Et in p̄dicamentis vbi dicit q̄ destructis primis substātijs impossibile est aliquid aliorū remanere. ¶ Ad vltimū de generatione ꝛ corruptione. ¶ Dico q̄ nō sunt eterne. Quādo dicis q̄ vna precedit alia in infinitū: ꝛ etiam cōcomitatur quia generatio vnius est corruptio alterius. ¶ Dico q̄ licet ita sit in generationibus quas experimur. Nō tm̄ est hoc vniuersaliter necessarium. Si enim ponatur materia vel subiectū dispositus sufficienter ad aliquā formā non habēs in se formā contrariā nec incōpossibilē. Tunc potest esse generatio vnius sine corruptione alteri⁹ sicut generatio lucis sine corruptione alicuius q̄ generās per se nō intēdit corrūpere sed generare. ¶ P̄ etiam dico q̄ est dare p̄mā productionem rei totalē quam nō cōcomitatur nec precedit aliqua corruptio ꝛ ita nō fuerūt ī eternum: sed de nouo fuit ꝛ generatio ꝛ corruptio nec cōcluditur nec essario aliqua eternitas in mūdo ꝓ istas rationes. ¶ Nota hic q̄ prima generatio pōt cōcomitari primā corruptionē ꝛ sic est status ante et vltima generatio vltimā corruptionē ꝛ sic est status in post sicut quādo in fine mundi mixta aliqua resoluentur in elementa ꝛc. Et hoc va primo articulo principali.

¶ Quantū ad secundum articulum.

Est vna probabilis opinio q̄ creatura aliqua esse nō potuit ab eterno nec creari nec per p̄s mūdus potest esse vel potuit esse eternus ꝛ ita non est eternus. Ad hoc adducūtur multe rationes q̄s aliqui reputāt demonstrationes. Aliq̄e tacte sunt in argumento principaliter ad questionē ꝛ alie subscribētur. ¶ Prima est ista. Si creatura vel mundus pōt esse ab eterno sequit q̄ multitudo actualis infinita sit possibilis. Sed hoc est impossibile ꝛ falsumen. 3. phisic. ꝛ ꝛc. Probatio p̄ne q̄ si creatura pōt eē ab eno. Ponat q̄ hoc sit ab eno. Planū est q̄ infinite gnationes hoim̄ pcesserūt ꝛ p̄ p̄s infiniti hoies gnati ꝛ cuz aīe sint incorruptibiles oēs aīe eoz possunt simul manere ꝛ p̄ p̄s infinite sunt in actu sicut infiniti hoies pcesserūt. Tū q̄ revolutiones infinite pcesserūt vel potuerūt precedere et in qualibet revolutione deus potuit creare vnum lapidem: et ipsum conseruare. et tunc possent esse

infiniti lapides in actu quare ꝛc. ¶ Secūda ratio est ista impossibile est ꝛ implicat cōtradictionē infinita in actu ꝛ in accepto esse ptransiri. Sed si mundus ꝛ motus celi potuisset eē ab eterno. ℘onatur q̄ fuerit sequif q̄ infiniti dies precesserūt istū diez sicut infinite reuolutiones ꝛ sic infinitū in accepto esse est ptransitum ergo ꝛc. ¶ Tertia ratio est ista Si creatura potuit esse ab eterno deus potuit facere vnū asinū ab eterno ꝛ asinā perfectos ꝛ potētes stati ab eterno generare. Tunc ergo si generassent ab eterno asini vsq̄ ad istū nunc generatum. Quero a te vtrū multitudo asinorum genitorū inter medios esset finita vel infinita. Non potest dici q̄ infinita quia inter determinata extrema nō stat multitudo infinita. Nec finita quia tēpus fuit infinitū ꝛ ab eterno fuerūt generationes asinorū vel si est finita igitur tēpus totius generationis est finitū: et sic nō est eternum. ¶ Quarta ratio infinito nō potest esse aliquid maius: ꝫ oppositū sequitur si creatura potest vel potuit esse ab eterno quia reuolutiones solis in suo circulo fuissent infinite. Et planū est q̄ reuolutiones lune essent plures. Similr etiā generationes hominū fuissent infinite. Et planum est q̄ generationes aliorū animalium fuissent plures. ergo ꝛc. ¶ Quīta ratio. Si fuisset vel fuit possibile creaturā esse ab eterno pari ratione ꝛ reuolutiones celi ꝛ sic dies infinitos fuisse preteritos ī accepto esse. Sed hoc est impossibile quia omne preteritū aliquādo fuit futurū. Sed nunc̄ fuit futurū infinitū in actu ꝛ in accepto esse q̄ omne futurū aliquādo incepit. ergo ꝛc. ¶ Sexta ratio. Creatura aut in aliquo instāti determinato creatur aut semp Non potest dici q̄ semp quia tūc esse creature esset in cōtinuo fieri ꝛ creatio non differret a cōseruatione que sunt impossibilia ergo in instāti. Sed nullū tale est eternum q̄ ante illud instās nō est ergo ꝛc. ¶ Septima ratio est ista. Opposita cōtradictorie que cōueniunt alicui ordine nature nec possunt eidē simul duratione cōuenire nec indifferēter vnus ante alterus. Sed qō ineſt prius natura prius ineſt duratiōe ꝛ prior est potētia ad illud c̄ ad aliud. ꝫ esse ꝛ non esse sic se habēt respectu creature q̄ non esse cōuenit sibi prius natura c̄ esse q̄ non esse conuenit sibi ex se. Esse autē ab alio. ergo prius duratione necessario ineſt sibi vel cōuenit nō esse ꝛ prius potest non esse c̄ esse. igitur creatura prius est non ens c̄ ens nec per consequens potest esse eterna.

¶ Octaua ratio est ista. Creare dicit et significat accipere totale esse ab alio ī diuersitate nature nūc primo q̄ per hoc differt a cōseruari vel cōseruatione que nō dicit nunc primo nec per cōsequēs nouitatē. Sed illud qō in aliquo nunc primo accipit esse de nouo accipit esse nec potest esse eternū vt patet. ¶ Confirmatur hoc q̄ sicut entitas creata in ratione entitatis minor est c̄ entitas increata. Ita et quelibet duratio creata in ratione duratiōis est minor c̄ eternitas diuina ꝛ deficit ab ea. Sed duratio minor eternitate necessario est duratio alicuius noui ꝛ tale c̄ non est eternum. ergo omne creatum necessario est nouū: nec potest poni eternitas creata sed implicat manifestā contradictionem implicat q̄ finitum ꝛ minus infinito sit infinitū et q̄ nouum sit eternum. ergo ꝛc. ¶ Adducūtur autem alie rationes ab vno dicente q̄ supposito vno scilicet q̄ creatura producatur a deo per liberam electionem sue voluntatis sicut ponit fides intēdit demonstrare q̄ impossibile est creaturam mundi fuisse ab eterno. ¶ Prima est ista. Illud agens quod largitur alicui esse per liberam electionem de necessitate precōcipit ipsum sub opposito ipsius esse: q̄ alias non determinaret illud ad esse nec largiretur sibi illud nisi prius careret illo. Sed de? sic produxit mūdum determinādo ipsum ad esse per liberam electionē. ergo prius intellexit mūdum non esse. Prius dico ex parte obiecti. ergo mūdus prius fuit nō ens in se formaliter quia alias diuine intellectioni subesset falsum. Sed impossibile est q̄ aliquid tale sit eternū. quia tunc simul duratione esset ens ꝛ nō ens. ergo ꝛc. ¶ Secunda ratio. In omni electione in qua volūtas scōm se indeterminata determinatur ad alteram partē necesse est ipsam trāsire ab opposito in oppositum vel saltē obiectus eius quia hoc non fit sine mutatione sui vel saltem obiecti. Sed voluntas diuina libera erat et indeterminata ad dandum creature esse vel non dādum quia potuit producere mūdum vel nō producere ex quo libere produxit ꝛ nulla mutatio potest esse in ipsa. igitur in obiecto. Puta in creatura est transitus a nō esse in esse. Iste autē transitus necessario cōcernit tempus ꝛ nouitatem in creatura. g̈ ꝛc. ¶ Tertia ratio de per se formali ratione obiecti ipsius electionis est esse futurum ꝛ contingēs vt dicitur tertio ethicorū. Sed nullum futurū est vel esse potest eternū secundum qō huiusmodi ergo ꝛc. ¶ Quarta ratio. Aliquid vnū ꝛ idem non est simul in potētia ad duo contradictoria vt ambo sibi adquirātur vel vt sub ambobus relinquatur seu vt ambo tollātur ab ipso quia de quolibet affirmatio vel negatio et de nullo simul. Sed creatura ab eterno fuit possibilis esse igitur ab eterno fuit non ens quia possibilitas ad esse non stat nisi cum negatione ipsius esse fuit. ergo in potentia vt alterum contradictoriū scilicet esse sibi adquireretur: vel vt sub non eē suo relinqueretur. ¶ Iterum confirmatur quia si deꝰ creasset lapidem ab eterno ꝛ postmodum adnichilaret. Aut hoc esset post lapsum tēporis finiti et sic totum tēpus esset finitū ꝛ per consequēs non eternus. Aut post lapsum tēporis infiniti ꝛ sic deus necessario conseruaret lapidem per tēpus infinitum. Item si tempus esset eternus vel aliquid successiuū tunc partes eius non haberent ordinem ex natura rei quia ordo non est nisi prioris et posterioris vel per cōparationem ad extrema seu mediū ibi autez nulla esset pma nec p ꝓns media. ¶ Ad primū isto rū Nullum sequitur incōueniens q̄ non sequēter ad potentiam eterno. vno modo accipiēdo creationem. Alio modo non. Tertio respondebo ad rationes aliorū que posite sunt in secundo articulo.

Tertio ethicoꝝ.

Damasc. lib. 2. Ambrosius.

Aug. g. sup Genesim.

Tertio phisicoꝝ

ab actu. Alioquin enim eternū suam potentiam sequeretur: ꝛ ita ante eternū esset aliquid: ergo si mūdus potuit esse ab eterno necessario fuit ab eterno qō est contra suppositā. ¶ Sexta ratio. Temporale et eternū plus videtur repugnare circa idē actu ꝛ potētia c̄ duo contraria quia nō minus c̄ corruptibile ꝛ incorruptibile que differūt plusc̄ genere etiā quia duo contraria possunt eidē in esse ꝫm mēsuras durationis proportionales. Non sic autē tēporale ꝛ eternū. ergo tēporale ꝛ eternū repugnant sibi inuicem circa idem per cōtradictionem q̄ non est maior repugnātia c̄ inter contraria nisi per cōtradictionem. igitur contradictionē includit q̄ aliquid tēporale potest esse eternū sicut q̄ aliquid eternū potest esse nouum. Sed mundus est tēporalis ꝛ nouus. g̈ ꝛc. ¶ Hic est aduertēdū q̄ essentia creature vel creatura est indifferēs ad aliqua duo quorū vnū excludit aliud ab ipso pro omni duratione cuius est eternitas ꝛ nouitas. ¶ Septima ratio est quia nō minus determināt sibi entia proprias durationes intrinsecas c̄ proprias passiones. g̈ non est minus inconueniens q̄ idem potest esse indifferēter eternū vel tēporale c̄ q̄ possit esse risibile vel hymnibile: sed hoc est impossibile ergo ꝛc. ¶ Cū ergo mūdo sit nouus nō potuit esse eternus. ¶ Ad hoc est auctoritas Damasceni. 2. lib. q̄ dicit q̄ creatura nō est apta nata esse coeua suo principio quia est de eo qō est nō est. ¶ Scōa ē Ambrosij Ierame rō. Qō maius est inquit in queniēs c̄ q̄ creature duratio cōiungat eternitati. ¶ Tertia est Augustini. g̈. sup Genesim. c. 11. Loquēs enim de natura diuina incōmutabili dicit q̄ nichil coeuum sibi esse potest. Unde auctoritas est hec q̄ omnino incōmutabilis est natura trinitatis ob hoc ita eterna est vt ei aliquid coeternū esse non possit ergo ꝛc.

¶ Ad hoc etiā est auctoritas Aristotelis est intētio expressa. primo de celo vbi probat q̄ nullū contingēs est eternū sed omne eternū est necessarium. Sic ergo dicunt isti p predicta q̄ creatura nec fuit nec esse potuit ab eterno vniuersaliter loquēdo. Et reputant hoc sufficienter demōstratum ꝛ hec de secundo articulo questionis sufficiat.

¶ Quantū ad tertium artículum sic procedam.

℘rimo inquirā de vno preambulo. Utrum scilicet creatura prius natura sit non ens c̄ ens. ¶ Secundo premittēdo vnā distinctionem de creatione oñēdo q̄ creatura vl' mūdus potuit creari ab eterno. vno modo accipiēdo creationem. Alio modo non. Tertio respondebo ad rationes aliorū que posite sunt in secundo articulo.

¶ Quantū ad primum est ad

uertēdus q̄ Auicēna. 5. metha. ꝛ Algazel prio tractatu metaphisice sue ꝛ multi alij sequaces eorū in hoc ponūt q̄ creatura necessario prius ordine nature ꝛ necessario ordine ꝛ immutabili per se habet nō esse c̄ esse ꝛ est nō ens c̄ ens. ¶ ℘rima ratio. Auicēne q̄: illud prius ordine nature cōuenit creature qō conuenit ei ex se c̄ qō conuenit sibi ex alio sicut etiā ipsam ꝛ cōuenit primo sibūpsi. Sed nō esse in actu cōuenit creature ex se. Esse autē cōuenit creature ex alio: puta ex agēte g̈ ꝛc. ¶ Secūda ratio pro ista positione est ista. Deus cū sit causa esse ipsius creature est prius natura ipso esse creature: q̄ causa naturaliter est prior effectu. Sed in quocūq̄ signo nature vel durationis vnū contradictorū non est oportet ponere reliquum q̄ non possunt nec simul eē nec simul nō esse aliqua simultate. Cū igitur in illo priori nature quo deus est prior creatura ipsum esse creature nō sic oportet ponere non esse eius ꝛ ita nō esse creature est prius natura suo esse. ¶ Tertia ratio prius natura est creatura possibilis ꝛ producibilis c̄ producta ꝛ creata in actu vt patet. Sed ī illo priori natura nō est q̄ negatio essendi ꝛ possibilitas ad esse sūt sīl' sicut dictū est supra g̈ ꝛc. ¶ Quarta ratio est ista. Ista est per se vera ꝛ necessaria. Nichil est nō ens sicut ista. Nichil est nichil. Sed creatura anteq̄ creetur ante (dicit) saltē ordine nature est nichil: q̄ creatur de nichilo ergo ꝛc. ¶ Quinta ratio est q̄ termin⁹ a quo creationis est prior natura termino ad quē. Sed terminus a quo creationis est nō esse creature terminus ad quē est esse creature ergo ꝛc. ¶ Sexta ratio de intētione Aristotelis est q̄ in omni facto differt esse ꝛ posse ꝛ distat posse ab esse ꝛ p ꝓns posuit q̄ nullū eternū est factū vel creatū saltē de pmanētibus q̄ in eternis nō differt esse posse sicut dicit. iij. phisicorū. Sed si creatū prius natura nō esset non ens ita q̄ nō esse eius prius nō esset c̄ esse. Sequeretur q̄ factum posset esse eternaliter vel eternū nec haberet Aristoteles rationē dicti sui q̄ i facto differt esse ꝛ posse / ꝛ posse distat ab esse. ¶ Et cōfirmatur q̄ ꝫm Aristotelē ꝛ cōmentatorē. Omne eternū est necessariū saltē de permanētibus ꝛ per consequēs est impossibile nō esse ꝛ per ꝓns non est possibile esse: quia tunc esset possibile nō esse p conuersionē in oppositas qualitates. igitur pro tāto negat Aristoteles. Eternū esse factū q̄ omne factū est possibile anteq̄ sit: ꝛ ita priusq̄ sit est nō ens. ¶ Hec est positio istorū tñ isti sunt di ptiti q̄ quidā ipsorū dicūt q̄ licet creatura sit non ens prius natura c̄ ens tñ creature nō repugnat esse ab eterno sicut etiam posuit Auicēna. ¶ Et rōnē huiꝰ assignāt aliq̄ q̄ nulla ꝓtradictio est nec aliqō ipossibile q̄ creatura simul duratiōe ꝛ ab eterno sit non ens a se ꝛ ens ab alio puta a cā largiēte sibi esse. Alij exponēdo Auicēnā dicūt q̄ Auicēna intellexit q̄ pro tāto nō esse creature est prius ordīe nature c̄ eē: q̄ si creatura sibi relinquerē esset nō ens ly ab eterno sit ens a cā preueniēte dādo sibi eē. Et ita possibile fuit apud ipsum q̄ creatura sit eterna ly isto mō nō esse eiꝰ p̄cedat esse. ¶ Alij q̄ tenēt eandē ꝛclusionē dicūt cōsequēter ad ipsaz q̄ creatura nō pōt eē eterna. Uñ sicut nō esse ē priꝰ natura: ita dicūt q̄ oportet necessario q̄ sit prius duratiōe. Et hoc probāt. Sicut ī possibile est q̄ prius ꝛ posterius natura q̄ sunt contradictoria ꝛ sibi repugnātia stēt simul ī aliquo. et ꝛueniāt eidē ꝫm durationē q̄ oppositū est negatio ꝓmi pncipij. ¶ Sz nō eē creature ꝛ eē eiꝰ sunt contradictoria igit nō pōt ꝛuenire creature simul ꝫm durationē. Sz si creatura esset eterna simul ꝛueniret sibi ꝫm durationē pz q̄ vtrūq̄ ī eternitate: g̈ ꝛc. igit oportet necessario q̄ sicut nō eē est prius natura sic ēt sit pꝰ duratiōe. Et ista rōvalz ꝛ alios. Et mlto ꝓbabiliꝰ loquūt isti c̄ illi Uñ ꝛ Auicē. dico q̄ si posuit ordinem necessarium inter non esse creature et suum esse ꝛ per se ordinem immutabilem q̄ non potuit ponere creaturam ab eterno sed cōtradixit sibūpsi sicut ꝛ puto q̄ fecit sequitur enim ex dicto

suo q̄ idem simul durationē sit et non sit. nec valēt expositiones que dantur sibi prima non valet quia creaturā non esse a se nō negat creaturam esse ꝛ ita non est ad propositū q̄ loquimur de non esse creature simpliciter sicut etiam nō esse filium a se nō est negatio ipsius esse fily simplicit' i diuinis neq̄ fili⁹ simpliciter est ꝛ in actu: nec potest dici nō ens licet non sit a se sed a patre. Non enim cadit ibi negatio super actū essendi sed super modus a se. Non enim vni⁹ qđ nō sit: sꝫ qđ sit licet nō a se sed a patre. Sic in proposito. Similiter secūda expositio non valet pro Auicēna quia si pro tāto nō esse esset prius q̄m esse: q̄ creatura sibi ipsi relicta esset non ens. Tunc sequitur q̄ accidētaliter q̄tus est ex se prius sit nō ens q̄m ens: quia potest ab agente preueniri ne vnq̄ sit non ens sicut etiaꝫ potest derelinqui ne sit ens et tunc ratio Auicenne nichil valetet tantus probat de esse q̄ sit prius sicut de nō esse quia nō plus creature cōuenit ex se nō esse q̄m esse: sed vtrūq̄ ex agente. Nā sicut ex agēte p̄ueniēte hꝫ esse ita ex agente derelīquēte p possibile vel ipossibile hꝫ nō esse. Et dico q̄ magꝫ naturalit' dꝫ dici creature p̄uenire eē q̄m nō eē ex se formaliter q̄ primū ꝛ si tolleret rationem possibilis ēm Auicēnam ꝛ per cōsequens rationem creature vt creatura est. Non tamē tolleret esse absolute a creatura sicut non esse tolleret et faceret creaturā impossibilem si conueniret creature ex suo conceptu quidditatiuo vel etiam sicut per se passio eius. ¶ Dico igitur q̄tum ad hoc q̄ cuꝫ hic loquimur de esse ꝛ non esse creature in re ꝛ in effectu ꝛ neutrum istorum possit esse sine aliqua durationē q̄ cuꝫ creatura ab eterno possit existere sicut dicā infra q̄ nō esse creature necessario ordine quē voco ordinem nature in proposito qui est ordo extra intellectum ꝛ in re nō est prius ipso esse creature. Nec oportet q̄ creatura prius natura sit nō ens in effectu ꝛ in re q̄m ens vel etiā econuerso: sed accidētaliter vnūquodq̄ istorū potest ꝛ mediate ꝛ eque primo cōuenire creature ab agēte p̄ueniente dādo sibi esse primo vel delinquēte ꝛ nō dante sibi esse et vtrūq̄ est eque naturale creature q̄tum est ex se. Ad hoc adduco aliqs rōnes. ¶ Prima est ista In nullo ordīe essentiali ꝛ per se necessario primū potest esse scēm vel prius potest esse posterius nec econuerso. Hoc patet in omnibus sed nō esse creature idē potest esse prius ꝛ posteri⁹ ipso esse. Probatio quia creatura postq̄m non fuit ꝛ ita post nō esse potest creari ꝛ esse ꝛ postq̄m creata est potest adnichilari ꝛ non esse ꝛ est idem non esse qđ prius q̄ negat idem esse ergo inter esse ꝛ non esse creature nō est aliquis ordo per se necessarius sed accidētalis simpliciter. ¶ Secūda ratio inter duo opposita q̄ possunt eidem conuenire ex agente ꝛ ad que quidditas illius est indifferens q̄tum est ex se nec aliqđ eorum est de per se cōceptu quidditatiuo eius p cōsequēs nec aliqđ eorū sibi determiat nō est ordo essentialis nec per se necessarius in conueniendo illi hoc ps. Sed sic est de esse in actu ꝛ nō esse respectu creature ꝛ quidditatis. Ipsa enim q̄tum est ex se est possibilis esse alias esset impossibilis ꝛ possibilis nō esse alias esset necesse esse ꝛ vtrūq̄ potest sibi p̄uenire ex agēte ꝛ neutrū sibi determiat. Nec etiā aliquod istorū est de suo conceptu quidditatiuo q̄ tunc vel esset impossibilis esse vel necesse esse ergo ꝛc. ¶ Tertia ratio. Si creatura prius necessario esset non ens q̄m ens ordine nature hoc videretur q̄ de nichilo. Sed nō est necessarium q̄ creatura producaꝫ de nichilo sed sufficit q̄ non de aliquo. Producti enim ab alio in diuersitate nature non de aliquo possibiliter non ens est creatura vt patet quia tale ens non potest esse deus. ergo ꝛc. ¶ Quarta ratio. Creatura si prius esset nō ens q̄m ens necessario hoc videretur quia non esse sibi conuenit ex se. Sed hoc est falsum. Primo q̄ sicut esse non conuenit sibi ex se: ita nec non esse. Sed vtrūq̄ ab agente per sui presentiā vel per sui absentiam ꝛ derelictionem sicut patet. 2. phisicorum q̄ nauta per sui presentiam est causa salutis ꝛ esse nauis sed per sui absentiam concurrētibus alijs est causa periclitationis ꝛ destructionis ergo ꝛc. ¶ Quinta ratio creatura non fit de nichilo vel non de aliquo nec sicut de subiecto nec sicut de opposito. De subiecto pz. De opposito etiam patet quia oppositum nō fit de opposito nisi per accidēs ratione subiecti cui cōuenit oppositum qđ non est in proposito. Sed si non esse eius precederet esse. hoc videretur quia fit de nichilo qđ tamen nō oportet sufficit q̄ non de aliquo ergo ꝛc. ¶ Ultimo quia illud quod corrumpit ꝛ destruit naturaꝫ alicuius nō cōuenit ei ex natura sua nec prius natura necessario q̄m aliud. Sed non esse destruit ꝛ priuat naturam creature ꝛ creaturam ipsam ergo ꝛc. Videtur ergo q̄ necessario ordine ꝛ p se non esse creature non sit prius natura q̄m esse sed vtrūq̄ indifferenter potest esse primū: et ideo ordo accidētalis est inter ista. ¶ Ex quo concludo sicut apparebit iferi⁹ q̄ nō repugnat creaturā eē ab eterno. ¶ Dices adhuc q̄ imo q̄ ēm Augustinū ad felicianus. Hec est diffinitio creature q̄ creatura est facta substantia dei voluntate ex eo qđ non est vel aliquādo fuit. igitur prius est non ens. Dico q̄ non est descriptio creature vniuersalis ēm omne illud qđ est possibile de creatura sꝫ particularis scēm q̄ creatura facta est de nouo sicut tenemus eaꝫ per fidē ꝛ sicut etiam concedebat felicianus ille heretic⁹ contra quē disputauit Augustinus probādo q̄ spiritus sanctus non est creatura.

Creature diffinitio secundū Aug.

¶ Ad primum ergo aliorum

dico q̄ nō esse nō plus conuenit creature ex se q̄m esse sicut probatum est supra nec aliquod istorū conuenit sibi ex se sed ex agente sicut dictum est supra. ¶ Ad secundū dico breuiter q̄ deus est prius natura ipsa creatura sed non oportet q̄ non esse creature sit necessario prius q̄m esse ex hoc. Tu dicis. In illo priori creatura nō est. Dico q̄ esse aliqđ prius natura alio eo modo quo dicitur deus prior natura non est vnum illorum esse ꝛ reliquum non esse sicut dictum est quia tunc contradictoria simul durationē starent ꝛ essent vera sicut etiam prius ꝛ posterius natura possunt simul stare. Sed hoc est vnum esse perfectius alio vel causam eius sicut est in proposito ita q̄ vtrūq̄ sit sed vnum prius alio q̄ vnuꝫ est ab alio vel est imperfectius alio scēm naturam. ¶ Ex hoc ergo nō arguitur q̄ nō esse creature sit prius suo esse q̄ deus est prior natura ipso esse creature: q̄ non est necesse creaturam in illo priori non esse. Posito enī q̄ creatura semp esset adhuc de⁹ esset prior natura sicut dato q̄ pater sit prior origine filio non oportet in illo priori filium nō esse sed bene oporteret si esset prior duratione.

¶ Ad tertium dico q̄ non prius natura et ordine necessario creatura est possibilis q̄m creata. immo prius potest esse creata q̄m possibilis loquendo de potentia obiectiua que concomitatur negationem sui esse. Ita q̄ indifferenter potest esse ens in actu et primo ꝛ per consequēs possibilis non esse ꝛ post ea non ens in actu et possibilis esse vel econuerso. Quando enim non est in actu tunc est possibilis esse quando est in actu. tunc est possibilis non esse. ¶ Ex quo apparet q̄ vnum argumētum quod faciunt aliqui de potentijs contra eternitatem mundi q̄ prius conuenit creature non esse q̄m esse et per consequens potentia non essendi q̄m essendi. q̄ qualis est ordo in actibus talis est in potentijs ꝛ econuerso est contra eos quia volunt impugnare eternitatem mundi ꝛ ipsi concludunt eternitatem mundi Si enim creature conuenit prius potentia ad non esse de necessitate prius conuenit sibi esse q̄m nō esse Nā potētia obiectiua ꝛ actus nō stāt simul fꝫ semper potentia ad non esse stat cum esse ꝛ potētia ad esse stat cum non esse. ¶ Ad quartum dico q̄ non oportet q̄ creatura anteq̄m creetur sit nichil licꝫ ita sit de facto sicut tenemus per fidem: sed dico q̄ potest preueniri ab agēte dando sibi esse ab eterno ne vnq̄m sit nichil vel fuerit. ¶ Ad quintum quādo dicis q̄ terminus a quo est prior natura ipo termino ad quem vel in quem. Dico q̄ verum est aliquo modo accipiendo prius natura ēm processum nature per viam motus et mutationis. ¶ Quando dicis vltra q̄ nichil est terminus a quo creationis et ita non esse creature est terminus a quo sed esse terminus ad quem. ¶ Dico q̄ vniuersaliter non oportet sicut nec oportet q̄ de nihilo fiat aliqđ etiā per creationem sed sufficit q̄ non de aliquo: ita q̄ non negatur entitas eius qđ fit fꝫ entitas cuiuslibet alteri⁹ etiam partis de qua vel de quo ipsum fiat. ¶ Ad sextū de aristotele dico q̄ si aristoteles sensit q̄ nullum eternum est factum loquendo de factione q̄ est creatio pro tanto: quia esse cuiuslibet facti p̄cedat non esse necessario q̄ ipse sensit falsum ꝛ nego ipm tamen non credo q̄ hoc senserit sicut dictum est supra. Si autem senserit q̄ nullum eternum permanens est factum per mutationem de subiecto: quia esse cuiuslibet talis vt sic factum est necessario p̄cedit non esse. Dico q̄ verum sensit et non est cōtra me: quia non pono creaturam posse esse ab eterno per mutationem sicut dicam infra. Si autem vlterius Aristoteles tenuit viā Auicēne q̄ omne creatum vel factum ex sua quidditate est possibile esse vel non esse. Tamen ex causa dante sibi necessario esse est necesse esse. tunc non est contra me. quia tūc non esse creature nō p̄cedit suum esse. Nec est alia contradictio q̄ aliquid eternum sit creatum et necesse esse. Et cum hoc possibile esse vel nō esse q̄ non est ēm idem. Est enim necesse esse ex causa dāte sibi necessario esse sed possibile esse vel nō esse ex sua quidditate que non est suum esse. Et ita philosophus bene habet q̄ in omni facto differt posse ꝛ esse. Non quia nō esse sit prius ipso esse sed sicut dictum est. Sꝫ autem dicit in tertio phisicorum q̄ in perpetuis non differt esse et posse hoc dicit pro tāto quia in eis nō distat potentia ab actu essendi ex pectās ipsum secundū durationem: sed statim sunt id qđ sunt. Non quia in oīi perpetuo idem sit posse et esse sic q̄ esse sit de conceptu quidditatiuo entis vel essentie cuius est. hoc enim habet locū in solo p̄teuio perpetuo qđ est deus ēm Auicēnā. Per idē ad p̄firmationē hoc ꝺ p̄mo mēbro hui⁹ articli.

Creationis acceptiones.

¶ Quantū ad secundum mē

¶ Ad secundū dici potest q; intelligitur de operatione angeli extrinseca que mensuratur tempe vel de operatione anīe ꝯm aliquos que p accidēs z aliquomodo mensurātur tempore pro statu sue cōmunctionis q; intelligit cū cōtinuo z tempore. ¶ Ad tertium dico q; sicut dicam infra Substantia celi q; se mensuratur euo ꝯmo quelibet substātia. Nec obstat q; sit corporalis q; hoc accidit vnitati mensure q; mensuratum sit corporale vel spirituale. Sz hoc est per se q; mensurata habeant vniformē modum essendi sicut est ꝓpositum. De substātia celi z angeli. ¶ Contra illa etiam que dicūtur in modo ponēdi Primo quia operationes sunt in angelo alterius z alterius rationis sicut intelligere z velle. Cuz ergo mensura sit vnigenea ꝯm te tempora z instantia erunt alterꝰ rationis z poterunt esse simul plura in vno angelo plura dico mēsurantia. ¶ Prima instantia intellectionum alterius z alterius rationis sunt alterius rōnis. Sed ex talibus nō cōstituitur durationis vnius rationis ergo tēpus illud discretum non est vnius rationis z sic nō est species ꝯtitatis. ¶ Intellectus non potest intelligere in instanti temporis. Nec oportet q; sua itellectio coexistat tempori ergo multo minus de intellectione angeli igitur non oportet q; instans illud tempori coexistat. ¶ Etiā dato q; oporteret hoc de intellectu nostro minus pfecto nō tamen de intellectu angeli co magis perfecto. ¶ Contra illud etiam quod dicitur de philosopho q; posuit intelligētias eē deos z operationes earum intrinsecas pseqnter mēsurari eternitate non puto q; hoc sit verus quia sicut dictum fuit in prima questione huius secūdi. Aristoteles posuit intelligentias alias a prima eē a pria effective z ita nō esse deos/ sed dependēter entia et per cōsequens intellectione eorum. Non video ergo necessitatem ponēdi tempus illud discretū nec pono ipsum/ sed dico q; intellectiones angelorum ꝯmo etiam nostre sunt euiterne z mensurantur euo ꝓpter dictas rationes. Contra illud etiam qđ dicitur q; ibi partes vel instantia illi⁹ tēporis non possunt esse simul. Primo q; intellectio angeli beatifica in verbo z in ꝓprio genere stant simul. Si dicas q; intellectio beatifica non pertinet ad istud tēpus quia est instans. ¶ Contra Deꝰ potest nō ꝓtinuare z facere vnam alteri succedere. ¶ Preterea due intellectiones naturales in ꝓprio genere possunt simul stare. patet saltem de recta z reflexa. Similiter z de multis alijs/ vt de intellectione conclusionis per principiū non solum in principio z applicationis per terminos et volitionis eius quod est ad finem per ipsum finez z huiusmodi operationibus quare. ꝛc. Similiter contra illud q; instantia sūt alterius rationis. Si hoc dicatur quia non solum in angelo potest succedere intellectio intellectioni que est alterius rationis sed etiam eiusdem rationis vt patet. ¶ Contra. Aliud dictū de substantia mobili q; ipsa mensuratur nunc quod est idem ꝯm substātiam in toto tēpore licet diuersuz seu aliud z aliud ꝯm esse. ¶ Dico q; istud dictum est vna fictio. scilz q; sit idem nunc ꝯm substantiaz in toto tempore q; si nunc est idem in toto tempore/sequitur q; principium z finis temporis sunt simul quia sunt in eodē z cuz eodē instanti tpis. Sz hoc est falsuz ergo. ꝛc. ¶ Item cuiuslibet ꝓtinui finiti sūt termini idiuisibiles distincti vt ꝑz de qbuscūq; ergo cuiuslibz tpis finiti sunt duo instantia distincta. Non ergo idem instans est in toto tempore/sed plura. Nec valet solutio ipsoruz q; non est idez ꝯm esse quia esse z substantia rei idez sunt. quare. ꝛc. ¶ Itē instans nō sequitur id quod fertur vel mobile ipm similiter z absolute sed ꝯm quod est sub mutatiōe vel mutato eē. Cuius probatio est quia mobile potest esse sine instanti sicut z sine motu vel mutato esse z sine tempore ꝓsequenter. Sicut ergo mobile in sua substātia absolute non mensuratur per tēpus/ sed scdm q; stat sub motu z per accidens. ita nec mēsuratur instanti per se sed tantum in ꝯtum stat sub mutatione vel mutato eē z sicut mutata essevel mutationes sunt diuerse vel distincta z diuersa. Sic diuersa nūc in toto tempoſe. ¶ Quarto sic. Instans est aliqđ posterius substantia mobili sicut z tempus / quia ē aliquid posterius ipso motu. Sed prius non mēsuratur per posterius ergo. ꝛc. ¶ Itez quia sicut dictum est supra. Omne eē permanens possibile non esse est euiternum z per se mensurabile euo vel mensura alterius euiterni. Sed substantia mobilis habet esse permanens totum simul possibile non esse. ergo sibi debetur euum z est euiterna nec mensuratur per se tempore aliquo vel instāti licet bene per accidens ꝓ ꝯto substat mutationi vel mutato eē ¶ Consimiliter de qualibet forma creata permanente. ¶ Confirmatur q; substantia mensuratur euo quia substantia ꝯtumcūq; mobilis z variabilis ꝓor est motu/ z quolibet mutato esse suo. Patet sicut z subiectum suo accidente. Sed ꝓ illo ꝓori correspondet sibi aliqua mensura vt videtur. Non autē tps vel instās q; ista sūt simplr posteriora multo fortius ꝯ mutatuin eē vel motus/ nec illa mensura est eternitas ergo euum. ¶ Similiter etiā dicunt alij q; substantia mobilis mensuratur per tempus vel instans quia respicit motum vel mutationem. igit non nisi per accidens igitur sibi correspondet alia mensura per se hec nō est nisi euum. Similiter substantia celi z alie substantie quando cessabit motꝰ celi z tempus z ꝯtitas qua mēsura mensurabūtur non est dicere nisi euo. quare. ꝛc. Similiter si deus crearet vnam substantiam non per motum nec mutationem quod etiam importatur per creationem z sine omni accidente que esset mensura eius nō nisi euum ergo euū est mensura eius per se. quare. ꝛc. ¶ Sed ita posset argui per priuationez q; motus celi non mensuraretur tempore: quia prior est z tūc qua mensura mensurabitur. Similiter de mutato esse z instanti sicut de motu z tempore dictum est. Difficile enim videtur eis immo forte impossibile ꝓprias mensuras assignare. Si enim nihil quod est prius primo motu vel mutato esse/ eē in ipso habet vniformem modum essendi z nihil posterius est ꝓpria mēsura ipsoz sicut illa rō dicit seqtur. ꝛc.

¶ Unde dico q̄ per se loquēdo omnib⁹ talibus debetur ꝛ correspondet euum ꝛ omne illud ens positiuum quod non est eternum sicut deus est eternus vel successiuum sicut mot⁹ vel instantaneū transiēs sicut mutatio instantanea vt generatio vel corruptio vel durationes istorum/vt eternitas tempus et nstans. per se loquēdo est ēuiternū ¶ Hec est regula generalis/ꝛ sic apparet que sunt euiterna ꝛ que nō

¶ Nota q̄ aliqui sequentes Aristotelē vt videtur eis dicūt q̄ substātia rei mobilis seu generabilis ꝛ corruptibilis mēsuratur vniformiter istāti ēm substantiam sicut motus tēpore. Sic enim se habet instans ad mobile sicut tempus ad motum ꝛ etiam instans est imediate in substantia mobili puta in substantia celi sicut tempus in motu ꝛ sicut mobile ēm substantiam idē est in toto motu. Ita instans in toto tempore vel potius cū toto tempore. Unde ꝛ illud etiā pmanēs est sicut substā mobilis nec tamen est euū vel instans eui sed distinguūtur a toto genere eui. Similiter nō est intraneū tempori nec sicut copulatiuum nec sicut terminatiuū eiusse reducitur aliquo mō ad temp⁹ sicut passio mobilis prior ꝛ aliquo mō causa ei⁹. Et sicut ēm mentē Aristotelis. Motus nō p̄t eē sine tempore nec ecōuerso. Ita nec substantia mobilis primi in qua ponit tale nunc vel instās nō potest eē sine tali nunc nec tale nunc vel instans sine motu sicut nec celū sine motu. Est aūt instans ēm eē ꝛ illud est copulatiuum/vl terminatiuum partium motus ꝛ copulatiuum ē idē duarum partium sed terminatiua eiusdem partis vel totius temporis necessario est aliud et aliud et talia habent idem pro subiecto cum tempore scilicet motum vel mutata eē saltem in ipso motu ꝛ sūt tempori intrinseca sicut puncti linee suo mō. Nec sunt talia instatia permanētia sed raptim transeūtia ꝛ loquēdo de tali instanti planū est q̄ nō est idē in toto tempore. Nec oportet oīa quecūq̄ sunt ī tēpore simul eē ꝛ talia sunt eiusdē rōnis in toto tempore ꝛ inter quelibet duo oportet dare medium tēpus. Ita q̄ dimidio instātis vel nūc ēm substātiā ꝛ ēm esse in dimidio in diuersa nūc vel instātia oīno ꝛ penitus alterius rationis ꝛ eē ꝛ substantia cuiuslibet istorum est idem sicut eē ꝛ essentia cuiuslibet est idem. Et ēm ista vt dicunt possunt saluari multa ꝛ solui multa contraria q̄ obiciūtur precipue cōtra cōmunitates que expresse ꝛ plane ponit id nunc in toto tempore idem sc̄z ēm substātiam/ sed aliud ꝛ aliud ēm esse. Sicut Aristo. ponit exemplum de sorte in theatro ꝛ in foro. Idem est em̄ ēm substantiam tm̄ alt⁹ ꝛ alius ēm eē non substātiale sed accidentale q̄ eē accidentalia in theatro ꝛ in foro sunt alia a se inuicem ꝛ ab eē substāli sortis. Sic etiam instās ēm substantiam idem cū toto motu ꝛ tempore. Sed instantia ēm eē diuersa sunt ꝛ ab inuicez ꝛ ab instantivel nunc ēm substātiam. Nec sunt etiaz accidentia illi⁹ nunc ēm substantiā sicut eē in theatro vel in foro ipsi⁹ substātie sortis. Et in hoc ē dissimile exēplum aristotelis. dicīt aūt ēm substātiaz quia conserīt rei mobilis in se ꝛ ēm se etiā si per impossibile nō moueretur vel p possibile. Sed alia dicuntur ēm eē quia sequitur substantiam ēm q̄ habet esse in diuersis partibus locis equalib⁹ sibi ēm diuersa mutata esse ꝛ per se mensurant mutata esse sicut tempus motuz. Ita q̄ substantia mobilis mēsuratur nunc ēm substantiam mutatum esse mensuratur nunc ēm esse. Sed motus mēsuratur tempore. Non video necessitatem ponendi illud nunc ēm substantiam nisi ponēdo q̄ sit idē cum euo vel nūc eui ꝛ tunc opiniōes realr sunt eedē de illo instanti.

Instans

¶ Ad rationes vero aliorum

quibus ꝓbant q̄ instans ēm substantiam mēsurās substantiam mobilis est idem in toto tempore ēm substantiam. Variatur tm̄ scd̄m eē ita q̄ continue recipit nouum eē. Dico primo q̄ istud dictus ē nullum. ¶ Primo quia receptiuum p se est alteri⁹ rationis a recepto. Sed instans scd̄m substantiam receptiuum est alteri⁹ ꝛ alteri⁹ scd̄m esse ergo est alterius rationis ab illis. ergo nō est aliquid ītrinsecū tempori cum illis. ¶ Secūdo q̄ Omne indiuisibile quanti vel est pars discreti vel termin⁹ continui ergo istud instans scd̄m substantiam sed non est ps temporis discreti scd̄m ipsos ꝛ quia illud est superius int̄um ergo terminus continui. Sed termini continui sunt distincti ꝛ non idem. ergo. ꝛc.

¶ Tunc ad rationem. Dico q̄ nunc non sequitur substantiam mobilis absolute/ sed vt stat sub diuersis mutationibus vel mutatis loquendo de nūc vel instantibus terminatis ꝛ si mutata esse sunt diuersa multo fortius ꝛ instantia q̄ sunt potentiora mutatis esse. ¶ Ad secundum dico q̄ aristoteles bene intendit q̄ idem est nūc copulatiuum duaꝝ partium temporis scd̄m substatiam differens scd̄m eē id est scd̄m rationem vt est finis preteriti ꝛ initiuz futuri. Sed non intelligit q̄ in toto tempore nō sit nisi vnum nnuc vel instās. Sed instantia terminatiua saltē sunt distincta sicut scd̄m eē ita scd̄m substantiam nisi forte pro tanto dicatur q̄ sunt idē secundū substantia m quia sunt idem in subiecto remoto. puta in substātia mobilis. Sed hoc nihil valet pro eis. ¶ Ad tertium ꝛ quartum per idē q̄ instans cōtinuatiuum duarum partiuz est idem sicut dictum est. Sed hoc non sequitur aliud contra victa hoc de primo articulo principali.

¶ Quantum ad secunduz ar

ticulum vtrum sc̄z sit vnum euum euiternorum vel existētiarum pmanentium possibili⁹ non eē. Est distinguendum de euo ꝛ euiterno. Uno modo accipitur euum pro duratione rei permanātis ꝛ euiternū pro re ipsa permanente durāte ꝛ cum illa duratiōe sit idem quod res ipa. Planum est q̄ tot sunt eua quot euiterna ꝛ ecōuerso. Alio modo accipit euuz pro mensura euiterni. ¶ Circa quod est notandū scd̄m aliquos q̄ euum non mensurat rem permanētem cum qua est idem ꝛ cui conuenit forma. Mensura enim realis debet distingui realiter a mensurato. Oportet ergo si sit mensura q̄ sit mensura respectu. alterius substātie inferioris vel rei permanentis in euo durantis/ ꝛ illud mensuratum dicitur euiternum. Euum autem mensurans sicut ꝛ mensura debet esse simplicius ꝛ actualius. id est vniformius ꝛ notius sicut patet de motu celi respectu aliorum motuum. Similiter ꝛ Euū cum sic idē realiter cum substantia eius cui⁹ est duratio. Uno mō potest accipi vt substantia. Alio modo vt duratio substātie vl rei pmanētis. ¶ In isto igr̄ articulo inq̄runt Utrū vnū sit euū oīm pmanētiū accipiēdo euū p duratiōe. ita q̄ sit mensura oīm existtiaꝝ aliarum rerum permanētium quaruz cuilibet debetur duratio ꝓpria intrinseca que est euum q̄ de euo vt dicit durationem alicuius planum est q̄ est idē cū ipso vt videtur vel multiplicatur sicut ipm. ¶ Ad hoc autem dicunt aliqui quod nō est dicere aliquā durationem alicuius angeli que mēsuret existtias oīm aliorum nec per se nec per accidens. Qz nō p se hoc probant q̄ mensura debet esse vnigenea mēsurato. 5. metaphi. Sz duratio ꝛ existētia non sunt vnigenea. Nam ēm istos duratio realiter differt sicut accidēs quoddam ab existētia substantie pmanentis sicut quātitas ꝛ substantia. ergo. ꝛc etera.

Euiaccipitur ceptiōes ꝛ euitni.

¶ Qz nō per accidēs q̄ quando aliquid mēsurat aliō per accidēs. Puta mediāte alio prio mēsurato sicut mensurat substātiam panni per accidens p ☧titatem prius mensuratā vel mediante ipsa. Oz q̄ mensura comparetur adutrumq̄ ēm eandem rationem mensure vt patet. Sed duratio non potest comparari ad durationem ꝛ existentiam sub eadez ratione mensure quia duratio mensurat durationē ꝛ existentiam sub eadem ratione mensure quia duratio mensurat durationē sicut mensura quiditatiua ꝛ sicut magis perfectum minus perfectuz. Non autem potest mēsurare existētiam q̄ illa est substātia ꝛ nobilior vel magis perfecta euo vel duratiōe que est accidēs ergo. ꝛc. Nullo igitur mō ēm istos aliqua duratio alicuius angeli mensurat existentias aliorum.

¶ Alij autem dicunt q̄ sicut

cuiuslibz rei temporalis est ꝓprium tempus quod est mensura eius intrinseca. Et hoc oīm est vnum tempus cōmune quod ē passio primi mot⁹ ꝛ mensura cōmunis ꝛ extrinseca oīm temporalium. Sic cuiuslibet euiterni est enim ꝓprium mensura intrinseca existentie sue ꝛ ꝓpria non tm̄ omnia eua habent vnum euum cōmune quod sit mēsura cōmunis omnium sicut omnia temporalia vnum tempus. Sed eis pro mēsura cōi extrinseca correspondet eternitas. Qz aūt non sit aliquod euum cōmune vnū cōmune omnibus sicut est vnum tempus cōmune omnibus tēporalib⁹. ¶ Probatur primo sic Res cuius mensura intrinseca nata est eē mensura extrinseca aliorum est durabilior ꝛ permanentior ☧ illa alia. Pts de tēpore cōmuni ꝛ motu primi mobilis que sunt diuturniora ☧ ista temporalia mēsurata per illud tēpus. Sz duratio alicui⁹ euiterni non ē nata eē durabilior durationibus aliorum vt patet quia oīa equaliter pñt durare saltem loquendo de incorruptibilibus ergo. ꝛc. ¶ Secūdo sic Ideo tēpus cōe ē mensura extrinseca oīm motuū particularium q̄ motus primus cui⁹ tempus est passio est causa efficiens ipsoz aliquomō. Sed nullus euiternum est causa alteri⁹. ergo nullum euū est mensura aliorum euiternoz. ¶ Qz aūt euiternitas sit mensura cōis omnium euiternorū ꝛ nihil aliud ꝓbatur sic. Id q̄ mensurat finitū ꝛ participatum int̄ tuz finitum ꝛ participatum illud est aliquid maius finito ꝛ participato. Et istud ꝓbatur q̄ mensura et mensuratum cā ꝛ cātum dicuntur analogice precipue causa reuocata ad cuius similitudinez dicitur mensura. Causa em̄ reuocata nobilior ē effectu ex totum genus effectus ergo q̄ est mensura extrinseca euiterni est simpliciter perfecti⁹ ꝛ nobilius quolibet eterno. Sed tale non est nisi eternitas vel deus ergo. ꝛc. Sic ergo ēm istos nō est vnum euum omnium euiternorum.

¶ Contra primos Arguo primo. q̄

supponunt vnum falsum sc̄z q̄ euum nō differt realiter ab eo cui⁹ est formaliter ꝛ apparuit in precedenti q̄stione. ¶ Secundo q̄ dato q̄ illud eēt verum adhuc euum vni⁹ angeli puta primi posset mensurare existias aliox ꝛ si non per se/ saltem per accidēs mensurando primo durationes eorum sicut ☧titas vlne mensurando ☧titatem panni per se mēsurat per accidens altedinem ꝛ substantiam pānī inquātum sunt extense per quātitatem. Nec videtur quod dicīt q̄ duratio mensuraret durationē sicut magis perfectū minus perfectum ꝛ quiditatiue. ¶ Dico q̄ non oportet semper ꝛ vl̄r sed dimensiue vel quasi sicut etiam quātitas vlne nō mensurat quātitatem panni sicut magis perfectum minus perfectū. Nec quiditatiue sed diuersiue. Sic dico in ꝓposito ꝛita per accidens euum quod est duratio primi angeli mensuraret existentias omnium aliorum euiternorum non int̄um existētias sed int̄um durantes. durationes autem dimēsiue vel quasi/ siue etiam duratiue.

¶ Contra secundos Non videt̄ ali-

quibus necessitas ponēdi plura tempora/ sed vnum tempus tantum quod est passio primi motus. Si em̄ plura tempora ponerētur/ hoc videretur vel q̄ tempus ꝛ motus idem sunt realiter ꝛ sic tot tempora quot mot⁹ vel quta temp⁹ est passio vnius motus. ꝛ sic idem q̄ prius. vel q̄ omnis motus habet ꝓpriam mensurā intrinsecam ꝛ omne q̄ est mensura motus est tempus. Sed nullum istorum cōcludit plura tempora. Non primum q̄ tempus ꝛ motus nō sunt realiter idem sicut dictum est supra ꝛ ꝓbatum. Nec temp⁹ est passio vniuersalis motus sed tm̄ primi mot⁹/ q̄ est regularissimus ꝛ notissimus ꝛ simplicissim⁹ ꝛ primus. Nec tertiū. Tū q̄ nihil ē dictū q̄ illa mēsura intrinseca. Tum q̄ etiā dato q̄ eēt aliquid nō omne quod mensurat motuz debet dici tempus. Sed tantum q̄ mēsurat ipm̄ sicut mensura extrinseca. Tum q̄ etiam pars motus per replicatiōē saltez mensurat motum ꝛ tm̄ pars mot⁹ non est tēpus q̄re ꝛc. ¶ Si dicas q̄ cōmentator dicit quarto phisicorum q̄ imo tempus nihil est in re ꝓter motū. Concedo ꝓ tanto quia temp⁹ non est sine motu/ licz non sit ipe mot⁹ Nec est etiam in quolibet motu sed tantum ī motu primo. ¶ Contra aliud q̄ dicīt q̄ nō est vnum euum aliorum euiternorū ꝓ tanto/ quia vnum euū non est durabilius alio vel euiternum. Dico q̄ hoc nō arguit. Non em̄ oportz ad rationē mensure q̄ excedat mēsuratum sicut numerus non excedit nūerata/ nec vnum excedit multa. Et ita non requitur maior diuturnitas in mensura ☧ in mensurato sed hoc accidit mensure. Sed de ratione mensure est eē simplicius id est vniformi⁹ ꝛ regularius ꝛ notius sic q̄ per ipsum possit deueniri ī noticiam mensurati. ¶ Contra aliam rationez de efficientia. Dico q̄ mensure accidit ratio efficientie rei mensurati. Albedo enim est mensura colorus ꝛ dyereſis sonorum non tamē sunt cause effectiue sonorum. ¶ ꝑ etiaz dico q̄ motus primi mobilis nō est per se causa effectiua istorum motuum inferiox ꝛ cessante ipso nihil minus possent esse ꝛ figul⁹ nichil minus posset mouere rotam suam. ergo. ꝛc.

¶ Quantum ergo ad istū ar
ticulum. Dico q̄ est dare in actu euum ꝛ durationē
alicuius euiterni vel substātie angelice quod ē mē
sura omnium aliorum euiternorum inferiorꝫ pfe
ctionis exīstiarum suarum. Per accidēs tamen vl
quasi per accidēs mediātibus euis suis que primo
et per se mensuratur illo euo vel illa duratione in
q̄tum eua sunt ꝛ durationes sunt ꝛ illud est eū vel
duratio primi angeli ꝛ perfectissimi in naturalib⁹
que est in actu. Si aūt sint plures tales angeli i ea
dem specie ꝛ sint eque pfecti. Dico q̄ equaliter eua
ipsorum mēsurāt exīstias aliorum euiternorum qꝫ
sunt eque prima ꝛ perfecta sicut si ēent due albedi
nes equales q̄bus nō eēt in actu aliqua perfectioꝛ
equaliter mensurarent alios colores. Nec est hoc
aliquod incōueniēs etiā de mēsuris simpliciter pri
mis sicut dictuꝫ est in primo saltē non est oppositū
demōstratum. ¶ Secūdo dico q̄ in potentia nō ē
dare aliquod euum pmū vel durationē que mensu
ret exīstias oīm aliorum/ qꝫ sicut dixi in primo nō
video quin species angelorum possit procedere in
infinitum in sursum vel saltē oppositum nō est de
monstratum ꝛ ita non est in aliqua prima nec aliq̄
indiuiduū vel euiternū eoꝝ aliorum quod tū requi
ritur in ꝓposito. Si dicas q̄ incōueniēs videt ꝑ po
nere hoc de lucifero qui sm alios est primus ange
lus quod fit mēsura aliorum vel suum euum. Dico
q̄ non est incōueniēs sicut non est incōueniēs q̄ sit
perfectioꝛ ꝛ prior in naturalibus q̄tūcunq̄ sit dānatus. ℔ hoc est de secundo articulo. ꝛc.

¶ Quantum ad tertium arti
culum. scz vtrū oīm euiternorum sit vnum euū mē
sura. Ita q̄ sit dare vnam mutationē alicui⁹ euiter
ni que sit mēsura oīm durationum alioꝝ euiterno
nō dico exīstiaꝝ mō. Dicunt aliqui q̄ non sicut ēt
in precedēti articulo tangebatur. Et reduco hoc ad
que tangebatur in de eternitate mēsura analogice
ꝛ extendēter se habet ad mensuratū ergo mensura
est nobilioꝛ mēsurato sm totum genꝰ suum ꝑcipue
mensura extrinseca/ de qua est sermo. Sed vnū euū
nō est nobilius sm totum genus suum qꝫ tunc esset
nobilius seipso qꝫ ptinetur in genere euorum. ℌ. ꝛc.
¶ Secūdo sic. Mēsura est simplicioꝛ ꝛ vniformioꝛ
mensurato. Sed vnum euum nō est simplicius nec
vniformius alio quia vtrūq̄ est simplex ꝛ indiuisi
bile totum simul. ergo. ꝛc. ¶ Tertio sic. Si euū su
premi angeli eēt mēsura aliorꝫ sequeretur q̄ inēsu
ratum posset eē sine mēsura qꝫ deus posset ꝑseruā
re inferiores angelos adnihilādo primum. Sꝫ hoc
est impossibile ℘ro tāto eīm sciētia eē nō pōt sine
scibili licz ecōuerso. ergo. ꝛc. ¶ Quarto sic. vnum
euum non pōt mensurare aliud per adequationem
quia primus angelus potuit creari post alios ꝛ sic
suum euum non fuisset alijs adequatum nec per re
plicationem/sicut vlna panni mensurat totum pan
num qꝫ in talibus non est pars ꝛ pars. ergo ꝛc. Nul
lo mō igit̄ vt dictū est vnū euū mensura oīm alioꝝ.

¶ Sed de isto articulo videt
mihi dicendum q̄ in potentia nō est dare aliq̄d vnuꝫ
simpliciter pmum quod sit mensura aliorum qꝫ pce
ssus in infinitum est in eis sicut dictum est supra
vel saltem oppositum non est demonstratum. Sed
in actu dico q̄ est dare vnam durationem vel plu
res eiusdem rationis quorum quelibet est mensura
aliarum durationum ipsorum euiternorum. Tum
quia in quolibet genere est dare aliquod pmum qđ
est mensura aliorū ꝛ ratio cognoscendi alia vel quā
tum ad perfectionem ꝛ gradum vel q̄tum ad dura
tionem ergo in genere euorum. Tum quia in actu
est dare vnum euum saltē sm speciem summe actu
ale ꝛ simplex summe potens coexistere tempori q̄
tum er se ꝛ ex positiua ratione que ē actualitas sua
quare. ꝛc. Sic igitur dico q̄ omnium euiternorum
aliorum ab vno est sm speciem vnum euum mensu
ra Secundo q̄ omnium euorum est vnuꝫ enūm. om
nium. Dico aliorum ab illo vno quia nihil mensu
rat seipsum. Et similiter omnium euiternoꝝ alio
rum ab vno est in actu vnum euiternum mēsura pa
ri ratione vel plura eiusdem rationis et sic etiam in
alijs vt predictum est.

¶ Ad primum aliorum dico/
q̄ non oportet de mensura duratiua q̄ excedat mē
suratum in perfectione licet ita sit in ꝓposito.
¶ Secūdo dico q̄ dato q̄ oꝛporteret ꝛ q̄ analogi
ce dicatur mensura ad mensuratum ꝓpter diuer
sitatem rationum non plus concludit ratio nisi q̄
euum mensura est nobilius quo libet mensurato ꝫ
non quolibet euo tunc esset nobilius seipso/ ꝛ ideo
non oportet q̄ analogice simpliciter dicatur men
sura ad mensuratum sicut deus ad creatum: sed so
lum hoc est verum de prima mensura simpliciter.
¶ Ad secundum dico q̄ vnuꝫ euum est simplicius
ꝛ vniformius alio quia actualius ꝛ perfectius ꝛ pri
mo propinquus/ ꝛ sic etiam est substantialis q̄tum
est ex se/ inter simplicia enim bene est aliquid sim
plicius. ¶ Ad tertium dico q̄ mensuratū id quod
est absolutum potest esse sine mensura sua quacun
q̄ creata sicut sine causa extrinseca secunda. Nec ē
inconueniens. Unde dico q̄ de eo quod non est in
re est scientia. ¶ Ad quartum potest dici q̄ vnum
euum mensurat aliud per adequationem quia licz
in actu vnum potest esse non existente alio per vo
luntatem agentis tamen q̄tum est ex natura sua e
qualiter possunt durare q̄tum ad causam negati
uam vel priuationē durationis que est carentia ma
terie. vel potest dici q̄ per excedentiam quia vnuꝫ
excedit aliud in nobilitate ꝛ virtute ꝛ actualitate ꝛ
simplicitate sicut dictum est supra.

¶ Ad primum principale ptz
quo modo accipiendo euuꝫ vt est duratio quot sūt
euiterna tot sunt eua. Accipiendo vero ꝓ mensu
ra vnum est euum in actu. Unuꝫ dico specie vel nu
mero. ¶ Ad Secundum dico q̄ mēsura in ꝓpo
sito est vnigenea mensurato non quia sit eiusdē ge
neris predicamentalis cum ipso sed quia vniformi
tatem vel conformitatem habet cum ipsa in essen
do/ ꝛ sic omnia permanentia sunt eiusdem generis
isto modo licet sint diuersorum ꝑdicamentorum.
¶ Ad tertiū dictur q̄ tm̄ est vnuꝫ tempus omniū
tēporaliū. ¶ Ad Augustinū dico q̄ non existente
motu solis vel celi bene est tēpus sed impropꝛie ac
cipit tēpus ꝓ quacūq̄ duratiōe successiua ꝛ etiā
mota quā motam habet motus sm se etiā ꝛ si nō sit
tēpus propꝛie dictū. ¶ Ad quartum dico q̄ si non
esset nisi infimus angelus adhuc suum euum actu
mēsuraret omnia eua aliarū substantiarum vel re
rum permanētium que essent in actu. Sed si creare
tur superioꝛ angelus iam nō haberet rationem mē
surantis omnia alia eua a se: sed euum illi⁹ superio
ris creati. Sic ad istud.

¶ Questio tertia.

Utrum ꝓpꝛie vbiuꝫ
angelus sit in loco. Videtur
q̄ non. Boheus de ebdoma
dibus dicit q̄ cōmunis ani
mi ꝯceptio est incoꝛporalia
non esse in loco. Sed ange
lus est aliquid incoꝛporale.
ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic. Et
Augustī. cōfirmatur per Augustinū. 83. q. q. 20. qui probat
ex intētione deum nō esse in loco: qꝫ nō est corpus.
¶ Tertio sic. Locus est continēs locatū. 4. phisi
corū. Sed corpus nec aliquid coꝛporis potest cōti
nere angelum: qꝫ est aliquid min⁹ actuale q̄ ange
lus. q̄ ꝛc. ¶ Quarto sic. Omne locatū habet situ.
Sed nichil habet situ nisi quātum qꝫ situs est habi
tudo partium ad locū. ergo angelus nō est locatus
sicut nō est quātus. ¶ Quinto sic. Si angelus est
in loco. Aut est i eo violēter aut naturaliter ꝫ neu
tro modo. Q̄ non violenter patet: qꝫ nullus locus
est cōseruatuus. ergo ꝛc.

¶ Contra. Magister dicit q̄
angeli creati fuerūt in celo empireo sicut in loco.

¶ In ista questione sic ꝓce/
dam. ¶ Primo ostēdam quid est locus. ¶ Secun
do ostēdam q̄ angelus est in loco nec repugnat sibi
esse in loco. ¶ Tertio inquirā quid est sibi ratio
essendi in loco vtrū in substātia vel operatio vel li
mitatio vel quid vltimo ad rationes.

¶ Quātum ad primum dicit
Locꝰ qd. Damas. Aristoteles. 4. phisicorū. q̄ locus est vltima super
ficies coꝛporis continētis immobilis primum. Et
Damascenus. 1. lib. c. 15. cōcoꝛdat cuꝫ ipso excepta
immobilitate. Dicit enim q̄ locus est coꝛporalis fi
nis eius qđ continet scōm q̄ continet id qđ contine
tur. Puta aer cōtinet coꝛpus. coꝛpus autē contine
tur. Iste due descriptiōes in hoc cōueniunt q̄ am
be ponūt locū esse vltimū coꝛporis cōtinētis respe
ctu coꝛporis cōtenti. quicquid vltimum tangit vl
timū coꝛporis cōtenti. Ūñ Damascen⁹ vbi supra.
Non autē vniuersus cōtinēs aer locus est eius qđ
cōtinetur coꝛporis sed finis eius qui cōtinet aeris
ꝛ tangēs illud qđ continetur coꝛpus. ¶ Sed con
tra descriptionē Aristotelis oriuntur quatuoꝛ dif
Difficultates de loco. ficultates: quarū tres sunt cōmunes Damascenoꝛ
quarta est specialis Aristoteli. ¶ Prima est quia
si locus est vltima superficies videt q̄ locus nō di
stinguatur specifice a superficie ꝫ q̄ sint eadē spe
cies q̄titatis contra Aristotelem in predicamētis
¶ Secūda difficultas est de vnitate ꝛ entitate lo
ci. Cum enim locus sit superficies oportet q̄ sit ac
cidēs ꝛ accidēs coꝛporis locātis formaliter existēs
in primo. Sed nullū accidens vnū numero est foꝛ
maliter in tribus subiectis qđ tamen verū est de lo
co. Sit eīm virga cōtinua cuius vna pars sit i aere
alia sit in aqua ꝛ tertia in terra. Planum est q̄ nō
habet nisi vnū locum sicut nō est nisi vnum coꝛpus
alioquin vnū coꝛpus naturaliter esset in pluribus
locis: ꝛ tamē ille locus est in tribus coꝛporibus nu
mero distinctis i aere aqua ꝛ terra. igit̄ ꝛc. ¶ Ter
tia difficultas est quia si locus est superficies est ali
quid absolutum formaliter ꝛ intrinsece. Sed abso
lutū potest esse in actu sine alio absoluto a quo non
dependet vt videtur. ergo locus potest esse in actu
sine locato qđ est cōtra Aristotelem: qꝫ tunc posset
esse vacuum. ¶ Quarta est cōtra immobilitatem
Aristotelis: quia locus est accidēs coꝛporis locan
tis. ergo recedēte vel fluente vel moto coꝛpore lo
cāte necessario mouetur locus ꝛ ipso coꝛrupto coꝛ
rūpitur: quia nec accidēs migrat de subiecto i sub
iectū nec manet subiecto coꝛrupto. igitur est coꝛru
ptibilis ꝛ mobilis vt videtur. Hā motis nobis mo
uētur omnia que sunt in nobis sm philosophum li
bro thopicoꝛum. ergo non videntur ille descriptio
nes bone.

¶ Ad primam instantiam di
co q̄ locus per se ꝛ essentialiter nichil positiuū di
cit vltra vltimā superficiem coꝛporis continentis.
Quādo dicis vltra q̄ immo quia est distincta spe
cies q̄titatis cōtinue a superficie. Dico q̄ nō intē
debat philosophus ponere superficiem ꝛ locū di
stinctas species q̄titatis per se sed distinguere ali
quo modo inter ista quia locus licet sit superficies
non tamen est quecunq̄ superficies sed superficies
vltima coꝛporis contīētis. Superficies inq̄ con
tinua ꝛ ita in plus se habet superficies q̄ locus. Un
de ꝛ in quinto metha. nō fecit mentionē de loco in
ter species q̄titatis. Verū est tamē q̄ cōmentatoꝛ
ponit locum i genere qualitatis. Et ratio eius est:
quia locus cōseruat sed hoc nō est nisi per qualita
tes. ergo ꝛc. Dico q̄ hoc nichil valet: quia ad locū
per se nō pertinet cōseruare vt patet de loco respe
ctu eius qđ est in ipso violēter. Sed ad locū per ac
cidens pertinet hoc in q̄tum est cōueniens ꝛ natu
ralis locato. Dices quomodo ergo locus pertinet
ad considerationem phisici ꝛ naturalis ex quo non
dicit nisi superficiem videtur enim magis pertine
re ad mathematicum quia abstrahit a qualitate et
a materia sensibili. Dico q̄ ad phisicum pertinet si
cut etiā q̄titatis de q̄ diceret ymētatoꝛ q̄ ipsa sm
se est diuisibilis in infinitum nō per qualitatem na
turalem: quia vt naturalis nō est diuisibilis in infi
nitum saltem sm aliquos: ꝛ cōmuniter loquentes.
¶ Ad locum ergo per se nō plus pertinet positiue
q̄ vltima superficies coꝛporis cōtinentis. Q̄ aut
em conseruet vel coꝛrūpet hoc accidit: licet forte
ratione qualitatum naturalium quibus hoc si bi cō
uenit pertineat ad phisicū sicut ab alijs diceretur.

¶ Ad secundum dubium dici
tur q̄ nō requiritur causata vnitas in loco sicut in
locato. Nam ad vnitatem loci sufficit vnitas con
tiguationis qꝫ ergo aer ꝛ aqua ꝛ terra cōtiguātur
possunt facere locum vnum. Contra locus est acci
dēs: quia est superficies. Sed ad vnitatem numera
lem accidētis absoluti nō sufficit vnitas contigua
tionis in subiecto quia vnitas contiguationis non
est nisi inter nūeraliter distincta ergo ꝛc. Dicerem
igitur q̄ illa virga secundum tres partes suas non
est in vno loco sed in trib⁹. Quod patet quia quod

libet illorum corporum habet propriam superficiē circunscribentem non totam virgam sed partē virge vt patet. Diceres quo mō distincta vbi possunt esse in partibus virge que nō sunt distincte nec discōtinuate. Dico q nullum est incōueniēs sicut nec est incōueniens q vnū lignū ꝯtrucuq; continuum sit immediate albū ⁊ in alia medietate nigrum habēs distinctas qualitates cōtrarias. ¶ Dices iterum q ex predictis sequitur q idem corpus naturaliter sit in plurib⁹ locis qđ est impossibile. Dico ad hoc q idem corpus ſm se totū esse in plurib⁹ locis immediate ⁊ per se primo est impossibile q naturā sed idem corpus ſm suas partes ⁊ ita non primo esse in pluribus locis immediate ⁊ per se primo est impossibile per naturā: ſz idem corpus ſm suas partes: ⁊ ita nō primo esse in pluribus locis contiguis adinuicem inter que nō est alicuius locus sicut inter Parisius ⁊ Romā est alius locus. Dico q non est incōueniens aliquod sic est in proposito.

¶ Ad tertiū dubiū dico q est

Locus ī actu duobus modis capitur.

motiuum hoc aliquorū quare ponunt locus esse de genere relationis vel respectiuum. Videtur enim eis q locus in actu esse non possit sine locato sicut nec locatum in actu sine loco sicut nec respect⁹ vel respectiuum sine termino. Sed dico q istud nō debet mouere. Locus enim in actu potest accipi dupliciter: quia vel in actu primo vel in actu secūdo. vel quasi secūdo. Tunc dico q locus in actu primo id qđ est potest esse sine locato: quia saltem virtute diuina potest esse vacuum ⁊ conseruari corpus cōtinens cum sua superficie ⁊ lateribus distantibus seipsis ⁊ per aliquid positiuum medium interiacēs ¶ Secundo modo in actu non potest esse sine locato quia nō potest esse locans vel locare in actu sine locato sicut etiam nec locatum isto modo sine loco. Qz autem inuenitur aliquādo dictum q locus est in capitulo relationis vel aliquid respectiuū hoc nō est nisi denominatiue a respectu locationis vel circūscriptionis actiue vl quasi actiue que est locatio in actu ex parte loci inꝑtum locus locat ī actu Sicut etiā ſm aliquos sanitas ⁊ pulchritudo denominatiue dicūtur qualitates propter qualitates in quibus fundātur: licet essentialiter sint relationes et proportiones quedā qualitatū vel mēbrorum sicut videtur innui in .7. phisicorum.

¶ Ad quartum et vltimum dicitur

q aer vel corpus nō habeat rationē loci absolute vt est hic aer sed inꝑtum habet diffinitā distātiam ⁊ habitudinem ad polos mundi ⁊ centrū terre ſm q est in tanta distātia ad orbē a quibus vl respectu quorum habet immobilitatē que est formale in loco. Sed cōtinuum vel superficies est in nūerale. qz igitur hoc aere qui prius locabat succedit aliud corpus ī eadē distātia ⁊ habitudine ad cētrū et polos mundi per ꝓſis lis locus materialiter varietur. manet tñ idem locus numero formaliter et est locus vere immobilis. Exemplū ponitur q manet idem fluuius numero licet pres materiales ei⁹ continue fluant. ¶ Contra illa distātia subiectiue est in hoc aere distāte sicut accidēs eius. ergo recedēte hoc aere nō manet hec distantia quia nec manet sine subiecto nec migrat in aliud subiectū: licet bene possit in corpore succedēte esse equalis vel similis distātia: ⁊ sic manet idez locus numero. ¶ Ꝑ falsum est q accipiunt illam distātiam esse formale in loco quia locus sicut dictum est aliquid est absolutum. Alioquin deus non posset facere vacuum. ¶ Preterea quero quid intelligis per polos ⁊ cētrum a quib⁹ dicis locū accipere immobilitatē. aut intelligis puncta tantūmodo imaginata in celo et in terra. Aut partes determinatas orbis celi ⁊ terre. Si primo modo ergo locus nō habet immobilitatem nisi imaginatā ⁊ nō reale sicut tu dicis q habet realem. Si secūdo modo planū est q quelibet pars celi mobilis est. ergo per cōparationem ad ipsam nō potest dici aliquid immobile. ¶ Dico igitur q locus vere ⁊ realiter p accidēs tñ mobilis est sicut ⁊ corpus in quo est sicut in subiecto ⁊ corrupti bilis ad corruptionē corporis vel subiecti sui. sicut ⁊ aliud accidēs. Dico tamē q habet immobilitatē imaginatā tñ. quia mathematicus causa doctrine non vt ita sit in re imaginatur vnā lineam ab vna parte celi ad aliā protractam vel transeuntem per cētrum terre qđ est etiā punctus imaginatus ⁊ ista linea terminata hinc inde ad celū vocatur axis extrema vero vel trinū seu puncta terminantia vocātur poli ⁊ sunt pūcta imaginata in celo ⁊ respectu talium polorum centrum dicitur locus immobilis imaginarie tñ nō realiter sed realiter mobilis est et corruptibilis aliquādo manet tamen in equipollēti quia cedēti priori corpore puta aere qui prius locabat succedit aliud corpus qđ locat eque bene sicut locus precedēs. Locus tamē per se primo nō dicitur moueri qz per se primo nō est ī loco. Quod autem primo mouetur vel per se est in loco loci autem per se nō est locus sed locati propter qđ etiam dicit Aristoteles immobilis primū. Et per hoc satis saluatur intētio Aristotelis. Non ēm voluit q simpliciter locus esset immobilis sed sufficit sibi q locus precedēs ⁊ sequēs respectu eiusdē locati possent senserivnus locus qz ſm ipsum in eodem capitulo. Locus queritur propter motū locus autē precedēs ⁊ subsequēs possunt equipollere vni loco ad faciendū vnum terminū motus localis vnius quia locus precedens ⁊ subsequens non distant iuter se per aliquid interiectū qđ possit intertūpere motus ⁊ eodē modo vniformiter mouetur ſm eandē lineā rectam in alium locū ab vno illorum sicut ab alio⁹ eodem motu vel aliter non possunt censerivnus locus ⁊ ita locus potest dici immobilis.

Axis et polorum imaginatio. Centruz quid.

¶ Sed contra hoc instatur q

idez corpus simul quiesceret ⁊ moueretur ⁊ vtrūq; per se. Probatio tu dicis q locatū quiescit ſz probatio q mouetur nisi corpus ꝓcedēs et subsequēs sint idem locus numero qz omne corpus qđ succedit est in alio ⁊ in alio loco mouetur localiter. Sz sic est in proposito ergo ⁊c. ¶ Ad istud dicit q nō sequitur idez corpus quiescere et moueri. Dicitur ēm q quiescit ⁊ nō mouetur. Tu dicis successiue ē in alio et in alio loco. Dico q verū est sed non per motū sui sed per motum loci qui mouetur per accidens et vnus recedit ⁊ alius aduenit. Aliter dicit et subtilius q corpus locatū non quiescit: sed mouetur de loco ad locū: qz habet alium ⁊ aliū locū et adquiritur sibi nouū vbi in alio loco et hoc non est aliud ꝙ moueri localiter: ⁊ ita nō sequitur aliquod incōueniens quare ⁊c. Sic igitur patet quid est locus. Et hoc de primo articulo ꝓncipali. Nisi q aduertendū est q aliqui ponūt locū induisibilē sicut punctum de quo non videtur eis impossibile q habeat rationem loci respectu alicuius simplicis ⁊ indiuisibilis vel spiritualis sicut est angelus ⁊ de tali loco nō loquuntur philosophi nec de tali loco verificatur descriptio predicta: quia planum est q superficies nō est pūctus nec econuerso. Hoc de primo articulo.

Modi essendi in loco.

¶ Quātum ad secundum ar/

ticulum dicitur q in creaturis naturaliter loquendo ⁊ de lege cōmuni duplex est modus essendi ī loco. Vnus modus est sic q aliquid est in loco circūscriptiue ⁊ dimēsiue sic q circūscribitur ⁊ ambitur a loco ⁊ vltima locati attingūt vltima loci ⁊ sunt simul ⁊ isto modo corpora per se locata sunt in loco. Alius est modus essendi in loco diffinitiue quādo aliquid sic est ī loco q est presens ipsi loco ⁊ sic presens isti q nō alteri sed in certo ⁊ determinato loco vtrum tamen circūscriptiue vel non hoc accidit qz aliquādo est hoc circūscriptiue aliquando vero nō circūscriptiue. Isto modo dicitur q angelus est in loco ⁊ alia spiritualia suo modo. Sic etiā q continetur a loco nō quidē circūscriptiue sicut corp⁹ nec per aliquā actionem elicitam influendo in ipsa aliquid sed diffinitiue sicut spiritus qui est ibi ꝓsens. Et potest dici modus iste diffinitiuus qz sicut diffinitum est idem ipsum qđ diffinitio et non aliud. ita illud qđ sic est in loco est ita in isto loco q nō in alio. ¶ Est tamen alius modus. Tertius abstrahens ab vtroq; istorum quo aliquid nec est in loco circūscriptiue nec diffinitiue. Eo modo quo corp⁹ christi est in multis altaribus sub speciebus panis Nec enim est ibi circūscriptiue. Patet. Nec diffinitiue quia sic est in vno altari q cū hoc est in alio. Et iste modus nō est modus naturalis essendi corpus in loco. Isto modo etiā esset si idez angelus esset in pluribus locis. Nec ēm esset ibi circūscripti uevt ptz nec diffinitiue. Et modus iste appropriat sibi nomen ꝓsentialitatis propter penuriam nominū. ita q dicitur modus essendi in loco presentialiter licet omne qđ est in loco sit in loco presens. Secūdū istos tres modos essendi in loco sunt tria vbi ſm speciem que sunt respectus existētis in loco ad locum ipsum ⁊ respectus extrinseci. Dimittamus autem modū vltimū: qz non est ad propositū nec est modo nature vel de lege cōmuni. ¶ Dicitur ꝙ primo q angelo repugnat esse in loco primo modo scz circūscriptiue secundo q angelo cōuenit esse in loco. secūdo modo scz diffinitiue. primum probatur. ¶ Primo sic. Illi qđ est simplex ⁊ indiuisibile non habēs partem et partem repugnat esse in loco circūscriptiue. Qđ patet qz partes locati sunt cū partibus loci. Sed angelus simplex est ⁊ indiuisibilis nō habens partem ⁊ partem ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. Illi qđ non potest coextendi loco repugnat esse in loco circūscriptiue qz vltima loci ⁊ locati sunt simul. Sed angelus est huiusmodi ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Non minus repugnat angelo esse in loco circūscriptiue ꝙ puncto. Sed puncto repugnat sic esse in loco ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Si qđ non potest locū occupare ⁊ dimensionaliter replere repugnat esse in loco circūscriptiue et per se. Sed angelo repugnat hoc. quia non est corpus. ꝙ ⁊c.

Ubi. ąt.

¶ Secundo modo dico et dicitur

Angel⁹ qūo in loco.

q angelo non repugnat esse in loco. immo sibi cōuenit. Quia illi non repugnat esse in loco diffinitiue qđ est simplex ⁊ potēs coexistere loco indiuisibiliter: ⁊ sic isti loco q nō alteri. Sed hoc angelo nō repugnat sed conuenit sibi naturaliter vt patet ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. Illi nō repugnat esse ī loco diffinitiue cui nō repugnat esse citra circūferentiam celi ⁊ virtualiter coextensum loco vel ꝙſi equipollenter. Sed angelo non repugnat hoc tanq; enti simplici et indiuisibili formaliter virtualiter vel quasi equipollenter coextēsō ſm magnitudinē mobilis ꝙ ⁊c. ¶ Tertio sic. Si nō repugnat esse in loco per se qđ est ens distinctum per se subsistens nec tamē est locus. Sed angelus est huiusmodi. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Si nō repugnat operari in loco dū tamen nō sit locus qđ dico propter colum. Sed angelo cū non sit locus non repugnat operari in loco vt patet. ergo ⁊c. ¶ Quinto sic. Si non repugnat esse in loco cuius substantia limitata est ad esse ptē vniuersi ⁊ partem simplicem non locātem alia quia omnis pars vniuersi per se existens vel est locus vl locabilis. Sed angelo non repugnat hoc ergo ⁊c.

¶ Dico igitur q angelus est in loco diffinitiue et non circūscriptiue. Sic igitur ſm fidem ⁊ scripturam dico q nō solum non repugnat angelo esse ī loco: sed etiam est in loco: licet absolute loquendo et virtute diuina posset fieri vnus angelus nō in loco ¶ Circa hoc tamē est aduertendū q angelus nō est in aliquo loco determinādo sibi aliquē locū naturaliter eo modo quo graue determiat sibi vel determinatur naturaliter ad deorsum vel leue ad sursum. Tunc enim violenter staret vel moueretur ad aliū locum illi oppositum qđ est falsum. ¶ Ex quo patet q ꝙtum est ex se indifferēter se habet ad omnē locum. Ex quo concludo q in nullo loco est violenter eo modo quo dicimus violentū opponi determinationi naturali ad certum locum: hoc de secundo articulo.

¶ Quantum ad tertium ar/

tium articulum quid est sibi ratio existēdi in loco ⁊ per quid est in loco. Est vna opinio q per operationem vel applicationē sue virtutis ad locum: nō autem per suā substantiam. Qz autem per operationem probatur sic. Aliquid non est in loco diffinito sic q non in alio nisi qz aliquo modo applicatur ad hunc locum. hec autem applicatio nō est nisi vl ſm situm sicut punctus applicatur loco cōtinui: qz habet situm in continuo vel ſm formā sicut anima applicatur loco corporis cuius est forma vel ſm contactum ⁊ hoc dupliciter vel ſm contactum corporalem sicut corpus applicatur loco vel ſcōm cōtactum virtualem sicut operās applicatur illi in quo vel circa qđ operatur. Sed angelus non potest determinari ad hunc locū per applicationem ſcōm situm vt pūctus: qz absolutus est a situ corporali nō minus ꝙ vnitas. Nec ſcōm formam quia nō est forma alicuius: sed est forma per se subsistens. ergo secūdum contactum nō corporalem: quia nō est corpus ergo virtualem qz in loco vel circa locū operatur ⁊ ſcōm contactum metaphoricū cum nō mathematicū. Ponitur exemplum. Sicut cōtristās aliū licet nō tangat ipsum corporaliter vel mathemitice

vel proprie tñ dicitur sibi presens q tangit ipsum metaphisice operando aliquid circa ipsum. ¶ Secūdo sic. Angelus aut est in loco per suā substātiā Aut per operationē. Non per suā substātiam ꝫm articulum qui dicit sic q substantie separate nusq̄ sunt ꝫm substantiā erroꝛ est. Si intelligatur q substātia non sit in loco ꝛ sequitur ad propositū ipsoꝝ. Si autē intelligatur q substātia non sit ratio essendi in loco. Verū est q etiā substātia corporalis per seipsam nō est in loco: sed per accidēs puta per q̄titatē ergo per operationē ꝛ per operationē trāseuntem nō permanētem q equaliter abstrahit a loco sicut substātia eius. ¶ Tertio sic. Per idē convenit angelo esse in loco et in tēpoꝛe vt videtur Sed in tēpoꝛe nō est nisi per accidēs puta per operationem suam transeuntem. ergo ꝛc.

Damascenus. ¶ Ad hoc adducūt auctoritates. ¶ Prima est Damasceni lib. i. c. 17. vbi dicit sic. Angelus dicitur esse in loco vbi ādest ꝛ intelligibiliter circūscribitur vbi operatur. ¶ Secunda

Hugo. est. Hugōnis de sacramētis libro parte. 4. ca. 18. Spiritus est loco communi in loco per presentiaz nature ꝛ operationis cōcluditur. ¶ Tertia est au-

Cōmentatoꝛ. ctoritas cōmentatoris. 8. phisicoꝝ. cōmēto octuagesimo quinto vel penultimo vbi dicit q intelligētia est vbi potissime apparet effectus eius. Puta i circūferentia celi. Unde ꝛ omnes leges in hoc conueniunt q deus habitat in celis.

Godefridus. ¶ Alius doctoꝛ Godefridus duodecimo quolibet questione quinta dubitando videtur ad hanc opinionē declinare. Non enim sicut dicit Angelus potest esse in loco per se: q non potest per se determinari ad locū nec sicut ad vas contentiuū qꝛ iam circūscriberetur. Nec sicut ad locum naturalem ad quē naturaliter inclinetur quia iam violenter esset extra illum locum. Eodem modo eñ se habet aliquid ad esse i loco per se sicut ad esse q̄tū etiā equale loco q̄ nō potest cōuenire angelo. Similiter etiam per se nō potest recipere aliquod vbi a coꝛpoꝛe vel a loco. Unde dicit q nō est in loco nisi per accidēs puta per operationē transeuntē ꝛ vbi est coꝛpus circa q̄ operatur ibi est per accidens. Et dicit vltra q illi duo articuli quoꝝ vnus est q angelus vel substātia separata nō est in loco per operationē ꝛ alius q nō est i loco per substantiam sibi inuicem contradicūt qꝛ si per substantiam non est in loco eadem ratione nec per aliquaz sui potētiam vel operationem manētem quia omnia ista eque abstracta sunt a loco: ꝛ tunc si non per operationem transeuntem nullo modo erit in loco vel per nichil erit in loco ꝛ tamen supponūt ipsum esse in loco. Unde ꝛ dicit q episcopus Parisiensis peccat nō coꝛrigendo illos articulos. Ista positio est falsa ꝛ excōmunicata pariſ⁹ i articulo. 24. vbi dicitur sic q substātie separate sint alicubi per operationē ꝛ q nō possunt moueri ab extremo in extremū nec in medium nisi quia posset velle operari in medio vel in extremis erroꝛ. Si intelligat sine operatione substantiam nō esse in loco nec transire de loco ad locum ꝛ intelligit de operatione transeunte motiua alicuius alterius in loco vel circa locum vel causante aliquid in loco per se ꝛ primo; directe cōtra illam opinionem periculosam ꝛ presumptuosam. Ecce expressus articulus vbi ista opinio ē dānata. ¶ Secundo dico q est contra rationem. Et arguo primo sic cōtra eam. Posterius nō est ratio vel causa prioris qꝛ prius in suo priori non dependet a posteriori. Sed prius naturali ordine vel saltem ꝫm rationē intelligendi angelus est ꝑsens loco et in loco q̄ operetur aliquid in ipso p̄cipue ꝫm ipsos: qꝛ oportet agens prius approximari q̄ agat ꝛ ipsum esse presens saltem agens immediatum vt videtur Aristoteles dicere. 7. phisi. ergo operatio nō est ratio vel causa essendi in loco sed magis ecōuerso. ¶ Secundo sic. Illud per qđ cōuenit esse in loco formaliter siue per se siue per accidens est formaliter in ipso hoc videmus dicimus eñ q coꝛpus per se est in loco per suā q̄titatē ꝛ substantia p suū accidens qđ inest sibi. Unde nunq̄ per aliquid extrinsecū distinctū subiecto cōuenit alicui esse in loco formaliter licet bñ effectiue. Sed operatio transiens angeli ꝫm istos saltem nō est in angelo formaliter quia actio transiens nō est in agente sed i passo. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Anime beate sunt in celo empireo ꝛ erunt sicut angeli dei in celo ꝛ similiter angeli beati ꝛ tñ circa ipsum nō habēt aliquaz operationem transeuntē non enim mouent illud qꝛ stabile est nec mouetur ergo nō per operationē talem est in loco. Et confirmatur qꝛ angeli nō motores oꝛbium descendūt a celo empireo ad terram et per medios oꝛbes: ꝛ tamen nichil operātur circa illos oꝛbes quia non mouent ipsos vt patet ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Angelus motoꝛ habet totum celū pro mobili sibi adequato ꝫm Aristotelez: ita per se primo circa totū celū operatur nō primo circa partem. Unde falsa est imaginatio illius rustici athlētis vt videtur. ergo si per operationem est in loco sequitur q est in toto celo qđ est falsum. Tunc eñ simul esset in oriēte et occidēte. ¶ Quinto sic. Substantia angeli nō est magis abstracta a loco q̄ substantia diuina. Sed deus per suam substantiam nō per operationem est in loco. qꝛ dato q non operaretur circa locū adhuc esset in loco. q̄ ꝛc. ¶ Sexto sic Quando aliquid est in loco per aliud eodem modo est in loco sicut illud. Sed operatio extrinseca angeli est circūscriptiue vel cōmensuratiue in loco sicut et coꝛpus in quo recipitur. ergo et angelus si p ipsam est in loco quod est falsum.

¶ Dico igitur q̄tum ad pre/ sentem articulum q sicut michi videtur q ratio essendi aliquid in loco pōt intelligi dupliciter. Uno modo ratio formalis. Alio modo ratio fundamentalis. Ratio formalis i creaturis est respectus quidā presentie ad locum ꝛ est de genere vbi licet non semper sit vbi circūscriptiuum. Unde esse formaliter in loco nichil aliud est q̄ esse presens loco ꝛ habere respectum vbi ad locū siue illud sit diffinitiuū siue circūscriptiuum cum hoc siue presentiale tātū. ¶ Ratio vero fundamentalis vocatur illud quod est immediatū fundamentū talis respectus sicut in coꝛpoꝛibus ratio fundamentalis ipsius vbi est q̄titas ipsa coꝛpoꝛis. Et est exemplum huius qꝛ essendi simulem alteri est duplex ratio. Una formalis. s. ipse respectus similitudinis. Similitudo enim est qua aliquid formaliter est simile. Et relatio qua aliquid est rélatum. Alia est ratio que dicitur fundamētalis scz qualitas ipsa in qua fundatur similitudo sicut albedo vel nigredo vel huiusmodi. ¶ Ad propositū dico q ratio formalis essendi angelū in loco diffinitiue est q̄dā respect⁹ realis ad locū q̄ dicitur vbi diffinitiuum sicut in coꝛpoꝛibus vbi circūscriptiuum. Et hoc patet quia esse in loco nō dicit formaliter aliquid absolutū nec angelus quādo mouetur ad locū adquirit aliquā formā absolutam multo minus q̄ celum per motū suum. Cuꝛ igitur sit aliqua mutatio adquisitiua in angelo oportet q sibi adquiratur aliquid respectiuum illud voco vbi ꝛ respectiuū p̄sentie ad locū quem habet ad ipsum q̄ diu est in loco. Secus est de deo qui licet sit in loco: tamen nullum respectum realem habet ad locū sed tm̄ respectum rationis: quia ad creaturam nullum potest habere respectuz realem. ¶ Secūdo dico q ratio fundamētalis essendi angelū in loco nō est sua operatio siue manens siue transiens circa locum vel coꝛpus. Unde nō puto q sit fatuus vel mecolicus q̄ oporteat ipsuz occupari in cogitādo vel operando aliquid circa quēcunq̄ locum in quo est vel per quem transit ita q faciat aliquid vel velit facere circa locum semper Idem dico de applicatiōe virtutis quia ista applicatio nō est nisi operatio quedā elicita manēs vel transiens: nisi velis dicere q est nichil: ꝛ tunc de nichilo loqueris.

¶ Tertio dico q ratio fundamentalis talis respectus vel est sua substantia vel sua potentia passiua per quā est mobilis ad locum si ponatur aliquo modo distincta ab ipsa substātia. Si ergo distinguaꝛ sua potentia passiua aliquo modo ex natura rei ab ipsa substātia. ¶ Dico q ipsa est immediatū fundamētum talis respectus. Idem est enim imediatum fundamētum motus ꝛ termini motus localis et vbi sicut patet quia motus nō est nisi via i terminū adquirendum ipsi subiecto motus sed planum est q ipsa potētia passiua angeli qua mobilis est immediatū fundamētū ꝛ immediata ratio fundamentalis in ipso. Motus localis ergo ꝛ vbi vel essendi in loco. ¶ Secūdo hoc patet: qꝛ idem est immediatum fundamētum respectus ꝛ immediata ratio recipiendi ipsum vt patet. Sed immediata ratio recipiendi talem respectū est potentia passiua mobilis ergo ꝛc. Et intelligo hic de potētia non pro respectu potētiali sed pro fundamēto absoluto talis respect⁹. Si vero potētia ꝛ substātia nō distinguant ex natura rei: sed sint penitus idem extra intellectū sicut dicā infra de potentia materie. Tunc oportet dicere q̄tum michi videtur q substātia ipsa angeli que est idipsum qđ sua potētia sit immediatū fundamētum ꝛ ratio immediata fundamentalis essendi in loco ipsi angelo. Et hoc eodem modo probaꝛ sicut probatum est de potētia. Sicut enim materia ipsa ꝫm suam substātiam ꝛ potētiam que idez̄ est immediatū susceptiuum alicuius forme. Sic in proposito dico q angelus si substantia eius est idē cum potētia sua passiua mobili per ipsam est immediate receptiuus ꝛ motiuus ad locum et respectus essendi in loco. ¶ Unde nota hic de isto respectu quo formaliter est angelus in loco vel esse dicit qui simplex est per priuationem partium q̄titatiuaꝝ qꝛ nec est q̄titas nec formaliter q̄tus sicut nec angelus in quo formaliter recipitur. Non est tamen simplex per priuationem partium homogenearum eiusdem rationis sicut nec intellectio angeli cū possit talis intellectio intēdi vel remitti quēadmoduz alicui videreꝰ. Unde talis respectus angeli ad locū in quo est si est idem respectu loci ꝛ partium loci habet partes homogeneas ex quib⁹ intrinsece cōstituitur quarū q̄libet terminatur ad partē loci sibi coꝛrespondētem ꝛ ꝫm variationē vel adquisitionē seu deperditionē talium partium fit motus in angelo ad tale vbi ita q motus angeli nō solum denominatur cōtinuus vel vnus nō interruptus ex cōtinuitate loci vel spacij sed etiā ex vnitate forme ꝫm quā mouetur angelus cuius partes deperdunt vel adquirūtur successiue per motū ipsum. Si vero dicatur q talis respectus nullo modo habet partes: sed penitus simplex est et indiuisibilis sicut angel⁹ Tunc oportet necessario dicere q sit alius respect⁹ angeli ad totū locū et alius ad partē loci in qua est quia primo destructo manet secūdus ꝛ potest manere. Et tūc vltra quādo angelus mouetur ab vno loco sub intrādo aliū cessat vbi ad totum locum primū: ꝛ tamen manet vbi ad partem loci primi et adquiritur vnū vbi nouū ad totū locum ꝫm qui potest habere vel habet pro parte aliquā partem loci primi ꝛ ad illā manet eadem habitudo vel idez̄ vbi qđ primus et tunc motus angeli non est cōtinuus vel vnus ex aliqua vna forma in angelo que succedit in angelo ꝫm partes suas aquiratur vel deperdaꝝ: sed ex continuitate spacij per qđ mouetur vel loci cuius pars deperditur vel adquiritur et hoc modo ponitur infra distinctione decima questione vnica. et sic oportet dicere nisi prima via teneatur vel nisi forte dicatur q non est nisi vnus respectus simplex ipsius angeli ad totum locum et partes loci: ita q cōdem respectu est in toto loco et in qualibet parte loci quia non est in parte loci vt distincta est a loco et in actu: sed vt est pars loci ꝛ aliquo modo in potentia et ille respectus totus deperditur ꝛ ali⁹ semper et semp nouus adquiritur sicut et locus totus et tūc etiam nō est continuitas in motu vel non denominatur continuus ex forma que adquiritur vel deperditur: quia illa nō est vna: sed ex spacio sicut supra. Prima autem via magis placet michi.

¶ Sed tūc restat soluere ad articulum. Et dico sic ad ipm q potest exponi. ¶ Primo sic. q; scz substātia nō est ratio essendi i loco. Verū est ratio formalis qꝛ non est ipse respectus essendi i loco sed aliquid essentialiter distinctū tali respectu. Si eñ substantia sic esset ratio formalis. tūc angelus nō posset nō esse in loco sicut nec respectus potest esse sine termino manēs angelus q̄ falsum est. Nam extra celū posset deus modo ponere gabrielem et sic nō esset in aliquo loco: sed non vult dicere articulus quin substātia angeli sit ratio essendi i loco ratio dico fundamentalis. ¶ Aliter dicitur q si potētia ipa mobilis distinguitur ex natura rei ab eius substātia. tunc est planus articulus q substantia nō est ratio essendi in loco: sed magis potentia ipsa. ¶ Sertio modo dicitur q ꝫm articulum substantia bene est in loco sed nō est ratio essendi in loco. Verum est determinate in loco istovel illo sic q per suā substantiam vel per aliquā eius passionem consequētem ipsam substātiam determinet sibi sursum vel sicut graue ꝛ deoꝛsum sicut leue vel huiusmodi sicut etiam dictū est supra. Tunc enim sic esset naturaliter in vno loco puta surſum q violēter moueretur ad alium puta deoꝛsum qđ est falsum.

Ratio essendi aliqđ i loco duplex.

Nota.

Ita q substãtia ei⁹ neutra est ꝛ indifferẽs ad quẽcũq locum sicut et potẽtia eius licet sit ratio immediata fundamẽtalis essendi idifferẽter in quocũq loco sicut ꝛ mot⁹ ad quẽcunq locũ. Et ita patet q articuli non cõtradicunt nec est aliquod peccatum nõ corrigere. ¶ Aliqui tamẽ aliter exponunt articulum q substantia angeli vnde substãtia sic absolute nõ est ratio essendi ī loco: sed vnde limitata est ad certũ gradum ꝛ partem entis et ipsius vniuersi et ita cõsequẽter ad locũ in vniuerso. Sed istud nõ intelligo: qz nõ video q limitatio vltra substantiã limitatã addat nisi negationẽ pfectionis entitatis vel illimitationis seu infinitatis. Si enim aliquid adderet vel diceret illud etiam esse limitatũ ꝛ tunc vel ipso vel alio ꝛc. Modo nõ video vltra quomodo negatio potest esse immediatũ fundamentũ respectus realis. ꝛ ideo dimitto istud dictũ. Et dico q substãtia per idem qđ est fundamentum est talis respectus ad locum vel per potentiam predictam. Sic de isto.

¶ Ad primuz aliorum dico q aliquid potest esse in hoc loco determinato ꝛ nõ in alio non qz sit forma alicuius nec qz determinet sibi situm in cõtinuo sicut punctus. Nec quia operetur aliquid circa ipsum nec per cõtactum corporalem vel proprium seu etiam methaphoricuz qui est per virtutẽ actuam operãtem sed per suam substãtiam sicut est in proposito quãtitas etiã per seipsaz est ī loco fundamẽtaliter. Dico per seipsam nõ per aliquid aliud sicut per seipsam est mobilis ad locũ ꝛ nõ per contactũ nec p aliquid aliud ꝛ fundat presentiam q̃ti ad locum sic etiã substãtia vel potẽtia presentiam angeli ad locũ. ¶ Ad secundum patet ex dictis q in loco est per suã substãtiam ꝛ quomodo sit ꝛ quomodo nõ et rñsum est ad articulum/ vel saltem per potẽtiam suã passiuam qua mobilis est sicut dictũ est. ¶ Ad tertium dico q non est idem de loco ꝛ tẽpore. Angelus enim ex se habet ꝓprias durationem que est euum et nullo modo sibi conuenit alia duratio que est tẽpus nisi per accidens pro tãto qz est accidẽs motus qui est aliquid successiuũ qui nõ est duratio angeli sed suũ ipsius ꝛ mẽsuratur tẽpore sicut duratio durationẽ et q̃titas q̃titate. Sed angelus nõ habet aliquem locum ex se sibi intrinsecũ vel etiã vbi in actu licet sit locabilis per se et ideo oportet q sibi cõueniat locari non per accidẽs: sed p aliquid qđ est ipse vel qđ conuenit ei per se cuiusmodi est sua substãtia vel potẽtia. Vñ simplicit ꝛ absolute negãda est illa maior. ¶ Ad omnes auctoritates respondeo q nõ plus dicũt nisi q angelus est vbi operatur sed nõ dicunt q operatio sit sibi ratio essendi in loco. Ita q si nõ operaretur non esset in loco. ¶ Ad aliud qđ nõ potest recipere vbi a loco. Dico q a loco nõ recipit sed a ponente ipsum effectiue in loco licet respectu loci vt termini recipiat vbi diffinitiuum igitur a loco nõ recipit suum vbi sed a monẽte ipsum vel ponẽte ipm ī loco licet respectu loci vt termini habeat talevbi ¶ Ad aliũ doctorẽ qui dicit q angelus per se non potest esse in loco nec sicut in vase contẽtiuo nec sicut in loco ad quem naturaliter determinetur sicut graue vel leue. Concedo sed dico q hoc non concludit nisi q nõ potest esse in loco circunscriptiue. Ad aliud dictum dico q articuli nõ contradicunt sicut dictum est supra. Sed stante veritate vtriusq angelus est in loco eo modo quo dictum est supra. hoc de questione.

¶ Ad primuz principale dico q cõmunis animi cõceptio cõmunis est in corpoalia nõ esse in loco circũscriptiue sicut cõmuniter loquuntur homines de esse in loco. Eodem modo ad cõfirmationem. ¶ Ad secũdũ dico q locus circunscriptuus locati dimẽsionaliter vel q̃titatiue continet ipsum. Similiter dico q locus diffinitiue cõtinet diffinitum. Sed istud cõtinere non est aliqua efficientia vel actio elicita sed est tantuz terminare vnũ respectum quẽ habet contẽtum diffinitiue ad locum. Modo aliquid bene potest terminare aliquem respectum alterius dato q non sit actualius ipso. ¶ Ad tertium dico q omne locatũ circũscriptiue ẽm totum ẽm partes habet situ ꝛ nullũ aliud sed angelus sic non est locatus. ¶ Ad quartũ dico q angelus nec est in loco violenter nec naturaliter determinando sibi sursum vel deorsum sicut graue vel leue sed neutro. modo ẽm potentiam neutrã sicut si est vnum corpus mathematicũ nudum nec esset violenter sursum nec deorsum: sed ẽm potentiã neutram.

Angelꝰ quõ in loco.

¶ Distinctionis secunde. Questio quarta.

¶ Darto ꝙro vtruz angelus requirat determinatum locũ et precisum tam ẽm magnitudinẽ q̃ ẽm multitudinem. ¶ Videtur q non ẽm magnitudinẽ. Illud qđ potest esse in puncto sicut in loco nõ determinat sibi magnitudinẽ loci: sed angelus est huiusmodi qz angelus simplex est et indiuisibilis sicut et punctus q̃ ꝛc. ¶ Secundo sic. Illud nõ requirit certam magnitudinem loci qđ potest esse indifferenter in loco maiori vel minori. Sed angelus est huiusmodi quia nõ minus videtur esse possibile hoc de angelo q̃ de corpore sicut de lymaca que potest esse in maiori vel minori loco per dilatationẽ vel constrictionẽ vel de spongia. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Videtur q nõ requirat certum locum ẽm multitudinẽ sui quia plures angeli possunt esse simul in eodem loco sicut patet de legione demonũ in marco que erat in eodem corpore humano ꝛ nõ videtur q in ipso non possunt esse plures vel pauciores pari ratione qua erãt ibi sex mille sex centi. lxvj. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. q non requirat certaz multitudinẽ ex parte sui. Illud qđ potest indifferẽter esse in vno loco vel duobus vel tribus simul nõ requirit certam multitudinem loci Sed angelus est huiusmodi. Si enim angelus est in vno corpore sicut in loco et diuidatur illud corpus videtur q potest indifferenter in quotq partib⁹ illius. ergo ꝛc.

¶ Contra vnũquodqz limitatum requirit certam magnitudinem vel multitudinem loci. Sed angelus est locabile limitatuz. q̃ ꝛc.

¶ In ista questione sic proceedam. ¶ Primo in quirã vtrum angelus possit esse indifferẽter in maiori loco vel minori ẽm q̃titatẽ.

¶ Secũdo vtrum possit esse in loco pũctali vel indiuisibili. ¶ Tertio de multitudine vtrũ vnus angelus potest esse in plurib⁹ locis. ¶ Quarto vtrũ plures angeli possint esse in eodem loco.

¶ Quãtum ad primũ articulum dicitur q angelus nõ potest esse in q̃tocunq loco sed est aliquis locus ita magnus q ī maiori loco non potest esse. Et ratio huius est limitatio angeli vel sua substãtia limitata qđ est idem loquẽdo de virtute naturali. Ratio est ista locabile limitatum ẽm magnitudinẽ molis vel virtutis nõ potest esse virtute naturali in q̃tocunq loco. qz qua ratiõe in maiori eadẽ ratione in maiori ꝛ maiori: ꝛ sicī loco infinito qđ est impossibile. Sed angelus est locabile limitatũ ꝛ finitum ẽm substantiam suã que est magnitudo quedã virtualis vel perfectionalis. ergo licet per illã non potest esse in q̃tocunq loco ina iori vel maiori semper. qz tũc posset esse in loco infinito pari ratione. ¶ Secũdo sic. Si angelus poſset in q̃tocunq loco maiori vel maiori et sic in loco infinito per ꝓs posset esse in locis infinitis equalibus ẽm q̃titatẽ. Sed hoc est impossibile qz a simili posset esse in celo et in terra qđ est cõtra Damascenũ. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. qz sicut dictum est in primo. Cuicunq naturaliter conuenit esse in q̃tocunq loco ei conuenit ratione infinitatis ꝛ illimitationis sue. Sed angelus nõ est illimitatus nec infinitus. ergo sibi nõ potest cõuenire esse in loco maiori vel minori nec in loco infinito si esset dare ipsum. Determinat ergo angelus sibi locũ in maius. ita q est aliquis locus sibi adequatus ī magnitudine sic q in maiori esse nõ potest sicut corpus ratione sue q̃titatis molis sibi determinat locũ in maius sic q in maiori nõ potest se facere nec maiorem locũ occupare. ¶ Secũdo dicitur ab aliquibus q suppoſita determinatiõe loci in maius angelus potest se facere ꝛ potest esse in loco minori vel maiori indifferẽter infra magnitudinem illam determinatam. Unde si locus adequatus angelo ī maius ponitur vna domus magna: angelus potest se facere et esse in maiori parte domus vel in minori sicut placet sibi. ¶ Hoc videtur eis probabile quia licet corpus determinatũ sit in maius ad locũ sic q nõ possit esse in maiori loco q̃ sit aliquis sibi adequatus tamẽ potest se facere in minori sicut lymaca per pstrictionem sui et aliquid aliud per cõpressionem potest ese in minori loco q̃ ante erat sine diminutiõe sui vt patet. ergo nõ minus angelus potest hoc quia non magis artatur vel determinatur ad certitudinẽ loci q̃ corpus. ¶ Secũdo hoc apparet. qz diuiso illo loco totali videtur q nõ impediat nimia distantia partium q possit esse in qualibet parte illius et pari ratione videtur q partibus manẽtibus continuis potest esse in parte non in toto: ꝛ sic in minori loco. ¶ Tertio videtur hoc qz idez angelus potest esse in corpore vnius maioris hominis vel etiã minoris. Unde eodem demone videtur posse esse homo demoniacus qui est maior vel ille qui est minor ergo cũ diabolus sit vel possit esse in talib⁹ sicut in loco videtur q diabolus infra magnitudinẽ determinat aim loci sibi adequatã in maius potest esse in maiori vel minori loco indifferẽter. ¶ Quarto qz angelus ibi est vel esse potest vbi operaī licet operatio nõ sit sibi ratio essendi in loco sicut dictum est supra. Sed potest operari in maiori vel minori loco q̃titatiue et mouere vnũ lapidem maiorem vel minorem. ergo ꝛc. ¶ Tertio dicitur q virtute sua per naturali puta virtute diuina non potest esse in maiori loco q̃ in loco sibi adequato naturaliter. Huius ratio est quia sicut corpus est in loco circũscriptiue: ita angelus diffinitiue. Sz corpus p suã q̃titatẽ determinat sibi adequat certã magnitudinẽ loci ita q in maiori loco nõ potest esse circũscriptiue quacũq virtute: nec etiam virtute diuina. Nam cum q̃titas loci adequetur q̃titati locati circũscriptiue sequeretur si posset esse circũscriptiue in maiori loco q̃ in loco sibi adequato q minor q̃titas illius loci adequati eẽt equalis q̃titati maioris loci in quo posset esse sicut tu dicis et sic minus esset equale maiori qđ est contradictio. Hec potest fieri aliqua virtute: igitur angelus per suã magnitudinem quasi virtual ẽ qua est diffinitiue in loco sic requirit certã q̃titatẽ loci ī maius q nõ põt quacũq virtute esse diffinitiue in toto loco maiori per vnũ vbi diffinitiuum dico sicut etiam nec corpus p vnũ vbi circũscriptiuũ iste tres cõclusiões sũt pulchre ꝛ cõsentio cum prima et tertia. ¶ Sed cõtra secundam videtur esse aliqua dubia. Videret enim q angelus sic sibi determinaret certũ locum q nec posſit esse in maiori nec in minori per se primo. Nam si angelus sẽ põt facere naturaliter in minori vel maiori quero per quã potentiam actiuã. Non nisi per voluntatẽ quia in angelo sicut puto non est potentia motiua nisi voluntas sicut dictũ est de deo ī primo libro vel si est ibi tertia potẽtia executiua subiectum tamẽ imperio ꝛ dñio voluntatis. Sed hoc nõ videtur imperio vel dñio voluntatis angeli: qz sicut dictum est supra per suã potẽtiam vel per potẽtiam qua mobilis est passiue est in loco: ꝛ tenet locum. Substãtia autem vel potẽtia illa: mere naturale quid est: nõ regulabile imperio voluntatis vel dñio eius: vt videtur sicut nec aliqua potẽtia mere naturalis in nobis sicut vegetatiua non subest imperio volũtatis. ergo oportet q semper habeat tñ locũ precise q̃tum exigit sua substãtia ꝛ nõ maiorem vel minorem habere. ¶ Secundo sic ponatur q angelus sit in tota domo sicut in loco aut faciendo se ī parte domus mouetur localiter aut quiescit. Non potest dici q moueatur: quia tũc virtute nature esset mutatio deperditiua ipsius vbi angeli ad vnã partem domus sine aliqua mutatione adquisitiua. Mutatio autem deperditiua naturaliter non videt posse fieri sine adquisitiua: qz gñatio vni⁹ semp est corruptio alteri⁹ et ecõuerso pmodũ nature. q oportet q quiescat q oportet q in eodem loco per se primo sicut prius: igitur in tota domo ꝛ nõ in parte eius precise. ¶ Dices forte q prius se trãsferret ad alium locũ ꝛ postea se faciet et erit in parte prioris loci precise et nõ in toto loco. ¶ Contra posito saltem q nõ sit nisi ille locus primus iam nõ poterit se facere in minori loco vel in parte ei⁹. ¶ Si dicas q positio illa ītelligit nõ ẽm maiori loco q ẽ pars pmi loci sz ẽm loco alio distincto q nõ est pars. ¶ Cõtra ꝙro qđ facit illa ptilitas vel distinctio. Nã sicut angel⁹ põt esse ī vno puo loco distincto ab alio ꝛ precise ita videtur q in parte vnius loci maioris ꝛ nõ in toto illo loco. Sicut enim potest esse ī vno homine vel in vno dolio. Ita in vna parte totius aeris cõtinui: ꝛ nõ in toto aere vt videtur. ergo sicut põt

se facere in vno et in alio et ita nichil facit illa partialitas vel distinctio. ¶ Tertio arguitur. Si angelus potest esse in spacio ꝑtucunq; paruo sicut dicis sequitur q angelus possit naturaliter eē simul in celo et in terra. Sed hoc est cōtra Damascenum vbi dicit lib. 2. c. 3. Si enim sunt in celo non sunt in terra ⁊ cū ad terram a deo mittūtur nō remanēt in celo. ergo ⁊c. Consequētia probatur q; si angelus est in quadrato spacio aliquo ⁊ potest esse in spacio ꝑtucunq; paruo sicut tu dicis sequitur q possit esse in spacio equali illi quadrato ꝑtucunq; longo ⁊ gracili q; non determinat sibi spacium in minus sicut tu dicis sic nō potest dici de aqua que licet posset esse in vno vase toto nō tamē in quocūq; spacio equali illi vasi ꝑtucunq; longo ⁊ gracili esse nō posset: quia aqua cū sit corpus naturale ⁊ nō sit diuisibilis in infinitum determinat sibi certam magnitudinem in minus ita q nō cōpateretur natura aque secū tantam gracilitatē spacij. Sed sic nō potest dici de angelo ꝟm te. ergo cū tale posset esse spacium longū quarū vna pars esset in celo et alia in terra equale quadrato priori angelus naturaliter. i. virtute naturali pre suppositio tali spacio posset eē in celo simul et in terra. Ista ratio ponitur ab aliquibus ⁊ non videtur multū cogens alijs. Diceret ergo ꝟm istas rationes q sicut angelus determinat sibi certam ꝑtitatem loci in maius ita ⁊ in min⁹: ita q semp est in loco equali precise ⁊ nunq; in maiori vel minori. Sed ī loco sibi adequato nō tamē oportet q in loco determinate figure puta circulari vel sperice vel quadrate q; non est corpus nec determinat sibi figurā certā in loco suo sed est neutra ⁊ indifferens ad quācunq; figurā qua posita nō sequeretur ipsum esse simul in celo ⁊ in terra ꝟm illam tertiam rationē qui omnino vellet tenere eam.

Damascenus.

¶ Rationes vero aliorum co

gere nō videtur. ¶ Primo enī quādo dicit q hoc est in potestate alicuius corpis se facere in loco maiori vel minori ꝑtitatiue vel circūscriptiue sicut de lymaca. Dicitur q nō est simile q; lymaca vel etiā spongia in se habet aliquos poros in quos per cōstrictionē possunt subintrare partes: et ita possunt minorem locū occupare extra. Sic autez non est de angelo qui semper manet in vniformi dispositione. Aliter dicitur q cōstrictio ⁊ dilatatio sunt motus locales quibus trāferūtur partes ad alia loca ⁊ ita semper tm occupant de loco licet exterius non appareat q; si partes retrahūtur ab vno loco transferūtur ad alium. Sic nō potest esse in angelo ⁊ propterea manet propositum. ¶ Ad secūdum diceret q si est vnus locus simpliciter adequatus angelo ī maius q nō potest esse in minori. Unde nec potest esse in parte eius diuisa. ¶ Ad tertiū de demoniacis dicitur q angelus si est ī toto homine demoniaco tanq; in maiori ꝟto et hoc ꝟm quālibet partem sui nō potest esse precise in homine minore vel ī corpore hominis minoris: sed cū hoc est in corpore circūstante ꝟtum requiritur ad equalitatez corporis maioris vel hominis. ⁊ tūc est in duob⁹ locis equipollentibus vni sicut supra dicebatur virga existēte in aere et in aqua. Si vero sit in corpore minoris hominis sicut in loco sibi adequato tūc nō potest esse in corpore maioris hominis ꝟm omnes ptes suas sed ꝟtum requiritur ad equalitatē vel equalē ꝟtitatē ad ꝟtitatē corporis minoris hominis. ¶ Ad quartum diceretur q ꝟm istam viam licet angelus possit esse vbi operatur vel in corpore circa qd operat. nō tamen indifferēter in quocūq; qd mouet vel circa qd operat sed in loco vel corpore sibi adequato et nō in maiori vel minori licet operetur circa ipsum vel moueat ipsum hec de primo articulo.

¶ Quātum ad secūdum arti

culum dicit vnus doctor primo scripto q angelus potest esse in loco pūctali vel in pūcto sicut in loco ⁊ nō oportet q sit in cōtinuo aliquo. ¶ Ad hoc est ratio pro ipo. Nō est indiuisibiliter vbicūq; est: potest esse in aliquo indiuisibili vt videtur. Sed angelus est indiuisibiliter vbicūq; est. ergo potest esse in loco indiuisibili cuiusmodi est pūctus. ¶ Secūdo sic. Angelus est ī loco per suā operationē. Sed angelus potest velle operari circa punctū vel aliquid indiuisibile sicut mouere celū circa centrū qd est nisi pūctum in terra vel etiā supra axem et circa polos qui nō sunt nisi puncta in celo. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Corpori non repugnat esse p̄sens alteri ⁊ tāgere ipsum in pūcto sicut spera tangit rectū in puncto primo de aīa. ¶ Cum ergo angelum esse in loco nō sit nisi angelum esse presens loco ⁊ nō plus repugnet sibi esse p̄sentem ꝟm punctū ꝙ corpori imo minus videtur q possit esse ī loco pūctali vel in pūcto sicut in loco: q; aliter nō potest esse nisi sicut ī loco. Ista positio nō videf alijs esse vera. Et arguit q nō pōt esse in pūcto. Eo cui nō quenit ratio loci nō potest esse aliquid sicut in loco. Sz pūcto nō cōuenit ratio loci: q; locus est superficies sicut dictū est supra. Pūctus autē non est superficies. ¶ Secūdo sic. In eo ad quod nō potest aliquid moueri sicut ad terminū motus localis nō potest aliquid esse vt in loco: q; nō est locus. ergo in ipso non potest esse aliquid sicut in loco nec angelus nec aliud.

¶ Tertio arguitur sic ab aliquibus in illo nō potest esse aliquid sicut in loco qd nō est aliquid positiuum patet. Sed punctus vt distinguit a cōtinuo nō est aliquid positiuum q; si esset aliquid positiuū esset absolutū: ⁊ sic cōtinuum posset esse sine pūcto et pūctum sine continuo qd non videtur eis verum q; si linea fieret sine punctis esset infinita. Similiter etiā linea posset intelligi sine pūctis cōtra commētatorem et Aristotelē. 2. metha. ¶ Quarto arguitur sic. q; si angelus posset esse in pūcto sicut in loco posset se mouere de pūcto ad pūctum ⁊ sic motus cōponeretur ex indiuisibilibus et instātis eēnt cōsequēter se habētia in motu qd est impossibile et cōtra Aristotelem. 6. phisicorū. Iste due rationes sunt dubie. Et diceretur ad primā illam q pūctus est aliquid positiuum ⁊ q linea potest esse sine punctis in actu et pūctum sine linea. Nec sequif ex hoc q linea esset infinita positiue: sed negatiue: q; non terminata p pūcta licet terminabilis ⁊ q linea absolute loquēdo potest intelligi sine pūctis vel nō intelligendo punctum licet non linea finita vel infinita vel terminata p punctū. ¶ Ad aliā diceretur q nō concludit motū compōi ex indiuisibilib⁹ vt instātibus q; ꝟm illos qui dicūt illam positionez si angelus esset in puncto nō moueret se imediate ad aliud punctū sed in cōtinuum et deinde in pūctum et ideo nō valet. Vel diceretur q motus corporum ꝟm ꝟtitates suas nō est cōpositus ex instātibus si cut bene ostendit Aristoteles sed nō ostendit quin motus indiuisibilium vel corporum ꝟm sua indiuisibilia potest componi ex instantibus ⁊ non esse cōtinuus: tamen non videtur q ratio sit soluta omni nō: quia ad punctum sicut ad locum nō potest esse motus: quia non habet rationem loci quia non est superficies. Unde non plus video q habeat ratio nem loci ꝙ aliquis spiritus indiuisibilis non videtur ergo q angelus pōt esse in puncto localiter ⁊c.

¶ Ad primum aliorum dico q

licet angelus sit indiuisibilis ex parte sui vbicunq; est: non tamen potest esse localiter in aliquo nisi diuisibiliter ex parte illius in quo est: quia non est aliquis locus nisi diuisibilis. ¶ Ad secundus dico q accipit vnum falsum: scilicet q angelus sit in loco per operationem. Secūdo diceretur q angelus nichil potest operari operatione transeunte circa pūctum vel aliquid indiuisibile. Unde non potest mouere punctum nisi per accidēs ad motum corporis Unde non mouet illa puncta imaginata centrū vel polos sed magis celum ipsum. ¶ Ad tertium dico q licet vnum corpus tangeret aliud in pūcto nō tamen esset in puncto sicut in loco nec punctus etiaz licet punctum esset presens puncto: quia neutrum habet rationem continentis vel contenti. Similiter etiam dico q licet angelus esset presens pūcto sicut etiam est presens alteri angelo non tamen esset in puncto sicut in loco: quia punctus non habet rationem continentis ipsum nec loci ita parum sicut vnus angelus respectu alterius hec de secūdo.

¶ De tertio articulo est bna

opinio Godefredi duodecimo quolibeto q angelus quacunq; virtute non potest esse simul et semel in pluribus locis p se. Et ad hoc adducit quatuor rationes. ¶ Quarū prima est ista. Angelo existēte in vno loco nō potest sibi adquiri alius locus nisi vel ipse mutetur seu moueatur ad alium locū vel alius locus ad ipsum. oportet enim hoc esse per mutationem alicuius istorum. Sed si mouetur ad aliū locum iam non manet in priori loco: q; termini motus sunt incompossibiles in motu. ergo ⁊c. Si autem alius locus moueatur ad ipsum iam non est nisi vnus locus. Nam secundus aduenies sibi vel facit vnum locum cū priori loco vel prior cedit ⁊ posterior succedit. ¶ Secunda ratio. Si angelus est simul in pluriby locis in actu. Aut illa loca sunt cōtraria sicut sursum et deorsum: aut eiusdem rationis sicut duo sursum. Non primo modo: quia tunc cōtraria vbi simul et semel essent in ipso angelo ad contraria loco. Nec secundo modo: quia tunc due forme solo numero differentes. Puta duo vbi essent simul in eodē qd est impossibile quinto metha. ¶ Tertia ratio. Sicut se habēt prius ⁊ posterius in tempore ad rem temporalem. Sic se habent ante et post in loco ad rem locabilem. Sed impossibile est q idem tēporale sit simul et semel prius ⁊ posterius in tempore ⁊ est contradictio plana. ergo impossibile est q ante ⁊ post in loco sit idem locabile et per consequens q in diuersis locis. ¶ Quarta ratio. Illud qd conuenit alicui per rationem proprie limitationis per quācunq; potentiam non potest tolli ab eo nec oppositum sibi conferri ipso manente. Sed q angelus sit tm in vno loco cōuenit ei per rationē proprie limitationis. ergo nō potest sibi oppositum conferri q sit in pluribus locis sicut nec potest conferri sibi illimitatio. ¶ Hec est positio que ponit q nullum corpus per se locabile nec aliquis spiritus potest esse simul in pluribus locis. Sed ista positio videtur michi falsa et periculosa. Et ideo dico duo de isto articulo. ¶ Primū est q virtute naturalis agētis angelus non potest esse simul ⁊ per se in duobus locis distinctis quorū quilibet est sibi adequatus. ¶ Secundum est q virtute diuina hoc est possibile. ¶ Primū pbo sic. Agēs naturale virtutis limitate ⁊ finite nō potest facere circa locabile nisi ꝟm modum ⁊ ordinem nature institutū non potest aliqd supra. Sed iste est ordo nature institutus q vnum locabile ab vno locāte nō ponatur nisi in vno loco sicut est modus et ordo naturalis q non sit nisi in vno loco. ergo ⁊c. ¶ Secūdo. Si angelus virtute naturali posset esse in pluribus locis simul pari ratione posset in tribus ⁊ pari ratione in quatuor: ⁊ sic vbicūq; vel in omnibus locis. Sed hoc est falsum ⁊ impossibile. ꝙ ⁊c. Sic igitur patet primū. Si tamen diceret aliquis sicut tactum est supra q non oportet angelum esse in loco equali ⁊ adequato sibi sed potest esse in minori. Tamen nō video quare naturaliter vel virtute naturali non posset esse simul in duobus locis partialibus distinctis ⁊ contiguis que prius fuissent partes illius totalis loci vl'etiā esse possent ⁊ ita in pluriby locis distinctis equipollentibus suo totali loco adequato. Et tunc si ille locus posset diuidi in infinitū eodem modo quo diuideretur posset angelus esse in infinitis locis partialibus illis. ¶ Secūdum probo. Angelus nō est magis determinatus necessario ad vnitatem vel pluralitatem loci ꝙ corpus. Sed corpus virtute diuina potest fieri ⁊ esse simul in actu in pluribus locis ⁊ per se primo totū in toto sicut patet de corpore christi in pluribus altaribus. ergo ⁊ angelus in pluribus locis. ¶ Dices sicut dicit iste doctor q corpus christi in ꝓposito nō est in pluribus altaribus per se ⁊ per dimensiones proprias: sed est ibi per accidēs puta per dimensiones panis cōuersi in ipsum. Nō patet quia corruptis dimensionibus vel motis mouetur corpus christi vel desinit esse ibi. Si autez probaretur q per se et per dimensiones proprias idem corpus posset esse in pluribus locis: tunc valeret argumentū. Sed hoc non probatur: ideo non valet. ¶ Contra corpus christi formaliter ⁊ vere et realiter est in altari Sed nichil est ī aliquo loco formaliter per illud qd non est in ipso formaliter sicut per rationem essendi in loco. Sed dimensiones panis non sunt in corpore christi formaliter. ergo ⁊c. Ex hoc etiam patet q non per conuersionem est ibi: quia preterita conuersione in suo instanti manet ibi corpus christi quando non est illa conuersio. Unde dico q per dimensiones proprias est ibi licet non circunscripti ue. ¶ Preterea probatur contra secundum dictū q idem corpus etiam localiter ⁊ p dimensiones proprias possit esse in pluribus locis: quia sicut de⁹ conuertit substantiam in substantiam ita posset cōuertere ꝙtitatē in ꝙtitatē ꝙ sicut substātia corpis xpi est ī pluriby altariby indiuisibiliter p modū substātie q; plures substātie panis fuit cōuerse ī ipm ⁊ est ibi p̄sens sicut ⁊ dimensiones panis. Ita etiam conuersis pluribus ꝙtitatibus in ꝙtitatem corporis

Rationes Godefridi.

Q; angelus nō pōt esse simul ⁊ per se in duobus locis distinctis naturaliter.

christi relicta substantia erit per modum ꝓtitatis in plurib⁹. Sed esse per modum ꝓtitatiuum in loco est esse circunscriptiue. ergo et cetera. ¶ Preterea non est difficilius immo facilius facere idem corpus in pluribus locis cuꝫ suo modo naturali ꝫ sine modo illo naturali ⁊ cum modo mirabili. Sed modus naturalis essendi corpus in loco est esse circūscriptiue. & facili⁹ vel eque facilit pōt fieri ī plurib⁹ circūscriptiue sicut nō circūscriptiue nec posito ꝓdo miraculo. s. ipsuꝫ esse ī plurib⁹ locis. oportet q deus apponat ꝫm q non sit circunscriptiue: sed potest ipsum relinquere suo modo naturali.

¶ Secunda ratio est de angelo. Illud potest esse virtute diuina simul in pluribus locis circa qō non repugnat formaliter nec sunt incompossibilia plura vbi ad plura loca vel ad illa loca. Ista patet de se: quia non implicatur aliqua cōtradictio. Sed circa angelum non repugnat formaliter nec sunt incō possibilia duo vbi ad plura loca sicut nec in eodem corpore: vt probatum est. Et dato q repugnarent sibi circa idem corpus propter naturalem determinationē ad certum locuꝫ sicut in graui ꝫm aliquos repugnant duo vbi ad sursum ⁊ deorsum tamen in angelo non habet istud locum sicut dictū est supra.

¶ Ad primum aliozuꝫ dico q angelo existente in vno loco potest sibi adquiri alius locus per mutationem eius ad alium locum nec oportet q recedat a primo ꝫ est ibi mutatio adquisitiua alterius vbi siue deperditiua prioris et hoc est possibile: quia ille due mutationes separabiles sunt saltem virtute diuina. Similiter etiaꝫ dico q per mutationem loci ad ipsum manente priori loco distincto nec habeo pro incōuenienti q virtute diuina duo loca sint simul sicut et duo corpora etiam localiter et circūscriptiue sicut dicam infra. ¶ Ad probationem dico q termini motus affirmatio et negatio sunt incompossibiles: sed non oportet de positiuis terminis. ¶ Ad secunduꝫ dicitur primo q licet illa scilicet loca sursum et deorsum sint contraria respectu corporis naturalis quod determinat sibi alterum non tamē respectu angeli qui neutrū sibi determinat et ita duo vbi ad ipsa simul possunt stare in angelo. De vbi vero eiusdem rationis dicitur q due forme relatiue possunt esse simul ī eodem subiecto respectu diuersorum terminorum ꝫ tumcunqꝫ sint alteriusꝫ ⁊ alterius rationis sicut due paternitates in eodem patre ad plures filios quicquid sit de absolutis. ¶ Aliter dico ad primum dictum de contrarijs: quia non video quin deus posset facere graue simul esse sursum et deorsum sicut etiam angelum q sursum et deorsum non sunt vere contraria nec proprie quia non sunt nisi superficies mꝫtum loca. Superficiei vero nichil est contrarium: quia ꝫtitati nichil est contrariū. Et ideo consequenter dico q vbi ad ipsa non sunt contraria. Et preterea dato q essent contraria nan video contradictionem quin ambo possint esse simul ī eodem subiecto: sicut dicam alias. ¶ Ad tertium patet q non est simile de priori et posteriori in tempore et de ante et post in loco: quia ista simul et ī actu et ī re et illa non et ideo potest enim angelus simul esse ante et post: licet non potest aliquid simul esse prius et posterius in tempore. ¶ Ad quartum dico q angelus ratione sue limitationis nō habet de terminate q sit tm in vno: ita q nō possit esse ī pluribus locis simul sed dico q stante sua limitatione in gradu et perfectione nature potest esse virtute alicuius agentis saltem virtute diuina in pluribus locis. Sic ergo angelus virtute diuina potest simul esse in pluribus locis etiam quozū quilibet adequatur sibi non tamen proprie esset tunc in aliquo illorum diffinitiue: quia sic esset in vno q etiam in alio vel alibi sed presentialiter et realiter esset ibi et ita vere in pluribus sicut ī vno. hoc de tertio articulo.

¶ De quarto articulo vtrum

An plures angeli possint esse simul in eodem loco.

scilicet plures angeli possint esse in eodem loco simul. Dicitur ab aliquibus q nulla virtute potest hoc fieri. ¶ Prima ratio est: quia sicut corpus est in loco circunscriptiue ita angelus est in loco diffinitiue. Sed impossibile est duo corpora simul ⁊ circunscriptiue et vnumquodqꝫ per se et per dimensiones proprias esse in eodem loco. Tum quia dimensiones ad inuicem repugnant et sunt incompossibiles respectu eiusdem loci. Tum quia secundum numerum locatorum debet esse numerus locorum: qz locatum relatiue dicitur ad locum. ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. Angelus non est minus indiuisibilis et simplex ꝫ punctus. Sed si duo puncta in eodem situ concurrerent iam non essent duo: sed vnum quia non distinguitur nisi per situs per commentatorem sexto phisicorum. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Impossibile est q idem angelus sit simul ⁊ semel in plurib⁹ locis ꝫm eos diffinitiue et ꝫm me. ergo similiter impossibile est q duo simul ⁊ semel sint in eodem loco diffinitiue. Sed dico quicquid sit de virtute agentis naturalis: quia non puto q virtute agentis naturalis possint esse simul in eodē loco: quia qua ratione plures eadē ratione infiniti si essent forte saltem si locus ille adequatus esset cuilibet ⁊ quia hoc est supra cursum et modū nature. ¶ Tamē dico q virtute diuina hoc est possibile. Prima ratio: quia non plus determinatur vnitas angeli ad vnitatez loci vel magis econuerso vnitas loci ad vnitatē angeli vel pluralitatem ꝫ vnitas loci ad vnitatē corporis vel multitudinē. Sed multa corpora possunt esse simul in eodem loco etiam circunscriptiue quia quodlibet sic q per ꝫtitatem propriam est circunscriptum ab illo loco. Nec est aliqua repugnantia q aliquis locus idem circunscribat duo corpora ꝫ q idem corpus circunscribatur a duobus locis. ita enim oportet vnum connumerari alteri sicut ⁊ econuerso. ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. Duo indiuisibilia possunt esse simul ꝫtumcunqꝫ distincta subiecto sicut duo puncta duarum linearum contiguarum. ergo similiter duo angeli simul in eodem loco saltem virtute diuina. quare ⁊c. Nota hic q licet angelus et corpus naturaliter possint esse simul: non tamen eodem modo sunt in loco. Et ideo non est simile de angelo et angelo. Itē nota q anima et angelus in corpore non sunt simul sicut duo per se locata: sed sicut forma corporis et locatum. Et ideo adhuc nō est simile quare ⁊c. hoc de quarto articulo.

¶ Ad primum aliozuꝫ dico q

Duo corpora simul eē in eodē loco.

possibile est duo corpa eē sil'ī eodē loco ⁊ circūscriptiue siue gl'iosa siue nō gl'iosa. tu dicis dimēsiões repugnāt. Dico q nō repugnāt simpl'r nec sunt incōpossibiles respectu eiusdem loci. Tamen dico q agens naturale non potest hoc facere: quia hoc est supra modum limitatum et determinatum nature Deus autem facere potest qui potest ponere vnum cum alio non expellendo aliud hoc non potest natura. Non plus/ōportet etiam q locus cōnumeretur locato ꝫ locatum loco. ¶ Ad secūdum dico q duo indiuisibilia possunt stare distincta ī eodem situ vel loco ⁊ q cōmētator dicit falsum. Ꝑucta enī non distinguūtur ab inuicem per situs: sed per id qō sunt. ¶ Ad tertium patet q licet angelus nō possit esse in pluribus locis diffinitiue: quia hoc implicat cōtradictionem: quia esse diffinitiue est ita esse hic q nō alibi: tamē duo angeli diffinitiue possunt esse in eodem: quia sic in isto loco q nō alibi. ¶ Dices igitur pari ratione deus posset ponere ī finitos angelos in eodem loco. Dico q verum est si essent et ille locus esset cuilibet adequatus stante finitate loci: quia non faceret nisi terminare infinitos respectus ipsorum angelorum ad locum ⁊ hoc nullā arguit infinitatem. Hoc de quarto articulo.

¶ Ad primuꝫ principale dico

q licet angelus sit simplex et indiuisibilis formaliter tamen nō potest esse in aliquo indiuisibili sicut in loco sicut dictum est supra: quia indiuisibile non habet rationem loci. ¶ Ad secūdum patuit supra q angelus nō potest esse indifferēter in loco maiori vel minori loquendo naturaliter ⁊ virtute nature ⁊ responsum fuit de lymaca in eodem loco. Aliter dicitur q omnes erāt in eodem loco. ¶ Ad tertium dicitur ab aliquibus q quilibet angelus illi⁹ legionis habebat proprium locum ꝫtucunqꝫ modicum ⁊ non erant plures in eodez loco. ¶ Aliter dicitur q omnes erant in eodē loco: sed virtute diuina ponētis eos ⁊ detinētis ibi. Aliter diceretur ꝫm alios q etiam virtute naturali erant in eodem loco. Aliter dicitur q nō erant ibi plures sicut ī loco sed sicut in corpore moto ⁊ vexato sicut mouens non oportet q sit in moto sicut ī loco ⁊ ista videtur melior solutio. ¶ Ad quartum responsum est quomodo angelus potest esse in pluribus locis partialibus per diuisionē totalis ⁊ quomodo nō. igit' ⁊c.

¶ Distinctionis tertie.
¶ Questio prima.

Circa distinctionē tertiam quero. Utrū in eadez specie possint esse plures angeli numeraliter distincti. ¶ Videtur q non. Omnis substantia separata a materia habet perfectionem totā sue speciei sicut albedo separata ⁊ subsistens habet in se totam perfectionem speciei sue et si esset separata non esset nisi vna. Sed angelus est substātia separata a materia ergo ⁊c. igitur in vna specie non potest esse nisi vnus angelus. ¶ Secundo sic. Aristoteles probat. 12. metha. q primū mouens est vnū ⁊ nō plura: quia si esset plura haberet materiam. igitur species aliqua substantie non est plurificabilis nisi per materiam. Sed ī angelis nō est materia. ꝫ ⁊c. ¶ Tertio sic. In specie nō est necessaria pluralitas indiuiduozum nisi quia natura non potest in vnico indiuiduo conseruari sicut apparet in istis corruptibilibus. Ita q alias pluralitas indiuiduozum est frustra. Sed natura angelica potest conseruari in vnico indiuiduo vt patet ꝫ ⁊c. ¶ Quarto sic. In illis in quibus idem est qō quid est . cuius est qō quid est impossibile est indiuidua multiplicari nisi et quod quid multiplicetur. Sed in separatis a materia puta in angelis idem est qō quid est vt quidditas et illud cuius est sicut dicitur 7. metha. et tertio de anima. igitur impossibile est in ipsis multiplicari indiuiduum sicut et speciem.

¶ Contra. Species est que predicatur vel est predicabilis numero in eo qō quid. Sed angelica est species aliqua substantie ergo est predicabilis de plurib⁹ indiuiduis inquid ergo sub eadez specie possunt esse plura indiuidua.

¶ In ista questione sic procedam. ¶ Primo ponam opinionem quorundam de ista questione. ¶ Secūdo arguam contra eam ponēdo aliam. ¶ Tertio respondebo ad motiua aliorum vel eorum. ¶ Ultimo ad ratiões principales.

¶ Quantū ad primū articulum.

Est vna opinio q in vna specie specialissima angelica non possunt esse plura indiuidua vel plures angeli indiuidualiter distincti. Hoc autem probant multipliciter. ¶ Primo sic. Impossibile est indiuidualiter multiplicari sine materia diuisibili ⁊ partibili. Sed in angelis non est materia talis. ergo ⁊c. Maioz est manifesta: quia materia est principium multiplicationis aliquorum sub eadez specie. Non enim multiplicantur nisi per materiaꝫ diuisibilem sub ꝫtitate. Quātitas em est illud cui prio cōuenit diuidi in partes eiusdē rōnis: vt videtur. ergo cuilibet alteri conuenit per ipsam. Multiplicatio autē indiuiduozum sub eadem specie nō est nisi quedam diuisio speciei in partes eiusdem rationis. Minoz patet de se. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Si due intelligentie vel duo angeli distinguantur sub eadem specie: quero quo distinguantur vel quibus. Aut enim sua natura differrent ⁊ distinguerē tur. Aut suis accidētibus non potest dici q sua natura specifica et substantiali angelica quilibet distinguatur ab alio: quia in illa natura conueniunt. Nec q suis accidentibus: quia illa presupponunt distincta ipsa quorū sunt ergo nullo modo. ¶ Tertio sic. Pluralitas numeralis sub eadem specie est pluralitas infinita ꝫm se et indeterminata et per consequens non est per se intenta a natura. Sed in angelis ⁊ intelligentijs non est ponendum aliquid qō non est per se intētum a natura. ¶ Quarto sic. Perfectior est angelus in vnico indiuiduo ꝫ celū Sed celum est ita perfectum q sufficit vnicū indiuiduum sue speciei ad perfectionē vniuersi: nec possunt esse plures celi eiusdē speciei. ergo ⁊c. Sic ergo dicunt isti q non solum non sunt plures angeli in eadē specie specialissima: sed nec possunt eē plures virtute quacūꝫ. hoc de primo articulo.

¶ Quātum ad secundum articulum arguo.

Primo cōtra istam opinionē p rōnes. Secō per auctoritates. Tertio p articulos parisienses. ¶ Prio q rationē istā. Ois naturaq nō

Uniuersale quid

potest habere nisi vnicum indiuiduum quacūq; virtute ⁊ qūocūq; est ex se hec ⁊ sibi repugnat vniuersalitas q̄cūq; q̄ oēvniuersale est idifferēs ad plura ⁊ ex se nō est hocvel illud sicut dictū est ī primo. Et patet per descriptionē vniuersalis q̄vniuersale est qō est aptum natū esse in pluribus sicut predicabile qō natum est esse in pluribus. Hoc patet discurrēdo per quinq; vniuersalia. Sed nature angeli nō repugnat vniuersalitas speciei specialissime sicut patet ⁊ omnes concedunt:et per consequēs non est de se.hec igitur non est natura que nō possit habere nisi vnicū indiuiduum vel singulare:sed pōt habere multa. ¶ Secundo sic. Et probatur q̄ nature spirituali non repugnat multiplicari sub eadem specie specialissima sine materia planū est q̄ idē angelus in eodem intellectu suo saltem successiue potest habere plures intellectiões numero eiusdē obiecti:et ꝟm eandem rationē et eiusdem modi ⁊ per consequēs eiusdem speciei specialissime ꝟm principia eozum alibi et sunt diuerse numero nisi dicatur q̄ idem numero reparatur per naturam qō non diceret. Tunc quero de istis duabus vel pluribus intellectionibus q̄ sunt eiusdē rationis quibus distinguntur non per materiam:quia materiam non habēt nec per q̄titatem. Similiter nec per subiectus quia idem est subiectū.igitur per nichil tale distinguntur:sed magis per seipsas vel aliqua ꝟm q̄ non sunt materia nec ptes materie. ℊ similiter sub specie vna angelica poterit esse distinctio angelozū sine oī materia vel q̄titate. ¶ Tertio sic. Impossibile est q̄ genus immediate descēdat in aliquod indiuiduum:sed necessario mediante specie descēdit in indiuiduū: quia hic est ordo essentialis predicamēti. Sz si species angeli ex se est hec ⁊ sibi repugnat multitudo indiuiduozum siue simul siue successiue sequitur q̄ genus immediate descendat in indiuiduum sicut ⁊ in speciem ℊ ⁊c. ¶ Quarto sic. Anime separate sunt plures eiusdem rationis non per materiam nec per q̄titatem vt patet : quia nec habent materiam partem sui ⁊ ex qua nec habēt materiam in qua quia separate sunt nec habent q̄titatē aliquā.ergo similiter possibile est esse plures angelos eiusdem rationis sine omni materia vel q̄titate dicitur q̄ anime plurificantur per plures habitudines ad plura corpora que nate sunt informare. ¶ Contra quia sicut habitudo ista cum sit relatio ē posterioz suo fundamēto ita hec aptitudo hoc fundamēto.igitur hec habitudo presupponit hanc animā.ergo per habitudinem talem anima non est hec. ¶ Preterea etiā illa habitudo nichil est extra intellectum quia est ad non ens in actu q̄ corruptū est ⁊ nō ens. Ad non ens autem in actu nulla est relatio actualis in actu.ergo per ipsam potest anima esse hec in actu reali. ¶ Quinto sic. Sicut impossibile est q̄ genus artetur ⁊ determinetur adynā speciez sic q̄ repugnet sibi habere plures species sicut repugnat speciei cuiuscūq; specialissime artari ad vnicum indiuiduum sic q̄ sibi repugnet pluralitas indiuiduozum. Nam sicut genus est qō potest predicari de pluribus differētibus specie inquid. Ita etiam species. Sed generi repugnat illud simpliciter.ergo speciei cuicūq; repugnat. Ita q̄ est cōtradictio plana ⁊ ignorantia nature speciei ponere aliquam naturam specificam cui repugnet pluralitas indiuiduozum. ¶ Sexto sic. ⁊ est contra hominem

deus potest adnichilare vnū angelum:⁊ potest speciem eius in aliquo eiusdem speciei reparare: q̄ sicut primo potuit producere speciem cum non esset in aliquo indiuiduo suo. Ita nunc potest eam reparare in aliquo indiuiduo suo: sed ꝟm istum in quarto suo deus nō potest idem numero reparare quod totaliter corruptum est . Unde dicit q̄ homo propter hoc potest idem numero reparari:quia manēt materia eius et forma sicut incorruptibilia scilicet materia et anima rationalis ⁊ si esset in homine alia forma que corrumperetur et cederet in potentiam materie non posset idem homo numero reparari:quia nec illa forma posset eadem reparari. ergo ista speciés repararetur in alio indiuiduo. ergo tali speciei non repugnat habere plura indiuidua: saltem successiue.Sic per rationes.

¶ Per auctoritates vel auctoritatē arguo illa est Damasceni in suo elementario ca.3.q̄ ꝟm vnāquāq; speciem angelicarum virtutū deus differentes ypostases condidit:⁊ est expressa auctoritas q̄ cuiuslibet speciei angelice non soluz possunt esse plura suppositа:sed etiam sunt in actu et de facto.

Damascenus.

¶ Tunc arguo per articulos

Parisiensis vnus est articulus octuagesimus primus qui dicit sic q̄ quia angeli non habent materiam deus nō posset facere plures eiusdem speciei errоz. Sed ad hoc respondetur q̄ causa dānatiōis illius articuli soluit articulum. ¶ Dicitur enim q̄ tunc Parisius fuit opinio aliquoruz q̄ vna anima intellectiua est in oībus hominibus quia anima cum non habeat materiam partem sui nō potest numero plurificari. Contra hoc ergo est articulus q̄ anima eoipso q̄ habet materiam in qua plurificari potest licet non habeat materiam ex qua. ¶ Contra istam solutionem argutum est supra q̄ ipsa est falsa. Preterea etiam non est ad mentem articuli: quia ecce statim alius articulus cōmunius qui dicit sic q̄ forme non recipiunt diuisionem nisi p materiam **erroꝛ** nisi intelligatur de formis eductis de potentia materie. Sed angeli non sunt forme educte de potentia materie. ℊ ⁊c. Nec etiam anime intellectiue. ergo dicere q̄ ista non possunt multiplicari nisi per materiam est erroꝛ. ¶ Nec valet dicere q̄ erroꝛ est dicere q̄ nō multiplicentur nisi p materiam partem sui : quia tunc etiam esset dānatum de formis eductis que ita parum habent materiaz partem sui sicut angeli vel anime rationales.

¶ Tertius articulus est ad idem qui dicit sic simpliciter et absolute erroꝛ est dicere q̄ deus non potest multiplicare indiuidua in vna specie sine materia quare ⁊c. ¶ Dico igit̄ posito q̄ in angelis non sit materia:q̄ tamen sub specie possunt multiplicari et indiuidua et puta q̄ sunt actu plura in qualibet specie:quia non est verisimile q̄ species nobilissima vniuersi cuiusmodi fuit species luciferi: sic tota damnata et carens fine suo q̄ est beatitudo:multominus q̄ de infima specie:beatificabili q̄ est homo:esset tamen tota dānata ⁊ nō haberet nisi vnicum indiuiduum nec habere posset sicut dictuz|isti hoc de secundo articulo.

¶ Quantum ad tertium articulum. Soluo ad motiua aliozum. Ad primū nego maiorem. Ad probationē dico q̄ principiū formale nec indiuiduationis nec multiplicationis est materia nec sub q̄titate nec cum q̄titate nec qūocūq; vis plusq; forma quia nec materia nec q̄titas plus est de se hoc q̄ aliquid aliud. Sed illud idem qō est ex se hoc idem substantialiter ⁊ essentialiter cum re ipsa. Dico q̄ est principium indiuiduatiōis formale. Et dico q̄ plura talia sunt prīcipia formalia plurium indiuiduozum cuiusmodi sunt differētie indiuiduales sicut dicā infra:et ita dico q̄ accipitur falsum. Ad probationē vero cum dicis q̄ q̄titati vī materie sub q̄titate. Primo cōuenit diuidi in plura vel plures partes eiusdem rationis. Dico q̄ verum est in plures partes q̄titatiuas vel integrales que possunt cōcurrere vel aliquando concurrūt ad constitutionem vnius q̄ti numero q̄ nō est talis diuisio vniuersalis in partes suas subiectuas qualis est ista:vt patet nec speciei in indiuidua et ideo nichil valet. ¶ Ad secundū dico q̄ due intelligētie eiusdē rationis distinguūtur per suas differentias indiuiduales que sunt essentialiter eedez cū substantijs earū ⁊ nō per aliqua accidētia: sicut tu diceres de duabus partibus q̄titatis vel materie q̄ non distincte per aliqua extrinseca. Quando dicis q̄ in natura vel substantia conueniunt. Dico q̄ verū est ꝟm rationē specificam: sed nō ꝟm differētias indiuiduales quia ille se totis primo distinguntur. Dices q̄ ille differentie indiuiduales sunt forme vel formales. Sed differētia formalis est differētia specifica. ℊ differūt specifice. Dico q̄ differētia formalis vel aliquid vel aliqua que sunt de cōceptu quidditatiuo rei sicut est differētia specifica rei vel etiā per formas alterius et alterius ratiōis est differētia specifica. Sz differētia formalis per aliqua que licet sint essentialiter idem cū forma vel formis.non tñ pertinēt ad conceptū quidditatiuū sed tenēt se infra conceptū speciei nō oportet q̄ sit differētia specifica. Modo dico q̄ iste differētie indiuiduales nō pertinēt ad conceptū quidditatiuuz et ideo dicūtur differētie materiales vel quasi materiales contrahētes naturam ad indiuiduum quod frequenter ab Aristotele dicitur materia sicut dixi in primo. Aliter dicitur q̄ differētia formalis licet sit differētia specifica q̄ est per differētiam formalem in cōceptu quidditatiuo rei eo modo quo philosophus cōparat species numeris. ℊ.meta. tamen non oportet q̄ differētia formarū sit specifica. Refert enim dicere differētiam formalē et formarum sed non est vis . Ad tertium dico q̄ pluralitas numeralis aliquoruz sub eadem specie est pluralitas finita saltem in potentia. Tu dicis talis non intenditur a natura. Dico q̄ falsum est sicut ꝟm te etiam pluralitas numerozum est infinita saltē in potētia et tñ intenditur a natura sicut ⁊ species quia distincti numeri sunt distincti species ꝟm se. Unde nō video quare natura per se nō intendat indiuiduum sicut ⁊ species q̄ per se ⁊ primo agit ⁊ operatur circa indiuidua . Unde prima substātia nō minus est de intētione nature q̄ secunda. Si dicas q̄ indiuidua sunt infinita. Dico q̄ verum est in potētia non in actu sed sunt finita. ¶ Ad quartū dico q̄ absolute loquēdo possunt esse plures celi eiusdem rationis. Dices q̄ nō quia celum est ex tota materia sua sicut dicitur primo de celo. Dico q̄ si in celo intelligatur materia:vt pars ista ,ppositio est falsa : quia in ipso vt puto nō est materia. Si accipiatur materia pro differētia indiuiduali. Dico q̄ habet suam differētiam indiuidualē per quā est hoc: ⁊ tunc ipsum vt sic nō potest esse plures : sed quin possit esse vnum aliud nō probat. Dico tamen q̄ forte in actu nō est nisi vnū celum eiusdem rationis:nō quia hoc sit impossibile:sed qz deus noluit et sufficit ad perfectionem quam deus noluit cōferre vniuerso. hec de tertio articulo.

¶ Ad primuz principale dico q̄ nō est vera maioz nisi sub isto sensu q̄ scz separatum a materia habet totam perfectionē nature sue Dico q̄ verū est q̄tum ad perfectionē quidditatiuam. Includit cm̄ in se conceptuum quidditatiuū nature sue:sed dico q̄ plus de perfectione est ī pluribus q̄ in vno. Nec oportet q̄ isto modo intēsiue vel extēsiue totam perfectionē nature sue cōtineat nec de albedine nec de alio separato . Et dico q̄ si albedo esset separata vel etiam substātes ita posset plurificari sicut modo supposito q̄ sit creatura ⁊ esset nec in deo. Unde habeāt probabilitatē talia dicta nullam nisi ex consuetudine loquēdi hominum qui vt in pauciozibus intelligūt. ¶ Ad secundum dico q̄ si Aristoteles intellexit q̄ oportet ad hoc q̄ aliqua natura sit multiplicabilis q̄ habeat materiā partem sui falsum intellexit et est negandus:qz tūc materia nō esset multiplicabilis nec aliqua forma breuiter. Sed nescio si fuerit ita rudis ⁊ ita materialis homo ⁊ ideo expono ipsuz sicut alias exposui q̄ si primū mouens multiplicaretur haberet materiam.i.naturā potentialem ⁊ contrahibilem per differētiam indiuidualem ⁊ nō esset purus: ⁊ tunc dico de angelo q̄ isto modo habet materiā. ¶ Ad tertium dico q̄ licet absolute loquendo non sit necessitas plurium indiuiduozum sub eadē specie.immo etiā nec vnici sicut etiā nec indiuiduozum corruptibilium nec propter cōseruationē speciei quin naturaliter posset cōseruari natura in vnico indiuiduo incorruptibili. Tamē possunt esse plura ⁊ probabile est q̄ sint propter causas predictas. ¶ Ad quartum dico q̄ in separatis a materia.i.in illis q̄ nō habent naturam potētialem ⁊ contrahibilē per differētiam indiuidualem idem est qō quid est ⁊ id cuius puta in omnibus diuinis et talia nō possunt multiplicari eiusdem rationis existētia sicut dictū est in primo. Sed nulla creatura est talis.

¶ Distinctionis tertie.

¶ Questio secunda.

¶ Scōdo q̄robtrīangelus et aīa differant specie. videtur q̄ nō. ¶ Primo sic. Si substantie istorum differūt specie ⁊ potētie. igitur et obiecta ex scōdo de anima. Sed obiecta potētiarū istarū nō differunt. Nā idem est est obiectum primum intellectus aīe rationalis ⁊ angelici. ergo nec potentie ℊ nec substantie. ¶ Scōdo sic. Si angelus ⁊ aīa sunt alteri? spēi sequit̄ q̄ vnū ꝟm se totū ⁊ oīa sua potēt

erit nobilior altera. Aut non erit nobilior angelo: et sic quelibet anima quolibet angelo qđ est falsum Aut angelus anima ꝛ sic quilibet angelus erit nobilior q̃ualibet anima qđ est falsum. Non em̃ quilibet angelus est nobilior aĩa christi: immo nec aliqs simpliciter sicut nec est capax tante beatitudinis.

¶ Tertio sic. Quecũqꝫ differũt specie sunt per se in genere. Sed aĩa non est p se in genere qꝛ non est nisi pars alicui⁹ qđ est p se ĩ genere. ℊ ꝛc. ¶ Quarto sic. Augustinus dicit. 2. de libero arbitrio q̃ angelus et anima sunt natura pares: ergo sunt eiusdẽ rationis/vel speciei: qꝛ in distinctis specie nõ iueniꝫ tur paritas nature.

August.

¶ Contra Anima/est actus corporis phĩsici organici ꝛc. Angelus aũt nõ: ergo: ꝛc.

¶ In ista questiõe sic procedã

Primo ostendã quid est certum in questione respõdendo a ipsam. ¶ Secũdo adducam aliquas probationes que ab aliquibus adducuntur ad probandum: q̃ angelus/ꝛ aĩa differunt specie: ꝛ ostendam q̃ vel non sunt efficaces vel saltem non sunt causales: nec a priori vltimo/ad rationes principales.

¶ Quãtum ad primum arti/

culum do primo vnam distinctionẽ: q̃ differre spẽ potest accipi dupliciter. Uno modo pro nõ esse idẽ specie. Alio modo pro esse aliam/ꝛ aliam speciem. Primo modo dico q̃ angelus ꝛ aĩa differũt specie quia non sunt idem specie: quia vnum ipsorum per se est species/vel in specie. Anima vero non ẽ ĩ specie. Sed ista cõclusio a priori nõ potest demõstrari: sicut nec a priori põt demõstrari. q̃ ãgel⁹ sit ãgelus ꝛ q̃ anima sit aĩa: tamen per rãtiões aliquas/q̃ magis sumunt a posteriori declaratur: hoc. ¶ Primo sic. Forma per se subsistens naturaliter non vnibilis alteri in formãdo ꝛ limitata necessario per se cõtinetur ꝛ clauditur sub limitibus generis ꝛ per cõsequẽs per se est species vel in specie. Sed angelus est huiusmodi forma vt patet. ergo ꝛc. Maior patet: qꝛ prima limitatio alicuius est ad certũ genus. ¶ Secũdo sic. Forma substãtialis nõ extensa nec potẽs facere vnũ per se cum aliquo extenso est per se in genere vel predicamẽto ꝛ per consequẽs ĩ specie aliqua: quia est per se in genere incorporei. Sz angelus est talis forma substãtialis nõ extẽsibilis nec potẽs facere vnum cum extenso per se: qꝛ subsistẽs est naturaliter. ℊ ꝛc. ¶ Tertio sic. Omnis forma limitata que ex se sine aliquo extrinseco nata est esse suppositum et persona per se est in genere substantie: ꝛ sic in aliqua specie: sed angelus est huiusmodi. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Omnis forma finita nõ dependẽs actualiter nec aptitudinaliter in suo esse nec in sua operatione nec sicut ex subiecto: nec sicut ex organo p se est in genere substãtie. Sed angelus est huiusmodi. ℊ ꝛc. Per oppositas rationes omnino ꝑbari põt q̃ anima intellectiua et rationalis non est per se in genere vel specie. Est em̃ pars speciei puta hois cui conuenit esse speciẽ. Species autẽ ex alijs speciebus non cõponitur. Cũ em̃ species sit per se vna et ex pluribꝰ speciebus nunqꝫ cõstituatur aliquid per se vnũ. Patet qꝛ nec aĩa nec corpus qđ est pars sunt p se species nec in specie sicut nec partes alicuius totius per se vnius sed per

Differre spẽ quot modis capitur.

reductionẽ ad totum. Sic ergo nõ sunt idẽ specie. ¶ Secũdo dico q̃ non differunt specie sicut alia ꝛ alia spẽs. Sic em̃ differre spẽ ab alio icludit eẽ speciem ꝛ habere differẽtiam specificam. Dictum est autẽ q̃ anima nõ est in specie per se: nec species aliqua: licet bene ad aliquã speciẽ ptineat sicut pars. Et hoc ẽ primo articulo. De quo tamen articulo diceret aliter cõmentator qui posuit intellectũ esse formã subsistentem nõ vnitã nec vnibilem ipsi corpori ꝺm esse sed tm̃ ꝺm operationẽ motiuũ forte p copulationẽ ad fantasmata sicut sibi ꝑponit a multis qđ est purum cõmentum ꝛ fictio quedã sicut inferius apparebit.

¶ Quãtum ad secundum ar/

ticulum. Adducũtur ab aliquib⁹ ꝛ diuersis diuerse rationes ad probandũ q̃ angelus et anima non sunt idẽ specie q̃ videtur eis quasi causales ꝛ a priori. ¶ Prima est ista. Forma vnibilis materie ꝛ nõ vnibilis nõ sunt eiusdem speciei. Sed anima et angelus sunt huiusmodi. ℊ ꝛc. Ista ratio licet sit bona. nõ tamen est a priori: qꝛ materia magis est propter formã q̃ econuerso. Unde mẽbra leonis ꝛ cerui causaliter differunt: qꝛ forme istorum differunt nõ econuerso. igiꝫ arguere ex materialitate vel vnibilitate ad materiam ꝛ negatione eius differentiã inter angelũ ꝛ aĩam ẽ arguere a posteriori. Mõ patet etiã qꝛ ista vnibilitas in anima est respectus quidã habitualis fundatus in anima ꝛ posterior ipsa. ¶ Secunda ratio est ista. Forme intellectuales sic q̃ vna discurrit in intelligẽdo et alia non discurrit nõ sunt eiusdez speciei. Sed angelus ꝛ anima sunt huiusmodi: qꝛ angelus nõ discurrit aĩa vero discurrit. Ista ratio sicut videt aliquibus non valet nec a priori nec a posteriori. A priori nõ valet quia intelligere ꝛ modus itelligẽdi planũ est q̃ sunt aliquid posterius talibus formis ꝛ differẽtia earũ intrinseca. A posteriori etiã nõ videt eis valere qꝛ si discurrere et non discurrere in intelligẽdo arguant diuersas naturas intellectuales et diuersas intellectualitates cum anima discurrat circa conclusiones et non discurrat circa principia prima per se nota tũc in anima erunt due intellectualitates vel due nature. ¶ Item anima circa obiectum beatificum non discurrit: ꝛ circa multa alia discurrit: nec breuiter discurrit in aliqua simplici intelligẽtia. igitur sicut prius erũt in ipsa due nature intellectuales vel ipsa non beatificabitur in obiecto naturaliter beatifico. ¶ Tertio sic. Queritur quid itelligitur p hoc qđ dicitur angelum non intelligere discurrendo vt intelligere non discurrẽdo. Aut intelligitur q̃ angelus nõ habeat potẽtiam qua cognitis principijs possit cognoscere conclusiones ex principijs. si ille non essent prius note sibi actu vel habitu et hoc nõ est perfectionis in intellectu creato nec est angelo attribuendum. Aut intelligitur q̃ nõ potest discurrere: quia omnes conclusiones sunt sibi note a principio in actu et ita non potest eas discurrendo cognoscere. Et planum est q̃ hoc est falsum: quia nõ omnia sunt sibi nota actualiter a principio. Aut intelligitur q̃ ideo non discurrit: quia omnia sunt sibi habitualiter nota a principio. Nec potest adquirere noticiam habitualem conclusionis ex principio vel cognito principio et hoc nõ facit differẽtia essentialẽ: quia equaliter ipsi aĩe possunt esse omia

videnꝫte. ¶ Secundo modo q̃ presentiam sue similitudinis immediate ꝛ directe originate ab ipso cognito sicut calor exterior videtur ab oculo. ¶ Tertio modo per suam similitudinẽ vel speciem nõ originatã imediate ab ipso sed ab aliquo alio in quo relucet illꝰ cui⁹ est similitudo sicut videtur aliquid in speculo vel mediãte speculo. Tunc dicit q̃ deus primo modo cognitionis seipm̃ cognoscit ꝛ etiam cognoscitur in patria a beatis. ¶ Scdo modo cognoscitur naturaliter ab angelo. Puta per essentiam suaz que est similitudo imediata accepta ꝛ derivata ab ipso. ¶ Tertio modo cognoscitur deus a nobis per creaturas ipsas ꝛ in cognitis prius cognitis/sicut in quibusdam speculis in quibus relucet diuina eẽntia q̃tum ad communes conditões dei ꝛ creature in quibus cõueniunt analogice saltẽ ꝛ similiter de angelo cognoscente per suam eẽntiã confuse tamen ꝛ indistincte q̃tum ad proprietates vel rationes communes analogas deo ꝛ creature. ¶ Quarto dicit iste idem doctor q̃ impossibile ẽ q̃ angel⁹ cognoscat deum per aliquam speciẽ creatam suo intellectui impressaz que representet diuinam eẽntiaz. ¶ Primo quia si talis species sibi infundereturvel ꝑimeretur. Oportet q̃ a deo ꝑ aliquã determinatã ydeã crearet. Sz tũc nõ diceret prio ĩ cognitionẽ eẽntie sz in cognitõe ydee qđ nõ ẽ ad ꝓpositũ. ¶ Item qꝛ phus in tertio de aĩa non ponit speciẽ in ãĩa nisi qꝛ obiectum nõ est presens realiter in ipsa. Lapis inquit non est in aĩa/sz species lapidis. Sed eẽntia diuina est pñtialiter in intellectu angeli. ℊ frustra talis spes diceret esse in eẽntia em̃ diuina ĩtimior ꝛ efficatior oĩ specie tali. ¶ Tertio qꝛ nulla spẽs finita põt repũtare diuinã eẽntiã q̃ est infinita/vt videt. ℊ. ꝛc. Hec est positio.

De ꝑa nobis quõ cognoscitur.

¶ Contra istã positionem di

cam aliqua ꝛ ꝺm ipsam aliqua. ¶ Dico igitur prio q̃ angelus naturaliter põt deum cognoscere et distincte abstractiue tamẽ per eẽntiam suaz sicut per obiectum primo cognitum ꝛ rationem cognoscendi sicut bene ꝓbat ratio que adducebatur ad primuz dictuz põnis. ¶ Scdo dico q̃ angel⁹ nõ potest naturaliter cognoscere deum per aliquam speciẽ impressam creatam distincte ꝛ immediate representantem diuinam eẽntiaz. Et ratio huius est quia talẽ speciem naturaliter vel ex principijs suis naturalibus habere nõ potest. Non enim põt talis species causari ab aliqua creatura. Nã omnis species causata a creatura primo ꝛ immediate respresentat ipsam. Sz a solo deo potest causari ꝛ cãretur per suã voluntatem nõ per eẽntiam suaz vt eẽntia est quia tunc naturaliter ꝛ necessario crearetur quod est falsum. ¶ Preterea etiaz naturaliter haberi nõ posset nisi precedente diuina visione ex qua relinquere tur talis species que quidem visio cuz sit beatifica ex naturalibus habeni non potest. quare. ꝛc.

Angel⁹ 2m̃ auctorem quõ deũ naĩaliꝫ cognoscit.

¶ Tertio dico tamen q̃ per talem speciem sibi impressam absolute loquendo posset deuz abstratiue cognoscere distincte ꝛ habere verã scientiam ꝛ theologiam de ipso sicut dictum fuit in principio primi. Sed ista cognitio non eẽt simpliciter naturalis quia principium ei⁹ puta species nec habetur naturaliter nec potest naturaliter haberi nisi forte diceret aliqs q̃ lz species supnaturaliter ꝑimeretur/ tamen ꝺm ipsam habita angelus naturaliter intelligeret. Intellect⁹ enim non est min⁹ principiuz intellectionis q̃ spẽs ꝛ tamen intellectio naturalis ẽ non obstante q̃ intellectus a principio supernaturali tm̃ modo habeatur qꝛ est ab extrinseco non curo de hoc. ¶ Tamen contra primũ dictum huius positionis arguit quidam doctor q̃ per eẽntiã suaz angellus nõ possit distincte cognoscere deũ. Tũ qꝛ sequeretur q̃ angelus in sua cognitiõe discurreret Nam eẽntia angeli non esset ratio cognoscẽdi deũ nisi vt obiectum primo cognituz a quo discurreret ad deum cognoscendũ. Tum quia discurs⁹ ab vno in aliud presupponit cognitionem vtriusqꝫ. Tũ qꝛ ratio cognoscendi aliud vt obiectũ prio cognitum continet virtualiter vel eminẽter intelligibilitatez ꝛ per cõsequens entitatem secũdarij obiecti quod non est verꝫ de eẽntia angeli respectu dei. Tũ quarto quia cognitio creature nõ potest eẽ causa cognitionis dei qꝛ est simpliciter inobilior illa. ergo. ꝛc.

¶ Dico ad primum q̃ nõ video magnum inconueniẽs si angelus ꝑcedatur discurrere ab vno ad alia posterius cognitum natura vel duratione. Aliter dicitur q̃ non est ibi discursus quia angelus eodez actu vtrumq; apprehendit licet vnum per aliud vt mediante alio. ¶ Ad secundum dicitur q̃ assumptum est falsum absolute. ¶ Ad tertium dicitur q̃ nõ oportet nisi illud sit ratio cognoscendi aliud ita perfecte sicut est cognoscibile. Modo nõ sic est in ꝓposito. ¶ Ad quartuz dicitur q̃ cognitio creature non est tota causa cognitionis diuine: sed ĩtellectus saltem cũ ipa/ideo non valet.

¶ Ad primum aliorum quod

est contra me q̃ nõ distincte. Dico q̃ causa equiuoca bene cognoscitur distincte per effectum sed non perfecte nec adequate q̃tum est cognoscibilis. ¶ Ad secũdum q̃ licet dicte non tamẽ ita perfẽcte q̃ sufficiat ad noticiaz trinitatis. ¶ Ad tertiũ patet q̃ eẽntia angeli est excessa ꝛ finita nec potest esse ratio cognoscẽdi perfecte deũ q̃tum est cognoscibilis. ¶ Ad primum contra speciem dico q̃ eẽt creata ad ydeam que est diuina eẽntia qꝛ aliud nõ pono ydeã ex parte ipius dei ꝛ repsentaret ipsam. ¶ Ad secundum dico q̃ nõ solum ꝓpter absentiã obiecti requiritur species sed ꝓpter noticiã inquãtum abstractiua est ꝛ indifferenter existẽtis et non existentis sicut ꝛ species. ¶ Ad tertium Nulla species finita potest pfecte representare deum q̃tuz ẽ representabilis: sed bene aliquo modo ꝓportionaliter ad intellectum creatum.

Quomõ angelus nãliꝫ seipsuz cognoscit.

¶ Secundo dicendũz est quo

modo angelus seipsum vel per quid magis sicut q̃ rationem cognoscendi motiuam vel quasi motiuaz ad actum. ¶ De hoc dicunt aliqui q̃ hoc non põt esse per eẽntiam suam nec per aliquam speciem. Quorum ratio est ista quia mouens ꝛ motum vñt esse distincta subiecto. Alioquin idẽ eẽt in actu ꝛ ĩ potentia respectu eiusdem. Sed essentia angeli vel etiam species impressa sibi si poneretur nõ sunt distincta subiecto ab intellectu angeli. patet igiꝫ nõ sunt rationes motiue intellectus ad actum intelligendi. Dicunt ergo q̃ omnis operatio vel actio angeli que est formaliter in ipo siue sit intellectio siue volitio siue motus passiue dictus angeli est a principio extrinseco ꝛ subiecto distincto siue illud sit ob-

fectum siue deus siue aliud quodcūq. ¶ Alij probant secūdo in ꝓposito q̄ nō per cēntiam. Angelus eodē modo cognoscit se ⁊ nō aliter quo modo cognoscit alios angelos vel alias itelligētias eiusdem generis. Sed illos non potest immediate intelligere per essentias eorum sicut per rationes cognoscendi īmediatas sed magis per spēs. ergo. ⁊c. ¶ Tertio sic. Alia nostra ꝑiūcta ꝯtūcunq; sit actu ꝓsens sibi per cēntiam ⁊ sit ens spirituale ⁊ actu intelligibile tamen seipsam non potest intelligere per cēntiam suam sed ꝑ species sicut aliā. igit̄ similiter de angelo. ¶ Quarto sic. Quādocūq; extrema essentialiter sunt idem ⁊ mediuꝫ cum vtroq; q̄ non plus distinguitur mediū ab extremis q̄ extrema ab inuicem. Sed si angelus seipsuꝫ intelligit ꝑ suam essentiam extremū intelligibile motuum scilicet cēntia ⁊ intellectus sunt idem ergo opatio media inter potentiam et obiectum vel rationem cognoscendi igitur intellectio angeli est sua substantia quod est falsuꝫ quia tunc sua intellectio naturalis esset nobilior simpliciter sua intellectione beatifica sicut substantia simpliciter nobilior ꝯaccidēte ¶ Quinto sic id qđ est singulare ꝝm qđ huiusmodi nō potest esse per se intellectū in primo nec etiā ratio cognoscēdi q̄ nec intelligitur nisi per lineam reflexam. Sed essentia angeli singularis est. q̄ ⁊c. ¶ Ultimo sic quia potentia debet eē denudata ab obiecto ⁊ ratione cognoscendi/sicut patet Secūdo de anima de visu qui debet esse absolꝰ sicut etiaꝫ receptiuum debet denudari a recepto. Sed intellectus angeli non est denudatus ab cēntia sua. ergo ⁊c. ¶ Et dicunt isti q̄ ponendo ꝝm fidem q̄ intellectio angeli differt a sua substātia impossibile est ponere q̄ immediate per suam substantiam seipsū intelligat sicut poneret Aristoteles qui posuit angelos deos esse. Et ita posuit intellectiones eoruꝫ esse idem cum substentijs eorum. Et oportet sicut dicunt isti q̄ per aliquid aliud puta per speciem.

¶ Alij vero qui negant speciem impressam. dicūt q̄ angelus intelligit se per suam essentiam ⁊ non ꝑ speciem. ¶ Q; autem nō per speciem hoc ꝓbant. Intelligibile in actu ꝓsens intellectui non impedito est sufficiens ratio cognoscendi ipsum. Nec re quiritur aliquid aliud vt ratio cognoscendi. Sed essentia angeli est huiusmodi respectu sui intellectus ergo non requiritur species vt cognoscit seipsum per speciem. Ex quo enim natura ꝓuidit angelo de vno sufficientiori ⁊ perfectiori modo cognoscendi seipsum non ꝓuidet sibi de minus perfecto vt videtur. ¶ Secūdo q̄ intellectio per speciē est abstractiua ⁊ est indifferens ad ꝓsentiā rei vel absentiā. Sed intellectio angeli de seipso non pōt esse indifferens ad absentiā sui q̄ non potest sibi ipsi abesse. ergo. ⁊c. ¶ Tertio quia si poneretur spēs in intellectu angeli representans essentiam suaꝫ sequeretur q̄ angeli essentia eēt ꝓsens suo intellectui mediate per speciem ⁊ īmediate per seipsam. Sed hoc est ꝓtradictio q̄ alicui sit ꝓsens aliquid mediate ⁊ īmediate q̄. hoc mediate ⁊ non mediate īmediate ⁊ nō immediate. quare. ⁊c. Iste sunt tres vie de ista questiōe. Sed nullam istarū ꝑcise teneo.

Noticia itellectualis duplex.

¶ Et ī ō dico ad istū articulū q̄ noticia itellectualis duplex est. Una est intuitiua ⁊ alia abstractiua. Tunc dico q̄ angelus potest naturaliter seipm cognoscere cognitione intuitiua ꝑ essentiam suā īmediate sicut per rationem cognoscendi. Et ratio huius est q̄ essentia sua est sibi ꝓsens ⁊ ītima ⁊ actu intelligibilis ⁊ suus intellectus actualis est nō impeditus. igitur potest sequi actio intellectualis de seipso per suam essentiam ⁊ de intuitiuaq; īmediata ⁊ īmediatione obiecti ⁊ īmdiatione repꝛesentatiui. quare. ⁊c. Secundo q̄ essentia vel obiectum ꝓsens est in specie sub esse diminuto est ratio cognoscendi seipsum. ergo magis q̄ simpliciter ꝓsens est. ¶ Tertio q̄ non repugnat hoc angelo de alijs sicut dicetur infra. Nec repugnat hoc anime separate ergo nec angelo de seipo. ¶ Secūdo dico idē de omnib⁹ sibi intrinsecis q̄ pōt ea cognoscere itiuitiue per cēntiam eorum que pñs est realiter intellectui suo. ¶ Tertio dico q̄ seipsum intelligere pōt vel cognoscere per speciem aliquā accidēt̄ talez sibi impressam et adquisitam derelictam ex noticia sui intuitiua ī memoria suā/ ⁊ hoc loquēdo de noticia abstractiua. Cuius ratiō videtur prima cognitio imꝑfectior que nō repugnat perfectiori angelo de aliquo obiecto. non repugnat inferiori de eodem. Sed non repugnat superiori angelo q̄ cognoscat inferiorē abstractiue per speciē que noticia abstractiua imperfecta est respectu intuitiue. ergo. ⁊c.

¶ Scōdo sic q̄ sicut dixi in principio primi. Quicquid potest intuitiue intelligi ab intellectu creato etiam abstractiue ab eodez etiā de abstractius que fit per speciem. Cum igit̄ angelus potest seipsuꝫ ꝑ suam essentiaꝫ intuitiue cognoscere sicut ꝓbatū est supra: ergo ⁊ abstractiue per speciez. ¶ Tertio quia in parte sensitiua idem potest cognosci ab eodem intuitiue ⁊ abstractiue licz per diuersas potētias. Puta per sensum ⁊ ymaginationē. q̄ in parte intellectiua perfecta non impedita cuiusmodi ē intellect⁹ angelic⁹. videt̄ q̄ ista dūt vniri q̄ ag̃el⁹ seipsum ⁊ intuitiue per essentiaꝫ ⁊ abstractiue ꝑ speciē potest cognoscere. Unde accipit̄ quo modo habetur ista species. ¶ Dico vt est angelo cōcreate sūt multe species aliorum de quibus dicetur infra vel est angelo adquisita per hoc q̄ primo itellexit se intuitiue ⁊ derelicta est species eius in memoria q̄ quid enim cadere potest in intelligentia et memoria quia equātur inuicem ꝝm Augustinum. Et dico q̄ causatur ab cēntia angeli. vt obiecto ⁊ ab intellectū angeli qui est agens ipsam. Nec ꝯtum ad hoc reputo inconueniens ponere in angelo intellectum agentem licet nō ponatur ibi vt faciat angelum de potētia intelligibili actu intelligibilē sicut ponitur in nobis intellectus agēs ꝝm opinionē aliquoꝝ. Sed potest ne angelus intelligere seipsuꝫ simul intuitiue ꝑ cēntiam suā /⁊ abstractiue perspēs illam. ¶ Dico q̄ non video aliquam repugnantiā formalem inter istas duas noticias cuꝫ sint alteri⁹ rationis nec sint cōtrarie ex parte ipaꝝ nec ex pte subiecti supposito q̄ in eodē intellectu pñt eē simꝰ plures actus intelligēdi/nec ex parte obiecti. Nō enim reputo inconueniēs q̄ idem obiectum simꝰ intelligatur immediate ꝑ seipm ⁊ mediate ꝑ speciez. Non ē enim hoc ꝝm idem vel per idem. Et ideo nō video repugnantiam nisi forte diceretur q̄ noticia intuitiua adequat totam potentiam intellectiuam respectu obiecti quia est perfectissima noticia. Et ideo simul cum ipsa incōpossibilis ē noticia abstractiua eiusdem obiecti nō tamē video q̄ istud sit demonstratum. Dicas ergo quo tibi placuerit q̄ vel

Angel⁹ q̄ cognitiōe seipsū cognoscat nāl⁹

Angel⁹ an seipm intuitiue ꝑ cēntiā ⁊ abstractiue ꝑ speciā simul cognoscat.

equaliter nota a deo imprimēte sibi noticiam oīm sicut angelo siue principiū siue conclusionē sicut fecit ale christi. q̄ ⁊c. Non em tūc angelus nō discurreret ꝓpter impotētiam discurrendi: sed ꝓpter causam ꝓdictam per accidēs. ¶ Preterea etiaꝫ istud nō excludit discursum in actu. Unde nō reputo istam rationē valere: quia nō video q̄ repugnet intellectui angelico discurrere eo modo tamē quo dicetur infra. ¶ Alij arguunt sic. Quoꝝ ꝑfectiones supreme non sunt eiusdē speciei nec perfectibilia vt videtur. Sed beatitudo angeli ⁊ anime non sunt eiusdē speciei: q̄ beatitudo angeli non potest equari beatitudini anime christi vt videtur. q̄ ⁊c. Sed nec ista ratio valet. ¶ Dico enim absolute q̄ beatitudo angeli potest eē equalis beatitudini ꝓpt̄ sicut dixi in ꝓo de charitate require. Unde teneo q̄ sunt beatitudines eiusdem rationis siue dependeant ab intellectionibus istorum effectiue siue nō ⁊ ꝯtūcunq; sint in intellectibus distinctis ꝝm speciem vel sicut in subiectis. Nullum est enim inconueniens q̄ aliqua plura eiusdem rationis sint a pluribus vel in pluribus agētibus vel subiectis alterius rationis. ¶ Dico igit̄ q̄ licet a posteriori possit ostendi q̄ angelus ⁊ anima nō sunt eiusdem speciei: tamē causam a priori nescio assignare. Nec est alia ratio nisi q̄ hec natura est hec natura ⁊ illa est illa sicut quare homo est animal et nō est lapis. hec de secundo articulo.

¶ Ad primum principale di/

co q̄ potētie intellectiue angeli ⁊ anime distinguntur suo modo sicut angelus et anima nec sunt eiusdem rationis. Dicis q̄ nō: quia habēt eadem obiecta vel idem obiectum. Potentie autē distinguūtur vel vniuntur ex obiectis. ¶ Dicō q̄ potentie non vniuntur sicut obiectū est vnum. Unde licet ex distinctione diuersorum obiectorum adequatorum ⁊ primorum deueniamus in noticiam distinctionis potentiarum que distinguntur seipsis nō tamen ex vnitate obiecti arguitur vnitas potentie. Unde venius ⁊ eiusdez obiecti possunt esse plures potentie ⁊ scientie etiā. Nec vnq̄ Aristoteles dicit q̄ potētie vniantur sicut obiectum. ¶ Ad tertiū dico breuiter q̄ quilibet angelus scōm suam rationem specificam est nobilior in naturalibus quacūq; anima etiam anima christi sicut etiam est nobilior tota natura humana cuius anima est pars. ¶ Et dico vltra q̄ est capax equalis beatitudinis sicut aia christi ⁊ quelibet anima ⁊ econuerso quelibet anima sicut quilibet angelus quia capacitas beatitudinis non fundatur in istis scōm rationes suas speciales sed scōm rationem cōmunem intellectualitatis in qua cōueniunt ⁊c. ¶ Ad tertium. dico q̄ bene concludit animam non differre specie ab angelo sicut speciem a specie sed non concludit ipsam esse eandem specie. ¶ Ad Augustinuꝫ dico q̄ sunt pares natura in beatitudine. Tū q; neuter plus habet de beatitudine ex natura sua ꝯ alius. Tum quia etiā licet non sint eiusdem nature tamen parem beatitudinem possunt recipere.

¶ Distinctionis tertie.

¶ Questio tertia.

Dionysius.

¶ Conſequēter de co

gnitione angeli quero. Utruꝫ angelus cognoscat per essentiā suā vt per obiectum primo cognitū vel per rationē cognoscēdi omnia quecūq; intelligit vel cognoscit naturaliter videtur q̄ oīa per essentiam. ¶ Et primo ꝓbo q̄ deū quia per imaginem cognoscit imaginatū sicut per imaginem herculis cognoscitur hercules. Sed angelus est imago dei ꝝm essentiam ⁊ substātiam quia potentia ⁊ substātia ides sicut dictum est in primo. q̄ ⁊c. ¶ Secūdo q̄ seipm quia vel per essentiam suā sicut per rationē cognoscendi vt per aliquid aliud repñtatiuū sui puta per speciem sed nō per speciem: quia species non ponitur nisi ꝓpter ꝑsentiam obiecti qđ quidē est ꝓsens ex se. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic q̄ alia quia essentia cōtinens eminēter aliquid aliud vel saltē equalis alteri vel similis potest esse ratio cognoscēdi ipsam. Sed essentia angeli superioris vel equalis est huiusmodi ad alios angelos vel saltem ad corpora lia. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Si intelligūt q̄ aliquid aliud q̄ ꝑ essentiam suaꝫ puta per speciem. Aut hoc est per species impressas a sua creatione vel innatas. Aut per species adquisitas sed non per species innatas quia cū sint infinita distincte intelligibilia ab ipsis sequitur q̄ haberēt infinitas species in actu. Nec per adquisitas q̄ ꝝm Dionyꝫ. 7. c. de diuinis nominibus. Angeli nō cōgregant diuinam cognitionē a rebus nec per consequens adquirunt. ergo ⁊c.

¶ Contra.

Essentia angeli est finita ⁊ angel⁹ tñ pōt cognoscere distincte infinita saltem successiue. Sed nullū finituꝫ potest esse ratio cognoscēdi infinita distincte. ergo essentia angeli non potest esse sibi ratio cognoscēdi oīa.

¶ In ista questione ſic ꝓce/

dam. ¶ Primo ostendam que sunt obiecta que angelus naturaliter pōt distincte intelligere. ¶ Secūdo inquiram quid est sibi ratio cognoscēdi talia obiecta vtrū sua substantia vel species vel habitus vel aliquid aliud ꝝm diuersas opiniones.

¶ Quātum ad primum dico

q̄ sunt de hoc multa obiecta intelligibilia respectu angeli. Primū est deus. Secundū est ipse angelus et omnia intrinseca sua. Tertiū est quodlibet extrinsecū ab ipso. Est igitur primū membrum huius articuli vtrū angelus naturaliter possit cognoscere: vel intelligere deum et distincte distinguēdo deū a quocūq; alio. Et dico breuiter q̄ sic loquēdo de noticia abstractiua nō de intuitiua quia illa est facialis et beatifica sicut ꝓbatum est in prima questione primi. ¶ Prima ratio ad ꝓbandū ꝓpositum est ista. Nō min⁹ potēs est intellect⁹ angelicus itelligere deū naturaliter ꝯ intellect⁹ human⁹. Sed intellectus human⁹ pōt intelligere naturaliter ipm deū etiā ꝑ statu sue ꝓfectionis ꝛ nō sit hoc demōstratiue sicut dixi distinctiōe ꝛtia primi q̄ ⁊c. ¶ Scōo sic. felicitas nālis ipsi⁹ ag̃eli nō ē sibi ipossibil: ꝛ felicitas naꝛal ē ī cognitiōe dei q̄ ē naꝛal. q̄ ⁊c. Tertio sic. ag̃el⁹ pōt se nāliter dirigere ī vltimū finē ad quē ē

Obiecta q̄ ab angelo naturaliter distincte intelligi possunt.

ꝛ ꝓpter quē operat. Sed hoc nō potest nisi distincte cognoscendo finem illum qui est deus. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. ꝑma itelligētia mouet alias: vt amatū et desideratū sicut dicitur. 12. metha. Quia intelligētia fecūda in operatione se intēdit conformare illi: ꝛ hoc est bonū suum etiā naturale. Sꝫ impossibile est q̄ aliquid moueat vt amatū ꝛ desideratū nisi ꝓius cognitum. ergo ꝛc. ¶ Secūdo dico q̄ potest seipsum naturaliter cognoscere ꝛ intelligere indistincte ꝛ absolute loquēdo nō distinguendo intuitiue vel abstractiue. Ad hoc est ꝓima ratio talis intellectus angelicus nō est minus potēs ad cognoscēdum seipsum q̄ humanus. Sed intellectus humanus aliqualiter quomodocūq; seipsum potest cognoscere. ꝯ ꝛ angelicus. ¶ Secūdo sic. Omnis potētia cognitiua naturaliter reflexiua sup seipam et id cui⁹ est pōt ambo naturaliter cognoscere. Sꝫ intellectus quicunq; est huiusmodi. ꝯ ꝛc. ¶ Tertio sic. Illud qō potest seipsum naturaliter diligere potest seipsum naturaliter cognoscere q̄ ꝓ inuisa possimus diligere incognita nequaq̄ ꝫm Augustinum Sed angelus potest seipsum naturaliter diligere. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. ꝑsente actiuo passiuo disposito et vtroq; sufficiēte nō ꝑditis pōt sequi actio naturaliter. Sed essentia angeli vel intellect⁹ ei⁹ vt actiu⁹ est/est sufficies actiuū vel vtrūq; simul vel etiā species cū intellectu ꝛ possibilis intellect⁹ est passiuū sufficienter dispositū. Nec ista sunt ꝑdita respectu intellectiōis angeli. ꝯ ista intellectio pōt sequi naturaliter angelus. ergo seipsum potest naturaliter itelligere. ¶ Preterea de alijs a seꝛa deo incōplexis quibuscūq; dico q̄ pōt ea naturaliter ꝛ distincte cognoscere. Tum qꝛ hoc potest intellectus noster. Tum qꝛ non excedūt facultatē sui intellectus in intelligibilitate. Tuꝫ quia possunt suo intellectui naturaliter ꝓsentari: vt obiecta intelligibilia per se vel ꝑ accidens: et sic intellectus suus moueri et formari ab ipsis vel circa ipsa. Tum qꝛ ad hoc nullū sequitur incōueniens vel impossibile vt videt. ¶ De cōplexis vero dico q̄ cōplexa vel sunt actualia et necessaria vel sunt futura ꝛ non in actu ꝛ cōtingētia. ¶ De cōplexis ꝛ ꝓplexionibus actualib⁹ et necessarijs. Dico q̄ vel ille cōplexiōes sunt veritatū excedētiū ꝛ supnaturaliū sicut q̄ de⁹ est trinus et vnus ꝛ huiusmodi: vel q̄ pater in diuinis generat. Et de istis dico q̄ angelus nō pōt eas naturaliter cognoscere. ¶ ꝑimo qꝛ sicut dictum est in ꝓio trinitas ꝓsonarū non potest naturaliter cognosci. ¶ Secūdo qꝛ deus nec aliquis termin⁹ diuinus. Unde oriantur ille cōplexiones pōt naturaliter vt sic intelligi. ¶ Tertio qꝛ sicut dictuꝫ fuit in ꝓimo. Intellectus sequens iudicium naturalis rationis in talib⁹ staret neuter ꝛ indifferēs qꝛ natura creata ad hoc nō sufficit: nec etiam potest dicere cōtrarium ratio naturalis recta. qꝛ tūc eēt erronea et falsa ꝛ non esset recta. ꝯ ꝛc. ¶ De cōplexis vero ꝓportionatis necessarijs dico ꝛ actualibus nō excedentibus facultatem rationis naturalis. Dico q̄ potest ea naturaliter cognoscere. Tuꝫ qꝛ talia sunt intellectui nostro ꝓportionata. Tum qꝛ potest cognoscere ex quibus cōsurgunt et etiā oriuntur ꝛ ꝑ cōsequens habitudines et cōplexiones istoꝝ ꝛ ꝑcipue q̄tum ad necessarias cōplexiones. Tuꝫ quia tales complexiones intellectus humanus naturaliter potest cognoscere. ꝯ et angelus. ¶ Dices tūc angelus naturalit posset me cognoscere vel cognoscere me velle istud actualiter vel illud. ¶ Dico q̄ non video repugnātiam quare non si a deo permitteretur sicut dicam infra. De cōplexionibus vero cōtingentibus et futuris. Dico q̄ non potest tales cōplexiones naturaliter cognoscere vt tales sunt. Si enim naturaliter ipsa cognosceret. Aut hoc esset per seipsa. Aut per causam suā: aut ex terminis suis cognitis non per seipsa: qꝛ non sunt. Nec per causam eorum qꝛ causa eoꝝ volūtas est indifferēs simpliciter q̄tum est ex seipsa vel opposita ipsoꝝ Nec ex terminis suis qꝛ nō resultat veritas ipsoꝝ ex terminis. Tunc enim esset veritas necessaria: licet esn terminos presupponat non tn oritur nec cō surgit ex terminis. Unde dico q̄ per species quidditatū ipsoꝝ terminoꝝ nō potest talis veritas cognosci. Quicquid enim per tales species cognoscitur et presentatur est necessariū ex terminis: nec est cōtingens vt sic. Species esn quidditatum quicquid representant naturaliter representant. ¶ Secūda ratio est ista ad hoc: qꝛ sicut dictum fuit in primo. Intellectus diuinus nō cognoscit talia nisi per noticiam determinationis diuine volūtatis determinātis ea fore vel non fore. Sed determinatio diuine voluntatis de futuris non pōt esse angelo naturaliter nota. ¶ Tertio quia tūc frustra essent in angelis illuminationes ꝛ reuelationes si possent talia naturaliter cognoscere. ꝯ ꝛc. Sic patet de posstiuis incōplexis et de veris cōplexis que angelus potest cognoscere naturaliter. ¶ De discursib⁹ autem sillogistici vel etiam paralogismis vel complexionibus falsis et priuationibus et negationibus. Dicēdum q̄ potest ista cognoscere vel per rationē cōplexoꝝ verorum vel per rationes terminoꝝ per rationes oppositoꝝ nisi de cōtingētibus cōplexis de quibus falsitatem non potest naturaliter cognoscere sicut nec veritatem.

¶ Quātum ad secundum articulum videndum est primo quomodo angelus cognoscit deū naturaliter. Secūdo quomodo seipm. Et tertio quomodo quidditates aliorum. De primo dicit vn⁹ doctoꝛ q̄ angelus naturaliter cognoscit deum per essentiaꝫ scilicet ipsius angeli. Et ratio est: quia per imaginem potest naturaliter cognosci imaginatum ꝛ causa per effectum. Sed essentia angeli est effectus et imago dei vt patet. ergo ꝛc. ¶ Secundo dicit q̄ angelus per essentiam suam non habet distinctam noticiam et cognitionem de deo ex parte obiecti: sed tantum confusam. Et hoc probat multipliciter. ¶ Primo sic. Causa eminens et equiuoca non potest distincte et ꝓprie cognosci per effectum suum qui est alterius rationis ab ipsa. Sed deus est causa talis et essentia angeli talis effectus. ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. Si distincte posset cognosci deus per essentiam angeli. ꝑi ratione videtur q̄ per ipsam posset cognosci trinitas personarū. Sed hoc est falsum. ¶ Tertio qꝛ essentia angeli est simplr improportionata ꝛ excessa a deo q̄ est causa supeminens et excedēs. ꝯ per ipam nō potest illa distincte cognosci. ergo ꝛc. ¶ Tertio dat modū q̄o pōt aliquid cognosci diuersimode. Uno enim modo pōt aliq̄d cognosci ab aliquo ꝑ essentiā suā realiter ꝑsentē in cognoscēte. Sicut si lux esset presentialiter et realiter in oculo simul vel saltem successiue angel⁹ potest seipsuꝫ cognoscere intuitiue per suam eēntiam ꝛ abstractiue per speciem. ¶ Ad rationem ꝓme opinionis dico q̄ illa maioꝛ heretica est ꝛ falsa. Luꝫ enim angelus mouetur localiter dico q̄ a seipo mouetur ꝛnō mouetur ab alio sicut truncus. Et ideo falsum est dicere q̄ oportet vniuersaliter mouēs ꝛ motum eē distincta subiecto. Et dico q̄ in probatione cuilis equiuocatio de actu ꝛ potentia. Actus enim ꝛ potentia Uno mō sunt differentie entis. Alio modo ꝓncipia entis. vt sunt differētie entis non conueniunt eidem simul. Non enim idem homo simul ꝛ semel est homo in actu ꝛ homo in potētia. Sed vt sūt ꝓncipium entis dicitur q̄ eidem possunt conuenire ꝛ respectu eiusdem. Nec est aliquod incōueniēs ꝛ hoc est quod alū dicūt sub alijs verbis q̄ nulla est contradictio q̄ idē respectu eiusdem sit in actu virtuali ꝛ in potentia formali. licꝫ sit impossibile q̄ simul sit in potentia formali ꝛ in actu formali ꝫm eū dem actum nūero ad quē est in potentia. ¶ ꝑ. Si nec per speciem nec per eēntiaꝫ angelus intelligit seipsum: quero per quid intelligit naturaliter seipsum et non potest faciliter responderi qꝛ non ꝑ inferiorem angelum qꝛ tunc infimus nō cognosceret seipsum. Nec per superiorem qꝛ tunc supremus nō cognosceret. Nec per similem vel equalem qꝛ pari ratione econuerso ille per alium ꝛ esset circulus in per se obiectis. ¶ ꝑ. dato q̄ non esset equalis adhuc intelligeret seipsuꝫ/ nec angelus per motū suū vel effectum cognoscit se quia multi angeli sunt q̄ non manent nec per deum angelus cognōscit se qꝛ non cognoscit primo deuꝫ naturaliter nec per creaturam aliquam. ergo vel non cognoscit se/ vel ꝑ nichil cognoscit se sicut per rationem cognoscēdi qō est vna truffa. ¶ Ad primum alteri⁹ opinionis q̄ non per eēntiam. Dico q̄ si essentia alteri⁹ sit sufficienter presens angelo q̄ pōt aliuꝫ cognoscere per essentiam illi⁹ sicut seipm per eēntiā suam ꝛ ita vniformiter vtrobiq;. ¶ Ad secūdum dico q̄ anīa nōstra licet scām se sit aliquid spirituale ꝛ actu intelligibile/ ꝛ ideo separata pōt seipsam intelligere īmediate ꝛ intuitiue per eēntiam suam tamen ꝓ statu presenti sue ꝓiunctionis nō pōt quia impeditur vel ꝓpter penam inflictam a deo occasione peccati quia deus non vult cooperari ad actū talē sicut videtur de mēte Augustini. vel forte ꝓpter ordinez naturalem potentiarum intellect⁹ scilꝫ ꝛ ymaginationis q̄ exigit q̄ nihil intelligatur primo nisi fantasiatum vel ymaginatum ꝛ alia sicut ista: tale aūt impedimentum angel⁹ non habet. ¶ Ad tertium Dico q̄ est medium ꝫm rem ꝛ medium ꝫm ymaginationem tantum. Medium ꝫm rem ꝛ ex natura rei nō plus distat ab vtroq; extremo q̄ extrema adinuicē imo minus sicut patet in extremis coloꝛibus ꝛ medio. Sed medium ꝫm ymaginationē bene plus distat. Modo dico q̄ operatio nō est mediū inter potentiam ꝛ obiectum vel rōnez obiecti nisi ꝫm ymaginationem qꝛ intelligitur egredi a potentia ꝛ terminatur ad obiectum/ sed ꝫm rei veritatem ipa habet rationem extremi ꝛ posterioꝛis respectu vtriuꝫ q̄. scilicet respectu potentie ꝛ obiecti. quare ꝛc.

¶ Ad quartuꝫ dico q̄ quicq̄d sit de singulari q̄tū ad intellectum nostrum ꝓiunctum q̄ ab intellectu angelico ꝛ sepato singulare ꝑ se et directo aspectu ꝛ primo potest intelligi vel eē ratio intelligendi et essentia ita bene sicut species que etiam est aliquid singulare. ¶ Ad quintū dico q̄ potentia vniuersaliter loq̄ndo non debz eē denudata ab obiecto recepto per actuꝫ sed tantū modo potētia organica talis que est artata ad certū genus entis puta visus ad colorem. Non habet autem locum de intellectu qui est circa totiꝫ gen⁹ entis quia tunc eēt denudatus a seipso qō est falsum. Adhuc tn dubitatē magnam habet illa ꝓpositio de potētia significatiua que est tactus non curo modo.

Actus ꝛ potentia

¶ Ad primum q̄ non per speciem. Dico q̄ illa ratio bene concludit q̄ per essentiam sed nō q̄ nō per speciem. Dicis q̄ natura prouidit angelo nobiliorem modum cognoscendi quia per substantiaz. ergo frustra sibi ꝓuideret alium. Dico q̄ non frustra quia perfectius est ꝛ nobilius in angelo cognoscere seipm illo duplici mō q̄ altero tantū. Ad scōz dico q̄ omnis noticia per speciem est abstractiua. Quādo dicis abstractiua est indifferens ad existentiam vel presentiam obiecti ꝛ absentiaz eius. ¶ Dico q̄ verum est per se loquendo quia accidit noticie abstractiue vt talis est q̄ obiectuꝫ sit presens sed per accidēs hoc conuenit ei in proposito qꝛ idem est cognoscens seipsum ꝛ ideo nō potest abesse cognoscenti. ¶ Ad tertium dico q̄ non est incōueniēs q̄ eēntia diuina presentetur intellectui per seipsam immediate/ ꝛ ꝑ speciem mediate. nec est aliqua contradictio quia non est secundum idem.

¶ De alijs vero ab angelo ꝛ a deo per quid angelus cognoscit ipsa: ē opinio cuiusdam doctoris Quinto quolibeto. questōe quarta. q̄ angelus cognoscit quidditates creaturarū vel creaturas ipsas non per species aliquas nec ꝑ eēntiam suam/ sed per vnum habitus quem ponit sicut dicetur infra. ¶ Qꝫ aūt nō per species impressas probat primo sic arguēdo ꝓtra tales species. Tuꝫ quia tales species nō sunt in intellectu nostro quia tunc ꝫm ipos intellectus alteraretur. ergo nec ī intellectu angelico qui minus indiget. Tum qꝛ talis species si reciperetur in intellectu non eēt ratio cognoscendi. ꝑimo nisi singulare qꝛ a singulari causatur ꝛ singularis est. Tum qꝛ species naturaliter ꝛ necessario semp actu intelligeret omnia quoꝝm haberet species. Tū qꝛ ipossibile ē q̄ intellect⁹ informetur pluribus speciebus sicut nec materia pluribus formis vel coꝛp⁹ plib⁹ figuris. ¶ Tū qꝛ in aīa nō sunt nisi habitus passiones ꝛ potētie ꝛdo etichoꝝm non ergo tales species. Tuꝫ qꝛ tunc intellect⁹ angeli eēt in potētia eēntiali ad actum intelligēdi quia primo ad speciem ꝛ etiam ad habitum sciētialem sic q̄ posset ipsum adquirere si per species ītelligeret sicut homo. Tum qꝛ in homine est infimum quod intelligat ꝑ aliquas species siue impssas siue expssas. Supremum vero q̄ ꝑ habitum sciētialem Sed supmum in inferiori est infimum in superiori ꝫm vnionistū. igitur angelus per talem habitum intelligit. Dicit ergo q̄ angelus intelligit omnia alia creata a se ꝑ vnum habitum sciētialem sibi cō creatum non ꝑ eēntiam suam sicut deus: nec ꝑ species sicut hō. De illo aūt habitu dicit q̄ ēynic⁹ in distinctus realiter in se formaliter inherens intellectui angelico sibi ꝓcreatus non tamē absolute sꝫ in ordine ad obiecta qꝛ eīs sciētialis est habet respe-

Angel⁹ qualiter deū naturaliter cognoscat.

Aliquid diuersimode cognosci tur.

Mediuꝫ duplex.

ctum eẽntialem ad obiectum quodlibet qui quidẽ respectus est idem realiter cũ ipso. Sic ꝙ sine illo nec eẽ nec intelligi potest ꝛ ratione plurium respectuum talium quos habet ad plura obiecta distincta potest plura simul ꝛ actu ꝛ distincte representare. Ita ꝙ obiecta per illum habitum representantẽ intellectui angelico tanꝯ sibi expressa ꝛ tanto plura ꝯto ille habit⁹ simplicior est ꝛ actualior vel eminentior continẽs in se eminẽter plures habit⁹ alios partiales. ¶ Dicũt etiam vltra ꝙ quia habitus est quo quis vtitur cũ voluerit hinc est ꝙ angelus sm voluntatem vti potest isto habitu ad cognoscendũ hoc representatũ vel illud p̃intellecto tamẽ illo ad quod intellect⁹ magis inclinatur per talem habitũ quod est magis cõnaturale ipsi angelo. Sic aũt fieri non posset ꝙ species qꝫ nõ subsunt imperio volũtatis sed mere naturaliter representant sicut dicũt Sic ergo vnus habitus simplex angelo concreat⁹ est sibi ratio intelligẽdi omnẽ quiditatem aliã creatam quam cognoscit vel cognoscere posset etiã infinitas si eẽnt ꝛ non oportet ꝙ habeat rationes intelligendi distinctas ipãrum puta species/quia vbi vnum sufficit frustra ponũtur plura. Ista opinio est falsa quasi ꝙ omnia. ¶ Et arguo contra eã primo sic. Impossibile est ꝙ vnus habitus simplex potest representare distincta ꝛ distincte ꝛ simpliciter. primo vel ifinita si ponerẽtur sicut dicit positio ista ℙrobatio quilibet habitus cristẽs in aliqua potẽtia creata ꝛ limitata ꝛ finita finit⁹ est ꝛ limitatus. Sed si habitus representat distincte infinita sequitur ꝙ actu infinitus ẽ ꝛ illimitatus. ℙrobatio. qꝫ cum sic representare distincte vel sit perfectionis in habitu vel arguat perfectionẽ. Si habitu ꝙueniat sicut representare plura est maioris perfectionis. Ita representare infinita est vel nõ tot quin adhuc plura est infinite pfectionis. Sicut si portare duos lapides equalis põderis est maioris fortutis ꝯ portare vnum ꝛ portare tres ꝯ portare duos: sequitur ꝙ portare infinitos sit ifinite virtutis. ℙatet etiã quia propter hoc ꝓbabiliter ponit ꝙ eẽntia diuina est actu ifinita qꝫ est repñtatiua infinitoꝝ distincte cũ ꝯ habit⁹ ille esset representatiuus infinitorũ vel quiditatum differentiũ specie possibiliũ vel saltem indiuiduoꝝ sub eadem specie que distinguũtur ꝙ differentias indiuiduales positiuas alteri⁹ ꝛ alterius rationis sequitur ꝙ actu sit infinit⁹. Hoc aũt est falsum quia in subiecto finito nõ est aliquis habitus infinitus. ergo. ꝛc. ¶ Secũdo sic nullus habitus scientialis creatus est nisi alicuius complexi ℙrimo quia de complexis est sciẽtia. Sed omnis habitus de complexis presupponit distinctam noticiam incomplexorum ꝛ ꝙ cõsequẽs distinctam representationem. ergo per talẽ habitum non fit distincta representatio talium. Sed tali habitu posito adhuc sunt necessaria distincta representatiua incomplexorum cuius sunt species. ¶ Tertio sic. Nulla ratio cognoscendi plura /vel representandi distincte potest esse nisi obiectus illius rationis cõtineat illa plura formaliter vel eminẽter igitur nec habitus iste est ratio representandi plura distincte nisi. ꝛc. Hoc patet de essentia diuina que ẽ ratio representandi plura distincte quia cõtinet illa plura eminẽter licet non formaliter. Sed impossibile est dare aliquod obiectum talis habitus quod vel eminenter vel formaliter contineat infinita ergo. ꝛc.

qui ponit istam positionē scilicet q̄ omnis operatio que incipit cū esse rei causatur a producēte rem illam in esse nititur in questione de eternitate mundi ostēdere q̄ effectus potest esse coeuus sue cause vt lumen soli ꝛ umbra virgulto. ¶ Eodem modo dico in proposito de voluntate q̄ ipsa in primo instā ti potest habere actionē peccandi sicut causa eius. Precipue q̄ ēm ipsum in eadem questione presen tatio obiecti per intellectū nō precedit necessario volitionē nisi tantum natura et nō duratione. Tū dico q̄ nō solum talis actus est in potestate agētis naturā: sed etiam in potestate voluntaris ꝛ libere. ¶ Preterea q̄ operatio incipiens cum re debeat ascribi generāti rem in esse hoc nō est pro alia causa nisi quia in isto instanti est causata ab agēte: sed prima causa semp manet dum manet res in esse in actu causandi. Semp ēm res causatur a deo q̄diu manet. igitur pari ratione pro quocūq̄ instanti deberet operatio rei deo attribui. Ita bene sicut pro primo instanti. ¶ Dico ꝫ ad illam rationem Henrici q̄ nō oportet attribuere peccatū āgeli ipi deo dato q̄ peccasset in primo instanti. Ad exemplum de tibia. Dico q̄ defectus in ambulatione ex defectu tibie est naturalis non voluntarius nec liber et reducit ad aliquod agēs defectuosum sicut ad causam vel ad in dispositionem materie. Sed defectus ille peccati esset liber ꝛ voluntarius ꝛ nō reducere tur sub ratione peccati in aliquod extrinsecū agēs sed solum in ipsam voluntatē deficientem. ¶ Ad quartū dico q̄ primus actus angeli si fuisset in primo instanti fuisset sibi meritorius ꝛ fuisset ascript⁹ iusticie volētis. Nec auctoritas Anselmi facit aliquid ad oppositū. Nam ipse supponit in eodem capitulo q̄ velle tale daretur a deo ipsi angelo immediate ꝛ nō esset a voluntate angeli effectiue ꝛ libere: ꝛ tunc planū est q̄ nō esset meritorius sed oppositum potest esse in primo instāti. ¶ Ad quintū dico q̄ nō est necesse deliberationē precedere actum peccādi: quia ostenso fine siue in vniuersali siue in particulari ēm aliquos volūtas sibi relicta sine deliberatione potest nō velle ipsum sicut etiam velle: ꝛ tamē vnum est peccatū omissionis ꝛ aliud est bonus actus saltē de his que sunt ad finem nullus negat verbi gratia. Judeus vult beatitudinē sicut finē ꝛ tñ si proponatur sibi baptismus statim sine deliberatione respuet ipsum. Sicut etiā dicit philosophus q̄ perfecti artifices nō deliberant. ¶ Ad minorem dico q̄ cū potentia intellectione essentie sue potuit habere actū inordinatum nimie cōplacētie et amicitie ad seipsum nō comparando se ad aliq̄d aliud ꝛ illa fuisset sibi peccatū ꝛ actus imputabilis et forte amorē concupiscentie inordinatum p̄cedit amor amicitie ad seipsum inordinatus. Sicut etiā August. videtur dicere. Augustinus. 9. de ciui. dei. ca. vlti. vbi dicit q̄ ciuitatem dei facit amor dei vsq̄ ad cōtēptum sui. Sed ciuitatem diaboli fecit amor sui vsq̄ ad contēptum dei. ¶ Preterea etiā non oportet q̄ sic discurrat per obiecta cōparando vnum alteri post q̄ ēm durationē terminos intellexit. Sed simul potest ꝛ terminos intelligere ꝛ cōplexionem formare vel cōparare ꝛ sic etiam eligere vel peccare. ¶ Ad aliud sextū dico q̄ non necessario peccaret si in primo instanti peccaret: quia in eodē instāti diuisim potest nō peccare vel potuit: sicut etiam omnis actus libere voluntatis create pro quocūq̄ instanti elicitur potest nō elici. Alioquin nunq̄ libere eliceretur. Quādo dicit omne q̄d est quando est ꝛc. Dico sicut responsum est supra pluries q̄ cū iunctim accipiendo verū est pro tanto quia impossibile est idem simul esse ꝛ nō esse. Sed non oportet q̄ diuisim. Nam ista duo stant simul q̄ in instāti sit aliquid: ꝛ tñ pro eodem instanti potuerit nō esse diuisim nō simul cū esse. ¶ Ad septimū dico q̄ ratio est bona probat q̄ nec in primo instāti nec i alio potuit angelus peccare. Tunc dico q̄ multe actiones creaturarum sunt in instāti sicut patet de visione de illuminatione de generatiōe ēm id quod est. Quādo dicis esset infinita virtus. Dico q̄ illa regula Aristotelis non tenet nisi de illis que possunt fieri i maiori vel minori tēpore sicut est motus. Et bene verū est q̄ virtus mouens in instāti vel potēs mouere si motus hoc pateretur est infinita. ¶ Ad octauum dico q̄ angelus potuit peccare omittēdo iusticiam que sibi debuit inesse vel potuit vel etiā faciendo cōtra ipsam licet nunq̄ habuisset eā. Nec oportet q̄ omne peccatū aliquid adiuuat de bono qđ actualiter insit ſ sufficit q̄ de bono possibili vt debito in esse. ¶ Ad Anselmū diceretur q̄ Anselmus fingit ibi ꝛ imaginatur vnū angelum qui haberet nudam essentiam sine voluntate vel sine affectione cōmodi ꝛ iusti quas forte posuit in voluntate sicut species in intellectu ꝛ de tali dicit q̄ primū actū volendi nō posset habere a se immo nec aliquē aliū. Sed dico q̄ necessarium est primū voluntatis habere angelū a se si actus ille sit imputabilis: et q̄ talē potuit habere. Quādo dicitur. Aut habet talem actum volens aut nolens. Dico q̄ volens sed nō alio actu q̄ isto: ꝛ ideo nō est processus in infinitū sed iste est primus. ¶ Nota q̄ prima solutio nō videtur ad intentionē Anselmi quia pari ratiōe nec haberet aliquē actum a se angelus ipse nisi intelligatur per primū actum volūtas ipsa eo modo quo forma dicitur actus primus. Operatio autem dicitur actus secundus: ꝛ sic verū est q̄ angelus non potest habere primū actum a se sicut nec voluntatē et cōcludit ratio Anselmi: sed tunc alij nichil habent de ꝓposito quare ꝛc. Si autē intelligat Anselmus per primū actum primā volitionez anteq̄ nulla nō video q̄ sit verū nec sua rō valet. ¶ Ad magistrū ꝛ Origenē dico q̄ loquuntur directe contra Manicheum qui ponebat q̄ terminus creationis non solum erat natura angelica: sed etiaz malicia ipsa: et per istū modū angelus nō potuit esse ab initio malus nec fuit q̄z deus nō est causa mali. Et patet q̄ nō est ad propositū. ¶ Ad Hugonē potest dici q̄ fuit illius opinionis sed nō curo. Una ratio tamen ab vno adducitur q̄z voluntas angeli ex se fuit indeterminata ad peccandū vel nō peccandū seu merēdum. ergo simul in eodem instanti nō potuit esse determinata ad alterū istorum. Tūc enim simul in eodem instanti durationis fuisset determinata et indeterminata qđ est contradictio. ¶ Dico q̄ non fuit indeterminata si peccauit in primo instāti: sed determinata fuit ꝛ nunq̄ ēm durationē aliquā indeterminatā: ſz ex se determinaret se sic q̄ pro eodē instāti diuisim potuisset determinasse ad oppositū ꝛ ex se indifferentia volūtas est sic absolute nō determinet si bi alterū: sed vt operās est. hec de secūdo articulo.

Angelꝰ qđo potuit peccare.

Notandū

¶ Quantum ad tertium arti

culum. Primo declarabo de bonitate. Secūdo de malicia. Et primo adhuc de bonitate vie. Et secūdo de bonitate glorie. ¶ De bonitate naturali vel naturē planū est q̄ āgeli fuerūt creati boni. De bonitate gratie gratū facientis nō puto q̄ fuerit creati boni. Nec in gratia sicut videtur dicere Augustinus sup Genesim ad litteram vbi dicit q̄ angelica natura prius fuit facta tenebrosa ꝛ postea cōuersa est ad lucem ꝛ facta est lucida per gratiam. Similiter etiā hoc dicit beat⁹ Gregorius sup illud Ezechielis. Omnis lapis pciosus operimētum tuum. vbi dicit q̄ lucifer nunq̄ habuit caritatē nec gratiam. Nec valet cōtra hoc dictū Augustini. 12. de ciuitate dei q̄ deus simul erat condēs naturā ꝛ largiens gratiā q̄z nō est intelligēdum de gratia gratum faciente: sed de gratia aliqua gratis data puta de aliquo habitu vel specie qua deū cognouerūt distincte super naturaliter correspondēte fidei habitu i nobis vel huiusmodi. ¶ De bonitate glorie dico q̄ nō fuerūt creati boni. Tūc ēm nullus vnq̄ decidisset vel peccasset qđ est falsum. ¶ Dico igit q̄tum ad bonos q̄ tres more fuerūt i eis. ¶ Prima fuit in qua substiterūt in suis naturalibus cū illo habitu sibi concreato ꝛ in ista oēs fuerunt equales. ¶ Secūda mora fuit in qua boni cōuerterunt se ad deū per suum actum naturalem diligēdi ipm quifuit eis meritū de cōgruo ꝛ in eodem infusa est eis gratia cum qua diligēdo deū caritatiue meruerunt de condigno ꝛ pstiterūt in gratia ista. ¶ Tertia mora fuit in qua sunt beati ꝛ premiati fuerunt. Ex quo apparet q̄ premium in eis nō precessit meritum: sed meritū precessit ipsum premiuz ꝛ q̄ etiā multum potuerūt mereri: licet in modica mora propter perfectionē et intēsionem actus sui. ¶ Tunc de malicia dico q̄ angeli nō fuerūt creati mali ēm Magistrū ꝛ auctoritates quas ponit i tertia distinctione. Et tūc dico q̄ habuerūt mali angeli primā moram ꝓmunē cū bonis. ¶ Secūdam habuerunt in qua auerterunt se p peccatū ꝛ in ipso perstiterūt ꝛ bonos tēptauerūt. ¶ Tertiam in qua fuerūt miseri ꝛ puniti propter peccatum suū sicut boni in tertia mora facti fuerunt beati. Sic de facto. De possibili tñ puto q̄ mali in primo instāti potuerunt peccare ꝛ puniri: ꝛ etiam boni in primo instāti mereri et premiari a deo vel beatificari. Licet contra hoc arguat vn⁹ doctor q̄ nō stent simul meritū ꝛ ꝑmiū q̄z nō mereā aliq̄s nisi gra iperfecta. glia aūt est gra pfecta. Sed impossibile est q̄ simul eadē gra sit perfecta ꝛ imperfecta. ꝫ ꝛc. ¶ Scdo arguit alius doctor subtilis quādo meretur aliquis potest nō mereri vel nō elicere actum: sed quādo est beatus non potest nō elicere actū nec peccare. Sed impossibile q̄ idem simul possit nō elicere ꝛ non possit nō elicere. ꝫ ꝛc. ¶ Hoc cōfirmatur p Anselmum qui dicit q̄ si volūtas sic accipiat a deo velle q̄ nō possit nōvelle: neq̄ iusta neq̄ iniusta est/ id est neq̄ mereā neq̄ demeretur. Sed beatus sic accipit a deo volitionē q̄ non potest nō velle: ita q̄ non elicit actum contingēter sed necessario. ꝫ ꝛc. ¶ Item via ꝛ terminus nō sunt simul. Sed meritū est via. ergo non stat cum gloria ista non videtur michi concludere. Christus ēm ab instāti sue conceptionis sicut dicā in tertio meruit vitā eternam licet haberet ipsam: ideo nō video q̄ meritum ꝛ premium repugnēt stare simul. Similiter etiā quia meritū ꝛ pena possunt stare simul videtur. Unde si angeli potuerūt peccare in primo instāti nullum est inconueniens q̄ in eodē instanti potuerunt puniri. ꝫ similiter de merito ꝛ premio.

August.

Brego.

Anselmi cōfirmatio.

¶ Ad primuz aliorum dico q̄

nō oportet mereri gra min⁹ pfecta q̄ sit glia data q̄ gra ꝛ glia sint idē. Nō ēm hoc necessariū absolute ſz cōiter hoc ptingat. Preterea aliqs absolute loquēdo posset mereri sine gratia; sicut dictū est in primo ꝛ puto q̄ beatificari. ¶ Ad secūdū dico q̄ licet merens de lege cōmuni potest non velle vel peccare. hoc tñ non est necessariū: quia deus aliter potest acceptare. Et patet de christo q̄ meruit aliqua ꝛ tñ nō poterat peccare. Patet etiā de beatis angelis qui ministrando hominibus merentur aliquod premiū saltē accidētale: ꝛ tñ non possunt peccare. ¶ Ad tertium de Anselmo dico q̄ sivolūtas haberet suum velle a deo sic q̄ nō eliceret ipsum: ſz pure passiue. Ita q̄ nō posset nōvelle eo modo quo in potestate pure passiui nō est pati vel non pati q̄ volūtas nō meretur. Sic autē non est in proposito quare ꝛc. ¶ Ad quartū dico q̄ via ꝛ termin⁹ in talibus bene stant simul eo modo quo meritū est ꝛ via sicut etiam meritū augmenti caritatis et augmētū qđ est terminus stant simul ēm durationē licet vnū sit prius alio natura sicut in proposito. Hec de tertio articulo.

¶ Ad primū principale respō

sum est q̄ angelus peccauit nullo modo erroze precedēte in ratione. ¶ Ad secundum q̄ in perpetuis cuius modi sunt angeli potest esse error ꝛ peccatū quicquid sup hoc senserit Aristoteles quia nō sunt puri actus quare ꝛc. ¶ Ad tertium q̄ in nullo nisi in solo deo idem est qđ quid est cum eo cuius est: q̄ solum tale est separatum a materia: id est a natura cōtrahibili per differētiam individualem ꝛ est purus actus ꝛ per essentiam suā rectitudo nec per cōsequēs peccare potest. Similiter i ipso idem est intelligens ꝛ primū intellectum ꝛ intellectio eius est sua substātia ꝛ sua volitio ꝛ in nullo alio isto modo ideo ꝛc. ¶ Ad quartum dico q̄ illa maior veritatē habet in nobis loquendo de vicijs et virtutibus adquisitis nam de virtutibus infusis in angelis nō habet locum.

¶ Distinctionis sexte.

¶ Questio vnica.

¶ Circa distinctionē

sextam. Quero vnā questionē vtrū angelus peccando appeterit diuinā equalitatē. videtur q̄ nō. Angelus non appetijt illud qđ impossibile est appeti. Sed equalitas creature cū deo non potest appeti: quia nō potest intelligi nec est intelligibilis: quia includit cōtradictoria creaturam ſz nō esse creaturaz ꝛ deum nō esse deū. ꝫ ꝛc. ¶ Secūdo angelus nō peccauit in appetēdo illud qđ simpliciter est bonū. Sz esse equalem deo est simpliciter bonū: q̄ filius dei nō rapinam arbitratus est esse equalem deo ad philippē. 2. ꝫ ꝛc. ¶ Tertio sic ēm Augustinū. Adam quia mēte preditus erat nō est credēdū q̄ voluerit

deus esse. ℨ multo fortius nō est credēdum hoc de angelo qui magis erat mēte preditus. Sed impossibile est esse equalē deo nisi equalis deo sit deus. ℨ ꝛc. ¶ Quarto sic. Ratione existēte nō recta volūtas nō potest esse recta. ℨ similiter ratione existēte recta voluntas nō pōt nō esse recta. Sed in angelo anteꝯ peccaret fuit ratio recta quia non peccauit ex erroꝛe ꝛ per consequēs reputauit impossibile esse se equalem deo igitur voluntas etiā fuit recta ꝯtum ad hoc ꝙ istud non appetijt.

¶ Contra videtur esse illud.

Ysaye. 14. Vbi dicitur de rege tyꝛi in ꝑsona dyaboli. Ascēdam in celū ꝛ ero similis altissimo. Et similiter Hieronymus sup illud psal. Que non rapui tūc exsoluebā. dicit Rapuit enī Adam ꝛ Eua ꝓsumēs vt dyabolus de diuinitate ꝛ qꝛ rapuerūt diuinitatem perdiderunt felicitatem. Et Augustinus de questionibus noui ꝛ veteris testamēti dicit de dyabolo ꝙ elatione inflatus voluit esse deus.

Ysaye. 14. Hiero.

August.

¶ In ista questione sic ꝓceedam.

¶ Primo inquirā de possibili. Vtrum angelus potuit peccare appetēdo diuinam equalitatē. ¶ Secundo inquiram quid de facto appetiuit. ¶ Tertio an primum peccatum angeli fuerit sup bia vel aliquid aliud.

¶ Quātum ad primū est vna opinio ꝙ angelus nō potuit appetere vel velle diuinam equalitatē nec sic per consequēs potuit peccare. Ad hoc adducūtur rationes alique.

¶ Prima est ista. Angelus peccauit ex electione: sed electio nō est impossibilium. 3. ethicorum. Cum ℨ hoc sit impossibile ꝛ implicās cōtradictionē nec elegit istud nec potuit eligere vel velle quia nō est eligibile nec bonū. ¶ Secūda ratio est ista. Angelus nō potest appetere illud ad qđ de necessitate sequitur angelum nō esse angelum sicut nō potest directe et per se appetere nō esse ēm Augustinum. 3. de libero arbitrio. Sed hoc sequitur ad esse equalem deo. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Licet homo possit desiderare qđ non potest habere. nō tamen qđ nō potest cogitare vel estimare. Sed esse equalem deo creaturā nō potest estimari nec cogitari ab angelo ēm Anselmū de casu dyaboli. 4. ca. vbi dicit de equalitate dei. Quomodo inquit potuit dyabolus velle qđ nō potuit cogitare quasi diceret nullo modo. ℨ ꝛc.

Anſel.

¶ Ad hoc videꝫ facere auctoritas Augustini superius adducta de Adam ꝑdito mēre. Dicunt igitur isti ꝙ angelus per se ꝛ directe nō potuit appetere diuinā equalitatē accipiendo diuinā equalitatē ꝓprie: sed accipiendo diuinam equalitatē ꝓ aliqua similitudine ad deū sic potuit appetere ꝛ appetijt diuinā equalitatem: qꝛ qđ haberet suā beatitudinē ꝛ cōsequeretur eam ex suis naturalibus: et in hoc assimilaretur deo qui ex natura sua non dono alicuꝰ vel gratia est beatus. ¶ Sed cōtra istā opinionē videtur michi aliter dicēdum ꝯtum ad istuꝫ articulū ꝙ scilicet angelus potuit appetere sibi et velle diuinā equalitatē per se ꝛ directe. Qđ ꝓbo

¶ Primo sic. Oīne bonū simpliciter potest appeti a voluntate cuicūq; in esse ꝛ hoc siue possit sibi in esse siue nō possit in esse per abusuꝫ volūtatis. Sed equalitas dei est quoddā bonum verū ꝛ simpliciter

Alioquin nō vellet hoc vna diuina ꝑsona alteri. ℨ potest appeti inesse cuicūq; recte vel nō recte sicut ꝑsonis diuinis quibus potest cōuenire ꝛ inesse ꝛ aliꝭ saltem abusiue ꝛ non recte. ¶ Secundo sic. Si angelus non posset eam velle hoc non videretur nisi quia est sibi impossibilis. Sed hoc non obstat quia ēm philosophum tertio ethicorum volūtas est impossibilium. ℨ ꝛc. Item secūdo rethorice dicitur ꝙ qui odit aliquid vult ipsum nō esse (saltez ei nō esse bene. sed dānati odiunt deum. ℨ volūt ipsum nō esse vel nō bene esse: sed hoc est impossibile igitur nō obstante impossibilitate huius qđ est angelum esse equalem deo voluntas angeli peccando potest illud velle. ¶ Tertio sic. Omne illud qđ per se ꝛ directe est intelligibile ꝙ se ꝛ directe est appetibile vel volibile cuicunq; apprehēso: quia sicut intellectus absolute loquēdo potest hoc cōponere cū illo. Ita volūtas pōt hoc velle vel appetere. Alioquin intellectus ꝛ voluntas nō essent equales: nec seinuicē caperēt contra Augustinū. 10. de trinitate. Sed equalitas diuina per se ꝛ directe est intelligibilis vt patet. ℨ angelo appetibilis ꝛ angelꝰ absolute pōt eā sibi velle. Vltimo videꝫ ꝙ ista opmo ꝑmissa q̄ dicit ꝙ hoc est ipossibile ꝺ dicit sibi ipi. dicit enī ꝙ angelꝰ appetiuit indirecte diuinā equalitatē ꝑ tāto qꝛ appetiuit. s. beatitudinē ex naturalibus suis. ¶ Tūc arguo. Angelū ꝓsequi suā btitudinez per sua naturalia potest intelligi dupliciter. Vno modo effectiue sic ꝙ possit seipsum ex suis naturalibus principijs effectiue beatificare sicut grue seipsum mouere sicut etiā deus pōt ipsum beatificare ꝛ hoc est impossibile: nec hoc deus posset facere. Nam ad hoc saltem requiritur obiectiō obiecti beatifici qđ est diuina essentia q̄ depēdet mere ex libertate volūtatis diuine. Cū ergo angelus nō potuerit vel possit appetere ipossibile nec istud potuit appetere. ¶ Alio modo pōt hoc itelligi ꝙ ex suis naturalibꝰ appetat sufficienter dispositus ad recipiendū beatitudinē a deo beatificāte. Tūc ꝛo de isto aut hoc est possibile aut ipossibile. Si ipossibile nō potuit hoc appetere sicut dicit ratio eozū: ꝛ sic nō peccauit in hoc: nec istud appetijt qđ est ꝓtra eos. Si possibile fuit contra quia ēm ipsum in primo distinctione. 17. Anima non potest beatificari nisi mediāte dispositiōe super naturali que est gratia gratum faciens: qua anima formaliter est grata ꝛ accepta ad vitā eternam sicut per albedinē aliquid est formaliter albū ꝛ pari ratiōe nec angelus potest beatificari sic ꝙ ex suis naturalibus sit sufficienter dispositus ad beatitudinē. igitur hoc est impossibile: ꝛ sic nō est appetibile ab angelo qđ est cōtra eos. ¶ Tertio mō potest intelligi ꝓsequi beatitudinē vl̄ habere ex naturalibus ꝓ tāto: quia sua beatitudo esset sua natura sicut dei ꝛ hoc est impossibile quia hoc est esse deū ꝛ sic iterum illud non potuit appetere nec appetiuit quare ꝛc. ¶ Dico igitur ꝙ cum sit duplex amoꝛ vnus amicitie qui est respectu illius cui aliquod bonū vult ꝛ ꝓpter ipsum illud aliud diligitur. Alius autē est cōcupiscētie qui est respectu illius qđ alteri diligitur ꝛ ipsum ꝓpter alterū diligitur/ ꝛ quicquid potest diligi amoꝛe amicitie ab aliquo potest sibi cōcupisci quodcūq; aliud bonū cōcupiscibile ordinate vel inordinate seu abusiue si nō potest sibi conuenire vel nō possit ipsum habere ꝛ angelus in primo peccato

Angelū consequi suā beatitudinem duplicit itelligit.

Amoꝛ duplex.

potuerit se diligere amoꝛe amicitieꝛ de ordiate potuit sibi ipsi cōcupiscere quodcūq; aliud bonū: puta diuinam equalitatē dato ꝙ nō posset sibi inesse et hoc actu voluntatis peccātis ꝛ etiam abutētis.

Actꝰ voluntatis duplex.

¶ Est tamen aduertendū ꝙ actus voluntatis duplex est. Vnus est qui est velle simplicis cōplacētie quo quidē aliquis bene vult aliquid et cōplacet in illo. nō tamen habet spem cōsequēdi ipsum nec prosequitur vt habeat ipsum nec nititur ad habendum. Alius est actus qui est velle efficax quo aliquis efficaciter vult aliquid prosequēdo ipsum ꝛ sperādo ꝙ ipsum possit habere ꝛ cū nisu habēdi ipsum in re et in effectu. In primo actu voluntatis potest peccatū consistere: dato ꝙ sit cōplacentia simplex quia talis potest esse ꝛ est cōmuniter inordinata loquendo de actu primo voluntatis. ¶ Dico ꝙ angelus potuit sibi appetere diuinā equalitatē: licet reputaret sibi eam impossibilē sicut etiam potest velle esse in celo ꝛ habere felicitatē: licet de hoc sit desperatꝰ Et loquēdo de isto actu. dico ꝙ volūtas est frequēter et esse potest impossibiliū. Sed loquēdo de alio actu nō puto ꝙ potuerit appetere diuinā equalitatem intēdendo ad hoc ꝛ prosequēdo vel volēdo efficaciter prosequi ꝙ esset deus: qꝛ bene sciuit istud esse impossibile sibi. Et loquendo de isto actu dico ꝙ voluntas nō est ipossibilium sicut nec electio: qꝛ ad talem actum electio pertinet vt videtur.

Electio quot modis capit.

¶ Ad primuꝫ aliozum dico ꝙ

electio capitur. Vno modo pro actu voluntatis seqūte actum certe noticie circa idem obiectus. Et isto modo accipitur quādo dicitur quis peccare ex electione nō ex erroꝛe vel passione quādo peccat ex certa scientia. Et isto modo dico ꝙ electio pōt esse impossibilium vel impossibilis illi cui appetit vel eligitur ꝛ quozūcunq; intelligibilium. Alio modo accipitur electio ꝓprie a philosopho. 3. ethicoꝝ pro actu voluntatis sequēte actū simili practici de agibili vel volibili in ordine ad finē qđ quidē semper subiacet voluntati seu potestati eligētis aliquo modo vel per se vel ꝑ alium: ꝛ isto modo electio nō est impossibilium iudicatoꝝ sicut iā patet ex prędictis. Tum qꝛ eligibile isto modo semp est in potestate eligētis: Tum quia nō est nisi rei ordinabilis in finē. Sed si angelus appetisset equalitatē diuinam nō peccasset ex electione accepta isto modo sed primo modo. ¶ Ad secūdum dico ꝙ aliquid ꝑ se ꝛ directe potest velle vel appetere suum nō esse: licet nō primo ēm Augustinū: sed appetēdo aliud esse. ¶ Preterea dico ꝙ angelum nō esse angelum sequitur ad angelū esse deum per consequētiam tenētem per locū extrinsecum per locū scz a disparatis. Modo ita est ꝙ quādo aliquid sequitur ad aliquod antecedēs per locū extrinsecū potest aliquis velle antecedēs non volēdo consequēs sicut aliqs potest velle habere redditus ecclesie ꝛ dominiū super monachos dato ꝙ nō velit esse abbas nec monachus: ꝛ tñ ad hoc sequitur illud: licet ergo angelus nō posset appetere suū nō esse tñ bene esse equalem deo potuit appetere. Aliter diceretur ꝙ ad esse equalē deo non sequitur simpliciter nō esse: ſz tāmen nō esse tale puta angelum et ponitur nobilius esse. Ideo illud appeti potest. ¶ Ad tertium quando dicis ꝙ angelus ante peccatū nō potuit estimare cū assensu istam cōplexionē esse se equalē deo vl̄ foze: licet simpliciter ꝛ absolute intellectus potuisset formare talem cōplexionē non assentiendo sibi quia si assensisset sibi errasset ꝛ consequēter ad complexionē formatam voluntas potuit hoc velle voluntate absolute nō electione proprie dicta sicut intēdit Anselmus. ¶ Aliter dicitur ꝙ ad volēdum aliquā propositionē vel aliquod cōplexum nō oportet ꝙ intellectus estimet illud formādo talem complexionē: sed sufficit p̄sentatio extremoꝝ talis cōplexionis i intellectu. Voluntas enī potest cōferre vnum extremū alteri ꝛ velle vnū in esse alteri: qꝛ est potētia collatiua sicut patet in actu vtendi quo vult vnū propter alterum. Nam ēm Augustinum primo de doctrina christiana vti est id qđ in vsum venerit referre ad id quo fruendū est: ꝛio dico ꝙ intellectu ostendēte angelū ꝛ equalitatē volūtas potest velle vnū inesse alteri. Dato ꝙ intellectus non estimet vel iudicet talez complexionem nec formet ipsam cōparando vnū extremum ad aliud sicut dicit Damascenus ꝙ possumus appetere ꝙ nūq; moriamur. ¶ Ad Augustinū de Adā mēte preditoꝛ angelo. Dico ꝙ nō est putandum ꝙ ex electiōe prōprie dicta voluerit esse deus nec similiter angelus volitione efficaci. Nec erroꝛe: quia putauerunt se posse esse deum sed quin fuerit possibile modo prędicto non intendit Augustinus. Hec de primo articulo.

¶ Quantum ad secūdum articuluꝫ. Quid de facto appetierit angelus malus in primo peccato suo dubium est.

Quid Angelꝰ malus in suo ꝑmo pctō appetierit.

Nam alique auctoritates sunt ille que adducte sunt ad oppositum questionis videtur dicere expresse ꝙ appetyt diuinā equalitatē. Si autē appetijt diuinam equalitatē hoc non fuit ex electione sicut dictum est supra. Alij doctoꝛes sicut Anselmus videtur dicere ꝙ nō appetijt diuinā equalitatē directe ꝛ per se ꝛ immediate sed aliqđ aliud. Quid fuerit autē illud aliud videꝫ dicere Anselmus de casu dyaboli. ca. 4. Dicit enī ꝙ appetijt esse regula sue voluntatis et esse sui iuris nō subiectꝰ alicui legi. Vnde ꝛ ex hoc aliquo modo indirecte appetijt equalitatez dei cuius solius istud est proprium. immo qđ plus est interpta tiue plus appetijt ꝯ equalitatez dei: quia appetijt esse maioꝛ deo: quia qui voluntati alterius vult resistere vult esse maioꝛ eo. Sic autē voluit angelus peccās respectu dei quare ꝛc. Propter quod dicit Anselmus ibidē. Non solū voluit esse equalis deo qui presumpsit habere proprią voluntatē sed etiaz maioꝛ voluit esse volēdo qđ deus ipsum velle nolebat. ¶ Dicūt igitur ꝙ angelus ille sicut ꝛ oēs alij acceperāt legem subiectionis ad deum ꝛ ad diuinā voluntatē vt per illius obseruātiam cōsequerētur suā perfectionē scz beatitudinē quā quidē obseruātiam recusauit volēdo beatitudinē cōsequi sine ipsa ꝛ ideo voluit qđ deus noluit ipsum velle ꝛ peccauit. ¶ Aliter dicitur ꝙ angelus seipsum prīo peccato inordinate dilexit amoze amicitie fruendo seipso ꝛ cōsequēter voluit beatitudinē perfectionem suā amoze cōmodi ꝛ cōcupiscētie propter seipsū finaliter nō referēdo hoc in vltimū finē et ī deū et sic appetitus eius nō fuit regulatus amoze iusti ſz cōmodi ꝛ principaliter ferebatur circa seipsum: et sic primo inordinate diligēdo seipsum ꝛ fruendo peccauit. hec videtur sententia Augustini de ciuitatę

Anſelmi opi.

dei vbi dicit q̄ duo amores fecerunt duas ciuitates: ꝛ q̄ inordinatus amor sui fecit: ꝛ fundauit ciuitatem diaboli. Quod autē horum sit verius: nescio nec multum curo melior iudiciō relinquatur. Hec de secundo articulo.

¶ Quātum ad tertium arti/

Pctm̄ p̄mū angele quale fuit.

culum/ Vtrū ses primū peccatus angeli fuerit superbia: vel aliquid aliud. Est opinio multorū: q̄ pctm̄ primū angeli fuit superbia: que est distinctū peccatū ꝛ speciale inter septem capitalia. ¶ Ad hoc adducūtur multe rationes. Prima est ista. Primū peccatus angeli fuit appetere aliquod spirituale bonū non subdendo se legi diuine: ꝛ legi sui superioris ꝑm Anselmus supra. Hoc aūt est peccatum scientie. s. non velle subdere se suo superiori: ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic. Velle videre deum/ ꝛ amare non est peccatū nisi appetat aliquis: q̄ habeat proprijs viribus/ vt vt excellat sup alios. Cū ergo angelus primo pctō peccauerit appetēdo btitudinē: q̄ ꝓsistit i illis duobus non peccauit: nisi altero illorum duorū modorum volendo beatitudinem sed vterq; illorum modorū ad superbiam pertinet vt patet ꝛ specialiter de appetitu p̄prie excellētie ꝑm Augustinū. 12. de ciuitate. ca. 7. vbi dicit sic. Pessimo male voluntatis initium q̄d potuit esse nisi superbia. Initium em̄ omnis peccati superbia ecclesiastici primo. ¶ Hoc idē dicit de peccato angeli. 11. de ciui. c. 13. ꝛ. 15. ꝛ. 14. de ciuitate. ca. 13. in principio eandē sententiam ꝛ verba repetit. ¶ Tertia ratio velle finē est primum in omnibus creatis adquirēdis. Sed in omnibus talibus finis est vt volēs aliquā excellētiam cōsequatur maxime in his que nō sunt sensibilia. ḡ sic angelus inordinate primo appetijt ꝓsequi excellētiam. ¶ Quarta ratio. Omne bonū vel est honestus vel vtile vel delectabile. ḡ. ethicorū. Sed nō peccauit nisi appetēdo bonum nō vtile: quia vtile nō est appetibile primū: sed magis illud ad q̄d est sicut ad finē nec delectabile quia angelus appetitū sensitiuū nō habet. ḡ appetēdo bonū honestū indebite. ḡ superbia est primū peccatū suū. ¶ Quinta ratio est q̄ superbia dicit quādo aliquis per suā voluntatē tēdit supra id q̄d est. Sz angelus nimis ambiendo sic fecit. ḡ ꝛc. ¶ Dicūt igitur isti q̄ primū peccatū angeli fuit superbia: non tm̄ superbia cōiter accepta q̄ est inobedientia quedā mandatorum dei offerendo se inordinate cōtra quodlibet mādatū vel aliquod quia talis superbia est in omni peccato mortali: sz accipiēdo proprie pro peccato speciali distincto cōtra alia pro appetitu inordinato proprie excellētie in gradu ꝛ honore vel dignitate.

Augu.

Scoti opinio.

¶ Alia opinio imponitur cui/

dam doctori q̄ primū peccatū angeli non fuit superbia. Sed si debeat reduci ad aliquod peccatū de septem capitalibus magis debet reduci ad luxuriaz qui est inordinatus amor sui amoris amicitie ꝛ alicuius boni delectabilis propter seipsum amore cōcupiscentie cōsequētis ad talem amorem sui inordinatū q̄d non fuerit superbia q̄e est speciale peccatū. ¶ Unde ibi. Nota q̄ iste doctor Scotus sez cui imponit ista opinio nō dicit sicut illi imponunt sibi. Sed dicit q̄ primū peccatū angeli cum fuerit peccatum cōmissionis fuit in aliquo actu positiuo.

Actꝰ positiuꝰ vo

¶ Actus autem positiuus voluntatis duplex est. Unus qui dicitur velle et alius qui dicitur nolle. Actus volēdi qui est amor ipse actualis duplex est Unus est amor amicitie ꝛ alius est amor concupiscētie. Addo dicit q̄ sicut in velle et nolle ordinatis velle est prius q̄ nolle: quia aliquis nō refugit discōueniens per actum nolendi nisi quia vult bonū ꝛ cōueniens per actū volēdi. Et similiter amor amicitie vel velle prius est q̄ velle vel amor concupiscētie. Nam prius aliquid in se diligitur q̄ aliq̄d aliud sibi diligatur. Ita q̄ prius est velle amicitie q̄ concupiscētie. Sic est in actibus deordinatis q̄ deordinatū nolle precedit deordinatū velle. Si em̄ velle precedēs esset ordinatū cū nolle sequatur ꝑm mēsuram ꝛ modum illius velle: nolle etiā esset ordinatum. Similiter ꝛ velle amicitie deordinatum est prius q̄ velle cōcupiscētie. ¶ Da em̄ q̄ velle amicitie q̄ est prius sit ordinatum consequenter ꝛ velle cōcupiscētie sequēs ipsum. Ex his dicit vltra q̄ primū peccatū angeli nō potuit cōsistere in aliquo nolle deordinato. ¶ Secūdo q̄ nō potuit consistere in velle cōcupiscētie deordinato per eandem rationē: ꝛ ideo consistebat in velle amicitie deordinato non dei nec alicuius alterius a se. ḡ in amore sui deordinato fruendo quasi seipso. Et istud primum peccatū reduxit ad superbiam largo modo dictam q̄ nō est appetitus alicuius excellētie sed est complacētia in seipso qua cōplacuit sibi inordinate diligēdo et volendo se esse aliquid maius q̄ esset appetēdo magnitudinē sui in seipso nō vt alijs cōparataz ꝑm excessum vel excellētiam eo modo quo placens sibi ipsi dicitur superbus ꝛ talis superbia vocatur presumptio ab Augustino. ¶ Primū ergo peccatum fuit amor amicitie respectu sui. ¶ Secūdum peccatū fuit amor concupiscētie quo inordinate cōcupuit sibi aliquod bonū. Puta beatitudinem de quo dicit q̄ si ad aliquod septem capitalium reduci tur magis ad luxuriam q̄ ad aliquod aliud q̄ primo appetiuit sibi amore cōcupiscētie beatitudinē inq̄tum donū in se ꝛ delectabilis nō autem inq̄tū excellēs vel huiusmodi. Tum q̄ beatitudo est summum cōmodum appetibile volenti ꝛ vt delectabilis ꝑm affectionem cōmodi ꝑm quā volebat malus angelus relicta affectione iusti in ordinate volēdo Tum q̄ sicut appetitus quilibet sensitiuus summe appetit delectabile ꝑm illum sensum quē consequitur ꝛ delectationē. Sic appetitus intellectiuus ꝑm affectionem cōmodi primo ꝛ summo amore concupiscētie appetit summū delectabile ꝑm intellectuz q̄d est beatitudo ipsa. Tum q̄ si ipsa delectatio sola esset adhuc a tali appetitu appeteretur ꝛ nichil aliud appetitur sine ea. Patet cū tristicia nihil appetitur quia tristicia est de his que nobis nolētib⁹ accidunt. ¶ Et ita primo appetitus angeli amore cōcupiscentie appetiuit delectationē vel beatitudinem inq̄tum delectabilis inordinate: q̄ vel perfectiorem ꝛ maiorē beatitudinē q̄ sibi cōpeteret vel aliquo alio modo q̄ sibi cōpeteret ꝛ q̄ deus vellet ꝛ peccauit magis cōformiter ad luxuriam q̄ ad superbiam: licet proprie loquēdo non fuerit luxuria: quia tale peccatū cōsistit in actibus carnis. ¶ Si dicatur q̄ omne peccatū proprie vel est superbia vel aliquod de septē capitalibus ꝛ iste amor beatitudinis proprie nō est luxuria nec aliquod aliorū a superbia. ḡ proprie est superbia. Dicūt q̄ siue peccata distinguant per habitus naturales q̄bus opponitur

luntatis dup. Et actus volendi.

Primū peccatuz Secūdū

Beatitudo quid.

Questio Vnica. fo.XLVIII.

siue per decem precepta que trāsgrediuntur ille septenarius nō videtur sufficiens ad omne peccatuz proprie dictū: quia si primo distinguātur desperatio non cadit nec infidelitas sub eis sicut nec fides vel spes sub habitibus oppositis. Si secūdo modo tūc non sufficiunt septem sed debēt esse decē: sicut precepta. Sic dicit iste doctor. ¶ Q; autē nō fuerit superbia ꝓbatur sic. Immoderatius amor sui non est superbia: sed magis immoderatus amor peruerse excellētie ꝑm Augustinū. Sed angelus primo peccato peccauit immoderato amore sui: vt probatur multipliciter. Tum q̄ hoc dicit Augustinus. 14. de ciuitate dei. ca. 6. ꝛ ca. vlti. ꝛ ca. 13. videt expresse ponere primū peccatū angeli ꝛ hominis esse placētiam sui. Vide ibi circa mediū capituli q̄ immoderatus amor sui fecit ciuitatē diaboli: nec fuit ibi primū contēptus dei sed amor sui q̄ cōtēptus dei nō est nisi nolle deū vel despicere. Non autē despicitur nisi quia prius aliquid aliud amatur. Tum q̄ nō peccauit nimis amādo deū nec aliquid aliud q̄ nichil aliud fuit sibi maius bonū ꝛ plus etiā naturaliter diligit seipsum q̄ quodcūq; aliud creatū q̄ tūcūq; esset maius bonū. ḡ amando seipsum. Tum quia amicabilia que ad alterū veniunt ex his q̄ ad seipsum. 9. ethicorū. igitur si dilexerit aliquid inordinate probabile est q̄ seipsum. Tum q̄ velle amicitie ad seipsum est prius q̄ velle cōcupiscētie diligēdo aliquid aliud propter seipsum: igit sicut amore ordinato ꝑm iusticiā prius est ꝓm amare ordinate q̄ aliquid sibi amare. Ita in amore peruerso prius est seipm̄ inordinate diligere q̄ aliq̄d aliud sibi inordinate diligere. Tum quia nullū aliud ita efficaciter mouit intellectū eius sicut sua substātia vel ipsemet sibi p̄sens per suā essentiā. Hec est probabile etiam q̄ affectū. ¶ Secūda ratio principalis est ista. Superbia est appetitus excellentie sup alios. Sed appetitus primus angeli inordinatus non fuit appetitus excellentie vel amor sed magis amor sui vt videtur: q̄ prius aliquid inordinate diligitur in seipso q̄ in cōparatione ad alterū vel vt excellat alijs. ḡ ꝛc. ¶ Tertia ratio. Appetit⁹ sum mi cōmodi ꝛ delectabilis: vt delectabile est non est superbia. Sed si angelus primo peccauit appetendo beatitudinē sicut dicūt alij peccauit appetēdo summū cōmodum vel affectiōe cōmodi ꝛ boni delectabilis vt delectabile est in seipso: nō autem vt excellēs sup alia quare ꝛc. ¶ Quarta ratio est. Superbia est in irascibili quia respicit arduum ꝑm q̄ huiusmodi. Sed nullus actus irascibilis est primus: quia passiones irascibiles oriuntur ex passionibus cōcupiscibilis: ḡ ꝛc. ¶ Quinta ratio: q̄ peccatuz primū angeli fuit grauissimū. Sed superbia non est grauissimū peccatum. ḡ ꝛc. ¶ Ista ratio parū valet: quia etiā nec luxuria vel aliquid reductū ad luxuriam multo minus est grauissimū peccatū precise sic accipiendo. ¶ Ad idez videt esse auctoritas apostoli ad Tymotheum. 6. q̄ radix omniū malorum est cupiditas: sed radix et principium idē. Cupiditas nō est superbia. ḡ ꝛc. Dicūt ergo q̄ licet primū peccatum angeli nō fuerit luxuria peccatū carnis vel circa carnalia: tm̄ si ad aliquod peccatum debet reduci. Ita q̄ recte angelus nimis ꝛ inordinate diligēdo seipsum ꝛ delectando in amore sui et p̄ consequēs volēdo beatitudinem nō vt bonū excellens sup bonū aliorū: sed vt delectabile bonū quasi carnaliter sapiebat in seipso sicut ꝑsona delectans in seipsa carnaliter ꝛ inordinate dicit peccare peccato luxurie sicut suo modo in persona extrinseca. Dicūt ergo q̄ prima deformitas sua fuit inordinatio actus diligēdi seipsum. ¶ Secūdo dicunt bene q̄ cōmitāter ibi fuit superbia q̄ appetiuit sup excellere alios inordinate. Ego nichil affirmo de istis: quia etiam relinqui sub dubio quid primo appetierit. Et per cōsequēs relinquo sub dubio quali peccato primo peccauerit. Tamē qui vellet tenere istā opinionē posset respondere ad rationes aliorum ꝓbātium q̄ fuerit superbia.

Augustꝰ

Nota.

¶ Ad primuz diceretur q̄ vel/

le nō subdi deo licet bene cōcomitāter fuerit i peccato angeli: nō tm̄ fuit primū peccatū: sed inordinate diligere seipsum. Hec anselmus dicit oppositum expresse. ¶ Ad secūdum diceretur q̄ angelus non peccauit primo volendo beatitudinē: sed inordinate diligēdo seipsum ꝛ si aliquo modo cōsequēter diligēdo beatitudinē: non tm̄ vt proprijs viribus cōsequēdam vel vt excelleret alijs: sed vt delectabile bonū ꝑm affectionem cōmodi. ¶ Ad tertium diceretur q̄ angelus seipsum ex inordinato amore statuit pro fine: ꝛ ita inordinate dilexit seipsum: ꝛ primo nō autem illam excellētiā quā tu ponis. ¶ Ad quartū dico q̄ peccauit volēdo bonū vtile ꝑm seipz tm̄ vt frubile q̄ seipm̄ ordiate fruēdo lz eēt aliq̄d vtile ꝛ referibile in finē ꝑm rei veritatē ꝛ pter peccauit appetēdo bonum delectabile beatitudinem. Nō delectabile ꝑm sensum tactus: sed ꝑm affectionem ꝛ volūtatem. ¶ Ad quintum q̄ licet angelus sic se extulerit non tm̄ ꝑm̄ superbiam primo: sed cōsequēter vt dictū est: ideo non cōcludit. Ad auctoritatem illā q̄ initium omnis peccati superbia. ¶ Dico q̄ conuenienter expon potest q̄ non intelligit de superbia que est peccatū speciale distinctū contra alia sex capitalia: sed potius de superbia cōmuniter dicta que est se efferre cōtra preceptum dei: ꝛ ista inuenitur in omni peccato ꝛ est aliquo modo principium oīs peccati. ¶ Aliter exponerēt alij de alia opinione q̄ intelligit de superbia que est nimia complacētia in seipso: ꝛ nimius amor sui. Eo mō quo aliquis complacēs in seipso ꝛ placēs sibijpsi superbire dicitur. Sicut etiam displicēs sibijpsi ꝛ vilipēdens seipsum humilis reputatur. Et talem superbiā Augustinus vocat presumptionem. 10. de trinitate ꝛ hec nō est superbia speciale peccatū: nec distinctum contra alia nec ad intētionē ipsorum. Sic igit̄ patet de ista questione.

Apostꝰ.

¶ Ad argumēta principalia

¶ Ad primū dico q̄ quicquid sit vtrū fuerit de facto q̄ angelus potuit appetere diuinam equalitatem. Quādo dicis q̄ nō: quia istud non est intelligibile quia includit cōtradictionē. ¶ Dico q̄ sicut patet ex predictis. voluntas potest esse impossibilium et includētium contradictionē ꝛ ad hoc sufficit p̄sentatio simplicium terminorū per intellectū. Hec requiritur q̄ intellectu prius intelligat cōplexionem illā vel formet. ¶ Dico igitur q̄ illud q̄d nullo modo est intelligibile non est appetibile. Sed bene q̄d aliquo modo est intelligibile sicut cōplexio in terminis suis. ¶ Aliter dicitur q̄ licet angelum esse deū vel equalem deo implicet cōtradictionē ꝛ non

stitvnū ꝑ intelligibile: tamen intelligibile est aliquo modo ab angelo formādo talem cōplexionē et potuit eā formare angelus ante peccatū nō assentiendo tali propositioni tanq̄ vere vel possibili qz tunc erraſſet ⁊ etiā absolute postea potuit hocvelle sicut dictū est supra. ¶ Aliter potest dici ſm aliquos q̄ angelus nunq̄ potuit appetere nec appetijt angelum manētem angelū esse deū vel equalē deo ſz angelum fieri deū ⁊ esse deū dimittendo esse angelū ⁊ accipiendo formā dei. ¶ Ad scōm dico q̄ ſi angelus appetijt equalitatē dei peccauit. Tu dicis hoc est simpliciter bonū. ¶ Dico q̄ hoc est verū bonū ⁊ necessariū in quocūq̄ ⁊ cuicūq̄ potest conuenire ⁊ cōuenire nō pōt cuicūq̄ nō ꝓuenit in actu ⁊ ideo peruerſe vult hoc bonus in esse alicui cui actu non inest. Ita q̄ volēdo verum bonū eo modo ⁊ illi cui debet esse volitū ⁊ quomodo debet esse volitū non est pctm: sed alio modo bene. Dices esse similēdeo est finis creature intellectualis. igit̄ appetēdo hoc nō peccauit angelus: dato q̄ hoc appetierit. ¶ Dico q̄ esse simile deo similitudine remota per gloriā non per naturam est finis intellectualis creature.

¶ Ad tertium de adā mente prędito et de angelo dictū est supra. ¶ Ad quartum dico q̄ ratio se habet sicut regula ad voluntatē et ideo ipsa existente nō recta voluntas nō est recta sicut nec regulatum sine regula: sed nō oportet q̄ ecōuerso ratiōe existēte recta sit voluntas recta potest em̄ regula manere ⁊ esse recta sine regulato. Et dato q̄ regulatum nō sit rectū: quia habet obliquitatē aliūde. ¶ Aliter dicitur q̄ ratio recta dupliciter pōt accipi. vno modo pro noticia conformi ad obiectum precise: sicut est scientia libri ethicorū q̄tum ad vera que ibi cōtinētur. Et de ista dicitur q̄ ista stante recta voluntas potest in oppositū ⁊ esse nō recta ſm articulos in p̄dēti questione allegatos. Alio modo potest accipi ratio recta prout loquitur de ea Aristoteles. 6. ethicorum ſm q̄ est actus virtutis intellectualis quo est prudētia habens conformitatē non solum ad obiectū sed etiam ad appetitū rectum sicut ad regulam suam ⁊ principium suum ⁊ sic ipossibile est ⁊ implicat contradictionē q̄ ratione stante recta voluntas vel appetitus possit esse non rectus nec sic intelligit articulus sed eo modo quo dictū est supra. Si aut angelus peccasset appetendo equalitatē diuinā potuisset habuisse vel habere rationē rectam primo modo et nō obstante peccasset et habuisset voluntatē non rectam nō autē habuisset rationē rectam. Secūdo modo. Si em̄ isto modo rationē rectam habuisset appetitū rectū habuisset ⁊ sic nō peccasset nō curo de ista solutiōe. Ad auctoritates in oppositū. ¶ Ad primā auctoritatem et ad alias duas auctoritates aductas in oppositū que videntur omnino concludere q̄ angelus appetierit equalitatē diuinam de facto. ¶ Dico q̄ vel simpliciter sicut prętēdunt dicunt verum vel exponēdo de superbia dyaboli qua q̄ superbia videtur vsurpari celsitudo diuina vel de nimio amore sui fruendo seipso non referendo in finem licet referibilis esset: ⁊ ita dei proprietatem vsurpabat qui solus iuste fruitur seipso: quia solus finem non habet in quem referri debeat: sed propter seipsum est diligendus. Nulla autem creatura licite potest frui seipsa vel alia: sed vti tantum referendo in finem illū benedictum qui est deus.

Ratio recta duplex.

¶ Distinctionis septime.
¶ Questio vnica.

Circa distinctionē istam quero. Vtrum angelus bonꝰ possit peccare. Videtur q̄ sic. 9. metha. dicitur et. 2. periarmenias q̄ potētie rationales sunt ad opposita. Sed in angelis bonis est voluntas q̄ est potētia rationalis. ergo ipsa est ad opposita. Puta ad bonū vel malum indifferenter. g̃ pōt peccare. ¶ Secūdo sic. q̄to aliqua potentia est magis determinata ad vnū tanto est minus libera patet de potētijs naturalibus. Si g̃ voluntas angeli boni distincta est ad bonū tm̄ ipsa est minus libera q̄ voluntas nostra que pōt in bonum et in malū sed hoc est falsum. g̃ illa pōt in vtrūq̄ ⁊ per cōsequēs pōt peccare. ¶ Tertio sic. Illud qō conuenit alicui per naturam suā non pōt auferri ab eo manēte natura. Sz angelus per naturā suā est peccabilis sicut ⁊ creatura quelibet rationalis vel itellectualis. g̃ non potest hoc auferri. g̃ semp remanet peccabilis. ¶ Quarto sic. Angelus malus pōt penitere: g̃ angelus bonus pōt peccare ꝑbatio. Tuꝫ quia in ipso est imago saluatoris sicut ⁊ cetera naturalia ſm Dionysium quarto de diuinis noibus. igitur angelus capax ⁊ ꝓpriceps esse pōt eo ipso q̄ mēs eius imago est ſm Augustinū. 14. de trinitate. 8. vbi dicit hoc de anima nostra. Tum qz in angelo malo remanet liberū arbitrium. Peccare autē vel posse peccare nec est libertas nec pars libertatis. Tum qz ſi nō posset penitere nec habere bonū actum. Tunc cū semper habeat aliquē actū semper peccaret. ⁊ pena sua cōtinue augeretur qō non est verū quare ⁊c. cōsequētia probatur: quia ita videtur dyabol⁹ vel angelus obstinatus i malo sicut bonꝰ angelꝰ ꝑfirmatꝰ i bono. ¶ Scdo q̄ loqū a minori qz cū creatura naturaliꝫ sit peccabilis difficilit videt q̄ possit i bonū q̄ i malū ⁊ q̄ possit a malo resurgere vel etiā penitere q̄ q̄ possit peccare. g̃ ⁊c.

¶ Contra immobilitas vel securitas status est de ratione beatitudinis ſm sanctos et doctores. Sed angeli boni sunt beati. igit̄ non possunt cadere a statu suo nec ꝓ consequēs peccare.

¶ Secundo qz angelus malus non potest penitere: quia est obstinatus. g̃ nec bonus peccare: qz est confirmatus.

¶ In ista questione sic procedam.

¶ Primo inquirā. Vtrū angelus bonus potest peccare vel nō ⁊ per quē modum. ¶ Secundo inquirā. Vtrum angelus malus potest penitere vl nō ⁊ quare vel per quē modū. ¶ Tertio inquiram Vtrum angelus malus potest habere aliquē actū bonum vel vtrum cōtinue sit et semper in actu malo. ¶ Vltimo ad rationes.

¶ Quātum ad primum articulum dicitur cōmuniter q̄ angelus bonus peccare nō potest hoc declarat vnus doctor dicendo tria vel quatuor. ¶ Primū est q̄ angelus bonus ꝓ primū actum suum firmauit se immobiliter in bono. Nam quelibet vis appetitiua in oībus ꝓportionat̄

An bonus angelꝰ peccare possit.

apprehēsiue sue a qua mouet sicut mobile suo motori proportionatur. ¶ Secundū est q̄ homo apprehēdit per rationē mobiliter discurrētem ab vno in aliud. Ab opposito in oppositū frequēter ⁊ consequēter voluntas eius sibi proportionatur q̄ mobiliter se adheret alicui q̄ pōt ab illo recedere ⁊ opposito adherere. ¶ Tertiū est q̄ angelus apprehēdit per intellectū immobiliter sicut ⁊ nos per intellectum apprehēdimus prima principia immobiliter ⁊ per cōsequēs voluntas angeli adheret fixe et immobiliter. Et ideo si cōsideretur vt ante electionē vel adhesionē potest libere adherere huicvel opposito in his que vult naturaliter citra finē: ſz postq̄ adhesit immobiliter adheret. ¶ Ex his concludit quartū q̄ boni angeli primo actu adherētes iustitie in ipsa sunt confirmati ⁊ sic q̄ peccare non pōt sunt: sed cōtrario per eandē rationem mali angeli primo adherētes in iustitie ⁊ peccato ipso sunt obstinati. Ad hoc adducūtur rationes. Potentia que recipit indelebiliter por primū actū suum firmat se ⁊ firmatur. Sed voluntas angeli est huiusmodi sicut etiā et memoria eius recipit indelebiliter: quia in ipsa nō cadit obliuio. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur istud per oppositū de voluntate nostra intellectiua que recipit mobiliter: quia cōiungit inemozie sensitiue a qua depēdet ꝓ statu p̄senti ſm actū suum. Et similiter voluntas nostra quia cōiūgitur appetitui sensitiuo mutabili a quo affectionē aliquā recipit. ¶ Secūda ratio virtus separata q̄ ex toto conatu fertur in vltimū finē vel auertitur ab ipso firmat se vel immobilitat in illo actu nō minus q̄ aliqua potētia per plures actus nō ex toto conatu circa aliquod obiectū firmat se in illo gen̄e rādo habitū in seipsa. Actus em̄ elicitus a tali potentia ex toto conatu est virtuosus ⁊ per cōsequēs dat perfectā immobilitatē potētie. Sed voluntas angeli est virtus separata ⁊ toto conatu se tulit primo actu in vltimū finez vel aduertit vt videt g̃ ⁊c. ¶ Tertio sic. Cū habitu perfectissimo nō stare potest inclinatio vel potestas ad actū oppositū q̄ habitus talis perfectissime inclinat ad cōsimiles actꝰ alioquin cū perfecta temperantia staret intēperantia. Sed primū actum fuit adquisitꝰ perfectus habitus affectiuus i volūtate angeli. g̃ ⁊c. ¶ Quarto sic. ⁊ est de angelo bono primꝰ actus voluntatis angeli fuit affectio cōmodi ⁊ appetitus beatitudinis. Beatitudo autē consistit in perfecta operatione a qua volūtas nō potest recedere quia est forma quietās totū appetitū potentie sicut forma celi totū appetitū materie sue. et ideo celū est incorruptibile. ergo ⁊c. hec est positio vel opinio.

¶ Contra istam positionē arguo primo q̄tum ad cōclusionem in se. ¶ Primo sic. Actus voluntatis libere ab ea elicitus non immutat modū eliciendi talē actū. hoc patet: quia ipsa inq̄tū causat est prior naturaliter ipso actu: posterius autē non videtur immutare modū sui prioris vel cause sue que cōuenit sibi vt est prius natura. Sed voluntas angeli libere ⁊ cōtingēter elicit actū suū primū: qz ſm illos anteq̄ eliceret nulla erat necessitas eliciendi: sed mera pōtingētia: g̃ posito tali actu nō immutatur modus: sed sicut a principio absolute loquēdo potuit elicere vel nō elicere: ita ⁊ modo igitur per talē actū nō firmat. ¶ Scdo sic. Nulla causa secunda pōt esse ratio vel causa quare immutet modus cause pncipalis in agēdo vel causando. Alioquin iam nō esset causa secūda: sed pncipalis. Sed quicquid ponat in voluntate esse causa talis firmationis vel immobilitatis siue actus siue habitus siue quicquid aliud est causa secūda respectu voluntatis quia posterior causa presupponēs voluntatē. g̃ non immutat modū agendi liberū et contingētem ipsius voluntatis. igitur nō firmat sic nec volūtas materia. ¶ Tertio sic. Effectꝰ causatus a causa contingēte semper est contingēs nisi dicas q̄ natura contingēs transmutetur in necessariam. Non em̄ causa dat maiorē necessitatem effectui quez habeat in causando vt videt. Sed actus primus ille ⁊ effectus quicūq̄ consequēs talē actū sunt causati a causa cōtingēter causante a voluntate. g̃ sunt cōtingentes ⁊ per ipsos volūtas non firmatur vllo modo. ¶ Quarta ratio. Causa q̄ potest in plures effectus partiales illimitata ad ipsos per hoc q̄ causat vnū illorum non tollitur ab ea illimitatio causalis ad alios. Sed sic producit vnum q̄ potest alios producere. Sed voluntas angeli ante primū actū poterat illum vel in oppositū. igitur adhuc potest in illum ⁊ sic per illum primū non firmatur. ¶ Vltimo quia videtur ista opinio ponere q̄ angelus fiat vel sit impeccabilis ex meris naturalibus: quia per primū actum suum naturalē. hoc est autē plane falsum ⁊ contra sanctos ⁊ doctores. De angelis vero malis arguam infra in secūdo articulo questionis. ¶ Secūdo contra motiua positionis arguo soluēdo simul ad ipsa. ¶ Ad primum ergo qō habet virtutē ex hoc q̄ volūtas proportionatur rationi vel itellectui sicut suo motori: ⁊ ideo ex quo intellectus immobiliter adheret ⁊ volūtas Dico q̄ ſi istud motiuum est bonū sequitur q̄ angelus aliquis nō potuit peccare. Probatio volūtas necessario conformatur intellectui sicut suo motori. Sed intellectus cuiuslibet angeli habuit ante peccatū iudicium rectū: nec potuit errare qz pena non precedit culpam. ergo voluntas non potuit peccare nec potuit velle nō recte hoc est falsum. Similiter etiā hoc est expresse contra articulos parisienses excōmunicatos de hoc sicut dictū est supra. ¶ Secundo sequitur contra eos q̄ voluntas per primus actum nō firmetur sed ante sit firmata: quia intellectus ante primū actum volūtatis firmatus erat in dictamine veri boni. Cum igitur volūtas necessario proformetur intellectui sicut suo motori sequitur q̄ nec oppositū primū actus sui potest elicere: sed firmata erat ad eligendum talem actum. Dico igitur q̄ nec intellectus nec voluntas angeli recipiūt indelebiliter sic quin q̄tum est ex se possint transire de actu in actū de obiecto in obiectū. ¶ Scdo dato q̄ intellectus reciperet immobiliter nō tn̄ voluntas ꝓpter sui libertatē: sed dictante intellectu vnuꝫ volūtas potest ipsum nō velle vel oppositum eius velle. Quādo dicis q̄ memoria idelebiliter recipit in angelo sine obliuione. ¶ Dico q̄ dato q̄ illō esset verū nullum est simile de voluntate: quia memoria naturaliter ⁊ ab agēte naturali speciem ipsam recipit. Volūtas autē actum suum libere elicit: et ideo sic recipit q̄ tamen delebiliter. ¶ Ad confirmationem de intellectu et fantasia et voluntate et appetitu sensitiuo. ¶ Dico q̄ ſi valet aliquid tenet ꝑ hoc q̄ sicut appetitus sensitiuus tēdit i bo-

nũ sensibile. Ita voluntas in bonum sibi obiectum et istud est planũ falsum: quia tunc voluntas in nullo esset liberior q̃ appetitus sensitiuus. Probatio quia eque mobiliter vel immobiliter ferretur in obiectũ presens vel p̃sentatũ quare ꝛc. ¶ Preterea etiã ex prima ratione ꝛ ista sequitur q̃ volũtas nõ sit libera: q̃ mouetur ab alio cui de necessitate conformatur ꝛ necessario conformatur alicui non libero puta appetitui sensitiuo vel ratiõi vt motori suo ¶ Contra secundã rationẽ dico q̃ maior est falsa Nam sicut volũtas creata toto conatu ferri potest in aliquid ita ꝛ in aliud retrahendo se a primo. Et ita nõ oportet q̃ in primo firmetur. ¶ Secũdo q̃ minor nõ est vera. Non em̃ q̃libet angelus toto conatu ferebatur in primũ volitum. Nec istud oportet. Nam sicut volũtas habet in potestate suũ actũ ita ꝛ modum suũ agẽdi magis intẽse vel minus: et ideo ratio nõ valet. ¶ Quãdo dicit de habitu. Dico q̃ sicut ꝓbatũ est supra. Nullus habitus potest immobilitare voluntatẽ precipue habitus adquisitus immo nec puto q̃ infusus. ¶ Ad tertium motiuum iã patet de habitu q̃ nõ immobilitat. Unde cũ quocũq; habitu stat in voluntate potẽtia ad oppositũ actum vel ad negationẽ actus ẽm illũ habitũ: quia habitus est quo quis operat cum vult ꝛ nõ operat cũ nõ vult. ideo nõ valet ꝛc. ¶ Ad quartũ de beatitudine ꝛ volitione finis a qua nõ potest voluntas recedere. Dico q̃ vel actus ille quo appetit beatitudinẽ fuit naturalis ꝛ nõ fuit beatitudo ipa ꝛ sic nõ saciauit potẽtiam nec per illum actum fuit firmata. Aut fuit ipsa beatitudo: ꝛ tũc sequitur q̃ mali fuerũt beati: ꝛ non potuerũt peccare. Tu dicis appetitus finis vel beatitudo satiat totã potentiam. Dico q̃ quicquid sit de volitione beatifica non est vermu de volitiõe naturali: immo q̃ nec de volitione beatifica. Tu dicis de forma celi. Dico q̃ accipit falsum: quia in celo nõ est materia sicut dicã infra. ¶ Secundo dico q̃ dato q̃ in ipso esset materia adhuc dictũ tuũ est falsum. Nec ex hoc celum est incorruptibile sicut etiam dicetur inferius. ¶ Contra aliqua que dicũt in positione vel modo ponẽdi. ¶ Primo ꝓtra illud q̃ angelus nõ discurrit. Homo autẽ discurrit. Dico q̃ non est inconueniens angelum discurrere ab obiecto in obiectum. ¶ Scõo dico q̃ hoc posito adhuc homo q̃ discurrit a ꝓncipio ad cõclusionẽ ita firmiter adheret cõclusioni demõstrate sicut angelus sine discursu. igitur si immobilitas apprehẽsionis in angelo sine discursu est causa confirmationis in bono cui adhesit voluntas hois apprehendentis in fine consilij boni agibile imobiliter cõfirmabit in bono. ¶ Preterea. Non videtur q̃ in angelo non sit talis discursus vel possit esse q̃ aliquãdo apprehendat vnum bonũ aliquando aliud nõ apprehendẽdo primũ igitur non firmatur in primo si necessario sequitur rationem vt motorem. ¶ Dico igitur contra istos q̃ nullo modo sic est angelus per actũ primũ cõfirmatus vel etiã malus angelus obstinatus ꝛ q̃ hoc dictũ est ꝛ cõtra eos q̃ illi dicũt alibi q̃ primus act9 cuiuslibet angeli fuit bonus: et tñ planũ est q̃ non quilibet angelus fuit cõfirmatus: sed aliqui cecidrũt ꝛetiã peccauerũt. ¶ Preterea. Nota hic q̃ voluntas ratione sue libertatis potest resilire a quolibet obiecto q̃tũcunq; terminante capacitatẽ eius sic non de materia licet illud exemplum esset verũ: quia appetitus materie non est liber.

¶ Quãtum ad istum articulũ dicitur aliter q̃ angelus bonus peccare non põt Peccare em̃ non potest nisi precedẽte defectu vel erroꝛe in intellectu sicut dicũt. Modo in intellectu angeli boni nõ potest esse error: quia videndo deum videt omnem conditionem sue electionis in ipso. Tum quia se habet ad deũ visum sicut ad finẽ vltimũ in vniuersali quẽ non potest non velle nec odire. Tum quia visio que est forma beatifica intellectus faciat totũ appetitum potẽtie: ideo precedẽte visione illa in intellectu voluntas nõ potest peccare. Sed quia omnia ista sunt falsa nec habent in aliquo rationes apparẽtes. Et apparet falsitas ꝓdictoꝛum ex superioꝛibus. Ideo hunc modũ dicendi pretermitto. ¶ Dico igitur aliter q̃tum ad istũ articulum q̃ angelus bonus cõfirmatus est ne possit peccare. Sed hoc nõ est per aliquid intrinsecum sibi qõ ex natura rei cõfirmet ipsum: sed hoc est ex diuina voluntate manutenẽte ipsum in actibus suis beatificis cõtinue ne diuertat vel possit diuertere exigẽtibus suis meritis preuijs vl̃ merito suo. hoc igit diuina volũtas libere disposuit ꝛ de ista dispositione angelum beatum certificauit: ꝛ sic angelus nunq̃ peccabit nec poterit peccare stãte ordine vl̃ ordinatiõe diuine volũtatis que nũc est de qua certificauit angelum licet absolute loquẽdo possit deꝛ relinquere angelum nature sue vel etiã sibi ipsi? angelus tũc posset peccare ꝛ ita nõ sit hoc necessariũ sed contingẽs tñ contingẽs certum ꝛ determinatũ a diuina voluntate ad alteram partem. Sic g̃ angelus beatus nõ potest peccare sicut predestinat9 nõ potest nõ predestinari ꝛ tales multe propositiones de q̃bus dictũ est in primo q̃ in sensu cõposito sunt vere in sensu diuiso false vel ecõuerso. Et sicut ista deus põt beatũ nõ beatificare de potẽtia absoluta sunt vere nõ de potẽtia ordinata. ¶ Qz autem nichil intrinsecũ hoc possit cõferre angelo. ꝓbatur qz neq; natura sua vel actus naturalis sicut ꝓbatus est supra nec gratia est aliqua que est gratũ faciens et habitus quidem infusus quia omnis talis q̃tus est ex se cessabilis est a subiecto et subiectum puta voluntas ipsa potest carere ipsa nec ipsam sibi determinat nec manet in subiecto nisi deo manutenẽte ipsam specialiter cõsimiliter etiam de gloria. igitur videtur q̃ hoc sit sola diuina gratia que est manutenentia eius perpetua in tali actu beatitudinis vel glorie et a causa extrinseca. Qz autem ita sit q̃ scilicet hoc per diuinam voluntatem manutenentem ꝓbari potest. Idem est angelum confirmari in gloria et perpetuari gloriam suam vel actũ suum Sed planum est q̃ a causa extrinseca perpetuatur gloria sua sicut et conseruatur ꝛ est ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. Ista cõfirmatio ẽm aliquos pertinet ad premium essentiale tanq̃ pars quedam vel aliquid ipsius premij. Sed planum q̃ ad deum pertinet p̃miare per suam voluntatem. ergo ꝛ confirmare. ¶ Tertio sic. Ex eodem dependet et est confirmatio in beatitudine et presentatio obiecti beatifici sub propria ratione. Sed hoc est a diuina voluntate libera non ex natura rei: quia tunc deus necessario ad extra aliquid ageret quod est falsum. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Ab illo debet accipi impeccabilitas angeli vel firmitas in statu beatitudinis quo relinquẽte angelũ ẽm influẽtiam generalẽ angelus posset naturaliter et imediate peccare vt patet. Sed hec est voluntas diuina: quia solus deus est naturaliter impeccabilis et absolute loquendo impeccabilis per consequens sic q̃ contradictionẽ includit ipm̃ peccare ẽm Hieronymũ de filio prodigo. Sed obijcitur cõtra ista fortiter. ¶ Primo sic. Si actus beatificus qui est fruitio sit aliquomodo effectꝰ a volũtate ꝛ volũtas sit libera: vt prior naturaliter tali actu videtur q̃ possit suspẽdere talem actum q̃tũcunq; obiectũ p̃sentetur: ꝛ sic peccare saltẽ peccato omissionis non volendo obiectũ beatificum sibi p̃ sentatũ sub ratione propria. Nec valet si dicatur q̃ suspẽdere actuꝫ nõ est agere: sed magis non agere. Ad non agere autẽ non requiritur influentia aliqua ipsius dei vel coagere aliqd̃. Unde licet via ista bene ostendat quomodo angelus est impeccabilis peccato cõmissionis. nõ tamẽ ostendit vt videtur quomodo est impeccabilis peccato omissionis. ¶ Secundo sic. Si angelus ipeccabilis est per modum predictum vel per diuinam voluntatẽ manutenẽtem vel ordinantẽ hoc q̃ nunq̃ peccabit. g̃ equaliter iustus viator in gratia existens in qua finaliter moritur est eque cõfirmatus quia deus hoc idem ordinauit de ipso ꝛ tenet ipm̃ ppetuo in tali gratia. Sed hoc est falsum. ergo ꝛc. ¶ Tertio quia licet a deo cõfirmetur angelus effectiue sicut concludunt premisse rationes ꝛ hoc oẽs cõcedunt tamen per aliquid formaliter. Sed illud non videtur nisi habitus vel actus glorie per quem formaliter beatificatur.

¶ Ad primum istoꝛum dico q̃ si voluntas cõcurrat ad actũ beatificum sicut causa partialis potest suspẽdere actũ suũ q̃tum est in se nõ cooperando ipsi deo. Sed tunc oportet dicere q̃ deus ordinauit tũc supplere vicẽ eius causando totaliter actum beatificũ. Tu dicis ipsa voluntas peccaret sic suspendẽdo. ¶ Dico q̃ non peccaret aliquid demerẽdo. Verum est tñ q̃ nichil faceret ad actum. Et ideo nõ apparet ratio adhuc quare deus nõ supplet vicẽ eius causando in ipsa actũ beatificum. ¶ Aliter dicitur q̃ voluntas non posset suspẽdere actum suum. Non qz ad suspẽsionem requiratur aliqua influẽtia vel cooperatio dei quã non faceret vel daret ipse: sed quia illa actione elicita semel ab ipsa deus cõseruaret eã elicere nisi volente deo. Ita nec nõ elicere nisi ipso volente et nõ cõseruante talem elitionẽ. Si autẽ actus beatific9 sit totaliter a deo ꝛ nullo modo a voluntate tũc patet q̃ argumẽtum nichil valet. ¶ Ad scõm dico q̃ iustus predestinatus in gratia finali existẽs est ita ipeccabilis mortaliꝫ sicut angel9 ex ordinatiõe diuina: qz ãtecedẽs ad vtrũq; ẽ eque necessariũ: et similiter cõmunia inter vtrũq; dicitur eque necessaria: tñ maior impeccabilitas in angelo q̃ in homine viatore. Tum quia homo viator q̃tumcunq; in gratia existẽs in qua moritur põt venialiter. Peccare qõ non potest angelus. Tum qz etiam non sic in actib9 suis specialiter regitur a deo per influentiam specialem homo viator sicut angelus. homo enim viator habita gratia ꝛ conseruata regitur in actibus suis ẽm influentiam generalem nõ ẽm influentiam specialem sicut beati. ¶ Si dicas q̃ predictus modus videtur dicere contra Damascenuꝫ libro. 2. c. 3. q̃ angeli sunt immobiles nõ natura: ſz gratia. Et Augustinus cõtra maximianum dicit: q̃ cuicũq; creature ꝓstatur perstare vt peccare non possit. hoc nõ est nature sed gr̃e. ¶ Dico q̃ nec Damascenus nec Augustin9 intelligit de gr̃a habituali infusa: ſz de diuina volũtate gratuita hoc faciente. ¶ Ad tertiam instantiam que apponitur dico q̃ licet habitus vel actus sit forma beati qua est beatus: non tñ per ista formaliter est confirmatus: sed denominatiue a diuina voluntate a qua precise accipitur cõfirmatio. Sic igitur patet quomodo angelus est impeccabilis. Aliꝫ dicũt q̃ simpliciter et absolute ẽm quẽcunq; ordinẽ angelus potest peccare tamen nunq̃ peccabit ꝛ hoc scit bene q̃ nũq̃ peccabit ex diuina reuelatione que certa est de futuro cõtingẽti: sicut fuerunt facte reuelationes prophetis de futuris contingẽtibus ꝛ hoc sufficit angelo ad suam beatitudinẽ. Nec ista est opinio Origenis vel hereꝛica reputanda: vt dicũt. Videtur tñ michi q̃ licet esset ista opinio facilioꝛ ad sustinẽdum q̃tum ad illud qõ potest capi ratione: tamen non est bene ẽm dicta sanctoꝝ vbi dicit Damascenus et Augustinus in auctoꝛitatib9 prealiegatis q̃ angelus immobilis est ad peccatum et peccare non potest. hec de primo articulo.

¶ Quantum adsecũdum articulũ est vna opinio q̃ demon est obstinatus ꝛ penitere non potest: quia voluntas sua improba se firmauit i actu suo malo ex toto impetu ꝛ conatu suo volẽdo aliquid male ꝛ deũ deserẽdo. ¶ Adducuntur autem ille rationes que adducebãtur supra de angelo bono in articulo primo. ¶ Adducunt etiã alie due rationes pro ista opinione. ¶ Prima est: quia voluntas coꝛrupta circa principium agibiliũ est insanabilis vt patet per exemplum in naturalibus: quia sanitate coꝛrupta in coꝛde vbi est principium vite nõ est possibile sanitas amplius per naturã. Sed voluntas demonis est coꝛrupta circa principium agibilium puta circa finem: g̃ ꝛc. ¶ Secũda. Si voluntas demonis esset sanabilis: hoc esset ex aliquo principio: sed nõ ex illo principio quia circa illud coꝛrupta est. Nec ex alio: quia illud est primum. ergo ꝛc. ¶ Alius doctoꝛ attendens ad significationem nominis obstinationis dicit concoꝛdãdo in eadem cõclusione q̃ angelus propter hoc est obstinatus: quia voluntas sua ex libertate magna ꝛ virtute peccãdo impegit foꝛtiter in synderesim p contẽptum quasi equus sine freno impingit obstaculum vel offendiculũ ꝛ post q̃ sic impegit iam nõ potest se retrahere vel retrahi a tali actu: sic em̃ impingendo retunditur q̃ cum voluerit se retrahere non possit sicut ferrum quando vehementer infigitur carni et retunditur ab osse vel ab aliquo obstaculo quod inuenit non potest retrahi sic in proposito de voluntate angeli. Contra primos argutum est supra in generali i primo articulo de angelo bono. ¶ Et arguit̃ modo in speciali: quia non videtur seruare principia sua: causa enim peccata fuit inconsideratio vel eroꝛ in angelo sicut dicunt: sed modo cessat in demone ista inconsideratio. bene em̃ scit q̃ errauit vel inconsideratus fuit. ergo si voluntas p portionatur rationi sicut mobile motori ꝛ cõformatur sibi: videtur q̃ angelus malus penitere possit. ¶ P̃ ẽm eos. Lectio non est impossibilium

Damas. August.

Opinio Origenis.

An demon penitere possit.

Habit9 quid.

Qz angelus beatus non põt peccare: ob quã causam.

Nota hec.

sed modo ꝓpēdit q illud qđ appetijt est impossibile sibi igitur de illo appetitu retrahere se potest: et per consequēs penitere. Si dicas q sub cōditione appetijt si esset sibi possibile ita pōt dici de equalitate dei q ipsam potuit appetere sub conditione.

Auguſt. ℙuta si esset sibi possibilis qđ ipsi negant. Similiter etiā ꝓtra istū modū dicēdi est auctoritas Augustini de fide ad petrū vbi dicit sic. Si possibile esset vt vna natura posteā a deo auersa bonitatē perdiderit volūtatis ex seipsa: rursus eā habere potuisset multo magis hoc haberet natura angelica que ēto magis generat terreni corporis pōdere tanto magis est predita facultate. Nō ḡ oportet angelus ex sua libertate vel impetuositate ꝓ primū actū stabiliri in malo ēt hominē. ¶ Cōtra scām modū dicēdi qui est totus methaphisicus vel parabolicus argutū est supra ēctum ad conuersionē in generali. Modo in speciali arguit cōtra ipsum. ¶ Primo sic. Agens qđ dñatur suo actui dñatur etiā suo modo agendi. Sed voluntas angeli ēto liberioꝛ tāto magis dñatur suo actui: ḡ suo modo agēdi ex toto conatu vel nō ex toto conatu. igit tanto minꝰ oportet q ex toto conatu ferat vel impingat in syndere sim. Et cōfirmat istud qꝛ nō videtur omnes angeli mali demeruisse ex toto cōnatu sicut nec quilibet bonus meruisse ex toto conatu. Si dicas q nō dñatur suo actui circa finē suū prestitutū siue intentū. ¶ Cōtra saltē dñatur actui circa finē ab ipso prestitutū: qꝛ libere pstituit ipm. ḡ ꝛc. ¶ Scda ratio. Eo principio quo aliquid tēdit ꝛ mouet ad terminū quiescit in termino. Sed angelus sola volūtate libera cōtingēter mouet se in tale obiectū. igit eodē modo ēctum est ex se quiescit in illo: ꝛ sic pōt recedere ab ipso libere. ¶ Tertio sic ꝛm Augustinū de fide ad petrū. Unifoꝛmis causa obstinatiōis debet poni in animab⁹ ꝛ in angelis. Sed taliter impigere nō pōt poni causa obstinatiōis in aīab⁹. ℙuta tet nec enī sic impingit qñ est cōiuncta sicut dicunt nec qñ incipit esse separata: qꝛ frequēter aīa separatur a peccato mortali qđ fuit factū ex modico conatu. Tum qꝛ etiā aīa lazari separata fuit ꝛ nō impīxit sic nec in bonū nec in malus. ¶ Si dicas q hoc fuit miraculosum sicut etiā reuocatio illius aīe ad corpus. Sadē rationedebes dicere q nullū actum habuit miraculose: qꝛ per illū actū si aliquā habuisset se firmasset. Tum etiā qꝛ aīa decedēs in peccato mortali prius natura est obstinata ex demeritis suis pcedētibus in vita hoīs ēctum aliquē nouū actus eliciat ꝛ ꝓ pñs ēctum sic impingat. Alioquī nō obstinaret ex pctis i vita sua cōmissis: sed ex nouo actu extra statū demerēdi qđ nō est verū. ꝛ ideo dico q nō sunt veri isti modi dicēdi. ¶ Et dico aliter ēctū ad istū articulū q iustificatio impij pōt intelligi ḡdupliciter fieri. ¶ Primo mōsic q deus iustificet impiū sine motu liberi arbitrij: sicut si iustificaret dormientē sicut ad litterā iustificat paruulos i baptismo. ¶ Scdo modo pōt fieri iustificatio pcedente motu liberi arbitrij nō ꝛm durationē sz natura tm. Deus enī simul cū bono motu liberi arbitrij pōt infundere gratiā. ¶ Tertio mō sic q motꝰ liberi arbitrij pcedat duratione ꝛ sit specialit a deo ꝛm motionē specialē. ¶ Quarto modo q hō sit a deo nisi ꝛm influentiā generalē ab ipsa volūtate iustificati sit imediate ꝛ rationabile est ponere istū modum vltimū sic q prima origo iustificatiōis in vtētibus

Justificatio impij quadruplex.

intellectū ꝛ voluntate sit a ꝓrio motu voluntatis cui displiceat offensa dei sicut ꝛ naturaliter displicere potest ex proꝓijs naturalibus sicut ꝛ naturaliter potest sibi ostendi mala per ꝓtritionē informē vel attritionē que est meritū de congruo si accepta tur a deo respectu gratie infundēde. Alioquin frustra fierēt hominibus exhortatiōes ꝛ cōsilia de penitēdo nisi esset in potestate voluntatis eoꝝ. Similiter hoc dicit. Augustinus de verbis apostoli sermone. 8. Qui creauit te non iustificabit te sine te. Augusſt.

¶ Ex his ad propositū dico q demon aliquo predictoꝝ modoꝝ non est sic obstinatus. quin absolute loquēdo de potentia dei absoluta possit iustificari: quia hoc nullam implicat contradictionē: vt patet discurrēdo per singulos modos ꝓcipue ēctū ad quartū de quo minus videtur. Nā angelus sue nature ꝛ potestati naturali potest habere actū displicētie de offensa diuina sibi ꝓsentata per itellectū vt mala ꝛ actum recte circūstantionatū qui disponeret ipsum de cōgruo ad iustificationē sicut ꝛ homines disponit si deus talem actum acceptare vel le cessando ab actu malo. Tum qꝛ ꝛm Augustinū Idem, primo retractat. ca. 22. vel. 21. Nichil tā est in potestate voluntatis ēctū suus actus obiecto ꝓsentato. Tum quia nichil est in potestate demonis volūtate formaliter qđ imminobilitet ipsum i tali actu sicut probatum est supra de angelo bono. ¶ Secūdo dico q loquēdo de ordine nūc instituto a deo demon penitere nō potest nec iustificari: qꝛ vel nō pōt habere aliquē actum talem displicētie quia deus non vult sibi cooperari ad talem actum: nec multo fortius vult ipsum immediate iustificare per seipsum cum sit extra viam ꝛ in termino vel quia si ponit talem actū habere deus non vult ipsum acceptare vt sit meritū de congruo ad iustificationē consequendaz. Nullus enī actus creature meritorius est etiā de cōgruo nisi ex diuina acceptatione ꝛ nō ex natura rei sicut dictū est de. 17. Ordinauit autem deus q talē actum accipiet in viatore ꝛ nō in aliquo extra viam de lege cōmuni. ¶ Ꝺ probatur per illud Ecclesiastici. 11. Si ceciderit lignū ad austrum Eccl.11, aut ad septētrionē i quocūq; loco ciderit ibi erit Et similiter ꝓ Isayam. Ignis eoꝝ non extinguetur et vermis eoꝝ non morietur. Et similiter in Isaias. Henfrot. Ibunt hi in supplicīū eternū. Justi aūt in vitam eternā. Mathe. ¶ Sed contra ista obijcitur: quia si tota ratio impenitudinis et obstinationis angeli est a deo sicut premittitur. Videtur primo q deꝰ sit causa mali et peccati: sicut et obstinationis peccati quod est falsum. ¶ Secundo videtur q angelus damnatus nō plus erit obstinatus ēctū vnus peccatoꝛ impenitens et prescitus viatoꝛ existens: quia sic preuidetur et prescitur ad hoc ex determinatione diuine voluntatis sicut damnatus. ¶ Tertio quia videtur deus acceptoꝛ personarum: quia non acceptat in damnato actum informē illum sicut in viatore. ¶ Ad primum dico q deus non est causa mali sic vt si peccatoꝛ quomodocunq; teneat angelum malum in malo actu: sed sicut quādo angelus primo peccauit: deus fuit causa totius substantie actus: et non fuit peccatoꝛ. Ita non esse causa continuationis talis actus et non erit peccatoꝛ. Defectus enim in ipsum nō reducitur: sed magis effectꝰ ꝛ illud qđ est ibi positiuum. ¶ Ad secundū dico q equaliter prescitus finaliter penitere non pōt sicut

demon. Tamen dicitur demon magis induratus: quia iam sistit in termino. Iste autē adhuc in via.

Deꝰ non est acceptoꝛ ꝓsonarum. ¶ Ad tertiū dico q deꝰ in nullo est acceptoꝛ ꝓsonarū: qꝛ cuius vult miserē ꝛ quē vult indurat ꝛ nō est volētis neq; currētis sed miserētis deꝰ: nec facit alicui iniuriā: qꝛ nemini tenet nisi ex mera libertate sua. Si dicat q volūtas angeli ex libertate pōt ēctū est ex parte sua cessare vel actū pcti nō elicere et sic nō peccare nec ad talē actū cogi pōt. Si vero cogat iꝫ nō est sibi imputādū: sed magis ipsi cogēti ꝛ totū reducēdum est in causam extrinsecā: ꝛ ita pōt nō peccare saltē vt videt. ¶ Et cōfirmat quia vel nō necessitat ad peccatū: ꝛ per ꝓns pōt nō peccare vel necessitat ꝛ sic nō peccat: qꝛ peccatū est voluntariū. ¶ Scdo dico q necessitat a deo ad actū culpe vel peccati vel ad elitionē illā quā ꝓseruaret deus vt esset eius saltē subiective vato q quācūq; ex se suspēderet: sed tūc vel talis actus nō esset culpabilis vel si culpa hoc esset ex ꝓrio demerito pcedēte. ¶ Ad primū ꝓ mō dicēdi aliozū dico q vato q illa corruptio pcti fuerit circa finē tū libera fuit ꝛ sicut ex libertate mouit se i illū finē. Ita posset se amouere absolute loquēdo a tali fine ēctū est ex natura potētie volitiue nisi esset causa extrinseca phibēs positiue vel negatiue. Nec valet exēplū de sanitate q corrūpitur in se: qꝛ licet ista corruptio fuerit circa ꝓncipiū obiectū: nō tū circa subiectū q voluntas fuerit adinchilata vel corrupta sicut ibi corrūpit subiectū sanitatis. ¶ Ad scām dico q ex volūtate sicut ex ꝓncipio effectiuo actus resurget circa aliquod obiectū debitū. ¶ Preterea. Si ratio esset bona ois peccās circa finē esset obstinatus. Preterea ista corruptio fuit circa finē in particulari quē nō oportet necessario velle. ¶ Ad exēplū parabolicū aliozū ꝺ q nō valet. Nā esī infigitur ferrū carni ptes carnis cōprimūtur ꝛ cōgregātur: ꝛ etiā ferrū per ōs retūdit ꝛ nō manet i sua rectitudine naturali iꝫ neutrū dari pōt in ꝓposito q sit aliqđ simile. Volūtas enī in sua libertate manet eadē ꝛ equalis ꝛ ita sicut in ꝓmo infigi pōt ita secūdo retrahi potest ꝛ patet qđ non valet.

¶ Quātum ad tertium artículū.

Utrū demon possit habere aliquē bonū actū ꝛ vtrū semp sit in actu malo. ¶ Premitto q ꝗdruplex bonitas i aliq̄ actu intelligi pōt. Una q̄ ꝺ bonitas nature q̄ cōuertit cū entitate. ¶ Scda bonitas est q̄ ꝺ bonitas ex genere q̄ est qñ actus transit sup obiectū conueniēs sicut est dare elemosinā vel huiusmodi. Et ꝺ bonitas ex genere qꝛ tā habz aliquid de bonitate generis moralis existēs in potentia ꝛ formalis ad pfectā bonitatē moralē ꝛ est bonitas ex obiecto nō ex genere subiecto. ¶ Tertia ꝺ bonitas moralis ꝛ est qñ actus circūstantionatus est omnibus debitis circunstantijs ꝛ ꝺ bonitas ex circūstantia sicut dare elemosinā sicut oportet ꝛ qñ oportet ꝛ cui oportet ꝛ ꝓpter quid oportet ꝛ sic de alijs circūstantijs debitis. ¶ Quarta bonitas ꝺ meritoria ꝛ est qñ actū debitū circūstantionatū cōmitat principiū meredi qđ est caritas vel gratia qđ idem est ꝛ scda istarū bonitatū presupponit pria ꝛ tertia secūdā ꝛ quarta tertiā sicut ptz. ¶ Secūdo est aduertēdū q ꝗlibet istarū bonitatū habet maliciā sibi oppositā ꝛ hoc dupliciter. Uno modo priuatiue. Alio modo positiue vel cōtrarie. Malicia autē ista si tm accipiat ꝓtiue nō dicit nisi priuationē vel negationē bonitatis. Si autē accipiat ꝓtrarie sic dicit aliquid repugnās bonitati aliquid fcs positiuū vltra ipsam carētiam. ¶ Tertio est aduertendū q malicia priuatiue ex genere in aliquo actu necessario habet cōcomitantē maliciā contrariā. Si enī aliquis actus nō ferat sup debitū obiectū. Oportet q sup indebitū obiectū ferat: ꝛ sic q nō solū habeat priuationē bonitatis: sz etiā sit malus cōtrarie hīs aliqđ positiuū repugnās bonitati Non sic autē de malicia ex circūstantia. Nā actus pōt esse malus ex defectu vel priuatione debite circūstantie. Nec oportet ꝓpter hoc q habeat oppositā circūstātiā malā. Unde nō conuertūtur iste due malicie. Unde si quis dat elemosinā nō ꝓpter finē debitū: qꝛ forte de fine nō auertit nō oportet ꝓpter hoc q det ꝓpter indebitū finē. ℙuta ꝓpter vanā gloriā. Licet ḡ actus non sit bonus ex circūstantia finis ꝛ sit malus ex defectu circūstantie debite: tū nō est malus cōtrarie ex cōtraria circūstātia. Similiter etiā de malicia que opponit bonitati meritorie nō oportet qꝛ actus pōt esse nō meritorius qꝛ sine gratia nō tū cōtrarie demeritorius: qꝛ licet nō sit meritorius: pōt tū esse bn circūstantionatus omni debita circūstantia naturali vel morali. Loquēdo autē de prima bonitate dico q malicia priuatiua totaliter excludit actū: ꝛ ideo nō potest ibi pcurrere malicia contraria qꝛ actus ponit non ens in se ꝛ tolli simpliciter nō habēs entitatem. ¶ Quarto Potentia subiecti multiplex. Notādum est q potētia dicitur tripliciter subiecti ad aliquem actum. ¶ Uno modo dicit principium actiuum vel passiui respectu alicuius actus. Aliquādo dicit ordinē subiecti ad actū recipiendum: ꝛ iste ordo est respectus ad actū: nec est principiū ei? actiuū vel passiuū ꝛ hic est duplex qꝛ aliquando est ꝓpinquus qñ subiectū est in tali dispositione vt statim possit exire in actū. Aliqñ est remotus qñ indiget aliquo alio disponēte vel pcedēte i ipso ad hoc vt ad istū actuz perueniat. ¶ Tertio modo accipitur potētia prout dicit nō repugnātiam terminoꝝ aliquoꝝ: ꝛ est potentia logica magis que vel dicit negationē repugnantie termini ad terminū vel cōplexionē seu cōparationez termini ad terminū ꝛm propositionē modalem de possibili dicendo q hoc subiectū potest esse sub tali ꝑdicato: nec repugnāt ad inuicē. Per oppositū impotētia vel impossibilitas subiecti ad aliquē actum dicit tot modis quot possibilitas ipsa dicit vel potentia. Tot enī modis dicit vnum oppositoꝝ quot modis et reliquum. Nota,

¶ His ꝓmissis dico primo ad istū articulū q angelus existēs in sensu cōpositiōis potest habere vel habet aliquē actum voluntatis sue bonū ꝛm quodlibet membrum potentie dicte loquendo de actu bono bonitate nature. Nec enim bonitas cum entitate cōuertitur ꝛ sicut actus suus est ens: ita ꝛ bonus ¶ Secundo idem dico de bono actu loquendo de bonitate ex genere. ℙlanum enim est q potest habere bonum actum aliquem ꝓ tanto: quia talis actus transire potest super obiectum conueniens sicut amare seipsum vel odire penam seu amare aliquod bonū ꝛ odire aliquod malū. ¶ De actu bono bonitate ex circūstātys moralibus ꝛ bonitate morali. Dicitur q angelus malus vel dānatus talem actū bonū habere nō potest: qꝛ omnē volitionē suā deformat ex aliqua circunstantia contraria malig

Quadruplex bonitas.

referēdo omne illud qđ vult ad amorē sui vel ad se ipsum inordinate. Qđ probatur qz habitus in eis est pfecte malus z ī termino z itā inclinat vehemē ter in actū malum z deformē z totū ordinat in ma lum vel in finē indebitū quicquid vult angelus ma lus. Sed istud nō videf necessariū: quia nullus ha bitus necessario inclinat volūtatē que est libera ad actum malū vel ad circūstantiam indebitā sicut di ctum est supra. Voluntas autē in angelo malo libe ra est: qz in ipso remāserunt naturalia integra. Tū quia in eis est synderesis superior scintilla rationis que naturaliter remurmurat cōtra malū: z sic volū tas pōt habere actum aliquē conformē synderesi z vermi de offensa diuina. Tum qz videf q volūtas ℈tum est ex se potest omnē actū suū suspendere: qz nichil tam est in potestate volūtatis ℈ actus eius: nec etiā actus alicuius alterius potētie quē tñ pōt suspēdere z sic nō necessario habet actū malū. Tū quia si habitus malus in volūtate sic necessario in clinaret ipsam tunc hoc magis videref de actu pri mo malo vel suo simili per quē fuit generatus talis habitus quod nō est verum sicut dictum est supra.

Mota hecde an gelis.

Ideo ℈tum ad hoc dicūtur tria. ¶ Primū est q nō videf impossibile ꝺm aliquē modū potētie pdi cte quin possint habere aliquā volitionē nō malam malicia cōtraria vel positiua vel priuatiua deformāte: ita q nō possint nō tēdere in aliquod obiectū siue finē indebite: sed in obiectū debitū cū debitis circūstātijs moralibus possint tēdere: sed quare ta lis actus nō esset in eis meritorius nec de cōdigno nec de cōgruo dictum est supra. ¶ Secundo dr q nō videtur impossibile sibi q careat quolibet actu volūtatis suspendēdo quēlibet actū suū z ita quin possit esse sine aliquo actu malo iurta vnā rationez premissam. Sed ista ratio z dictū suū michi est du bium: qz tūc posset non tristari in actu suspēdendo actum cuiuslibet displicētie z ita per ꝓns quālibet tristiciam cōsequētem nisi forte diceretur sicut dic tū est supra de angelo bono: q si suspēderet actuz propriū deus suppleret vicē eius in causando talē actū immediate vel etiā cōseruando elitionē volū tatis. ¶ Tertio dicitur q licet possent habere aliquē bonum actū vel nō malum actū: tñ semp sunt in actu volēdi malo z deformi vel malicia positiua cōtraria ordinādo in finē indebitū vel huiusmodi vel malicia priuatiua ꝓpter carētiam alicuius circūstantie debite nec tñ demerētur ampliorē penaz sicut nec beati angeli bene volēdo merētur amplio rem gloriā. Sed tales actus magis sunt eis in penā. ¶ De actu volēdi bono bonitate meritoria di citur q malus angelus nō pōt habere talē actū bo nū in sensu ꝓposito manēs malus scs sicut albū ma nēs albū non pōt esse nigrū: z hoc ex repugnantia terminorū. ¶ Secūdo dicit q diuisim accipiendo terminos istos maliciā z angelum. Angelus q̄ est malus nō pōt habere bonū actū meritorium ꝺm or dinē qui nūc est nō propter defectum potētie passi ue vel receptiue actus meritorij que est volūtas ip sa. Nec propter repugnātiam terminorum. Puta actus meritorij ad angelū ipsum: qz tunc absolute loquēdo hoc esset impossibile. Nec de potētia abso luta posset deus instituere angelū malum qđ est fal sum: sed propter defectū principij partialis actiui respectu actus meritorij qđ est gratia quā nūc ha bebit ꝺm ordinē diuine volūtatis z legis sue cōfor mis de quolibet dānato ℈tum ad hoc. Et si gratia vel caritas debeat poni pncipium partiale actiuū respectu actus meritorij in merēte loquendo de ne cessitate absoluta qđ non puto. Sinautē tunc dicit q hoc est propter defectū diuine acceptationis qz deus nunc̄ acceptat aliquē actum suum vt meritū de congruo ad percipiendū gratiam. Nec vt meri tū de condigno concomitante gratia ls absolute lo quendo posset acceptare. Modo dico q repugnā tia terminorum est q actus sit meritorius sine diui na acceptatione: quare ꝛc.

Angelꝰ quō pōt peccare quō non.

¶ Ad omnia argumēta pncipalia apparet est predictis q angelus bonus ab solute loquēdo sue nature z libertati relict⁹ potest peccare sicut dictū est. Qz autē non possit ꝺm ordi nē qui nunc est hoc habet ex alio. Puta ex diuina voluntate manutenēte ipsum vel etiā confirmante

¶ Tamen ad illud quartū de angelo malo dico q absolute loquēdo posset penitere z habere bonum actū meritorium sicut deꝰ posset talē actū acceptare z ipsum iustificare licet penitere nō pōt ꝺm ordi nē z legem diuine voluntatis z loquēdo de potentia propinqua sicut nec bonus angelus peccāre: licet bene de potētia remota non tñ sic ex naturalib⁹ pure mereri posset sibi relictus sicut angelus bonꝰ posset peccare z in hoc patet dissimile. ¶ Ad primū tñ argumētum dico q potētia rationalis ℈tū est ex se manet in eo ad opposita. ¶ Ad secundum dico q maior est vera de libertate cōtingentie. Et dico q eque ex se libera est z indeterminata volun tas angeli naturaliter sicut nostra z potest sibi reli cta peccare sicut nostra. ¶ Ad tertiū dico q ab an gelo nō potest auferri ipso manēte quin sit natura peccabilis. ¶ Ad quartū de malo angelo qui po test penitere patet ex predictis. ¶ Ad primū in op positū cum dicitur q perpetuitas est de ratiōe bea titudinis. Dico q nō est vera: sed est conditio anne xa ex ordinatione diuina. Unde dico q aliquis po test esse beatus vno die tm̄: z ideo dico q ex natura beatitudinis nō est ipeccabilitas angeli: sed ex diui na volūtate. ¶ Ad scm̄ pz ex pdictis qđ dicēdū.

¶ Distinctionis octaue. Questio vnica.

¶ Circa distinctionē octauam quero vtrum angeli possint assumere corpora ī qui bus exerceāt operavite Videtur q nō qz corpus assumptuz videtur habere maiorem vnitatē cum assumente ℈ corpus non assumptuz. Sed angelus nō pōt habere talē maiorē vnitatē cū corpore: nec ecōuerso ℈ ꝛc. qz nō pōt esse forma talis corpis nec pōt ipm assumere ī vnitatē suppositi sicut verbū as sumpsit naturā hūanā. ℈ nullo mō. ¶ Sedo sic. Si angelꝰ assumeret corpꝰ videf q hoc eēt pynionē ad ipsum sicut motor vnif mobili: sz hoc nō est verū. ¶ Prio qz tūc āgelꝰ assumeret oē corpꝰ qđ moue ret. ¶ Sedo qz pot ē naturaliter ℈ mouere tale cor pꝰ z ita assūptio talis nō ē p hoc q vnif sibi sicut mo tor mobili. ¶ Tertio sic. aut assumeret corpꝰ vere mixtū āt corpꝰ apparēs tm̄ āt corpꝰ celeste nō cor pus mixtū ab i pō: qz tale non pōt facere sicut pba bo ifra. Nec corpus apparēs fictū: qz tūc angelus corpus apparēs fictū: quia tūc angelus bonus es set fallax. Nec corpus celeste qz non recipit pegri nas impressiones. Si dicis q accipit corpus verū nō fictū vel mixtum a se: sed ab alio hoc non videf quia talē corpus cū tendat cōtinue in corruptionē sicut corpus hominis mortui nō posset preseruare ergo ꝛc. ¶ Quarto sic q nō possint exercere aliqđ opus vite in corpore sumpto: qz operatio quelibet vitalis est cōposita per pncipiū vel potentiam vi talem: sed planū est q nō constituit vnum composi tum cum corpore. ergo ꝛc.

¶ Cōtra. angeli apparuerūt frequēter hominibus visione corporali sicut Abra he Loht z in Thobia per totū. Sz hoc nō potuit esse nisi in corporibus assumptis. ℈ ꝛc.

¶ In ista questione tic proce/dā. ¶ Primo inquirā vtrum angeli boni vel mali possint formare aliqua corpora educēdo aliquā ve rā formā absolutā et realem de materia vel inducē do in ea. ¶ Secūdo vtrum possint assumere corpo ra z per quē modū. ¶ Tertio vtrū possint exercere opera vite in corporibus assumptis.

¶ Quātum ad pnimum dicit q angeli nō possunt educere vel inducere aliquam verā formā substātialē in materia. nec per ꝓns pos sunt aliquod corpus vel substātiam formare vādo sibi esse substātiale. Hoc probatur vnica ratiōe sic. Angelus nō agit aliquid ad extra nisi per suū vel le sic q tale velle est ratio sibi eliciendi vel agēdi ad extra: licet sit operatio ad intra. Et patet hoc preci pue ꝺm negātes illā tertiā potētiam motiuā in an gelo: sed velle angeli cū sit accidens non potest esse formalis ratio totalis producēdi substātiaz educē di formā substātialē: quia impossibile est q totalis ratio agēdi sit minus nobilis ℈ formalis termin⁹ actionis. Esse aūt accidēs simpliciter est innobi lius qualibet substātia: ℈ ꝛc. ¶ Sz ad istā rōnē vi cerēf q velle nō est angelo ratio agēdi: qz nō est in ipso aliqua potētia: sed magis volūtas ipsa est sibi ratio agēdi: ls prius velit ℈ agat ad extra: qz exit ordinate in duos actus. Volūtas aūt in angelo est substātia: ideo nō valet: licet ℈ cōclusio sit vera ꝺm Augustinū. 3. de trinitate tñ non est demonstrata. ¶ Alij dicūt q licet angelus immediate pōt pduce re substātiā vel educere formā substātialē: tñ me diante corpore celesti pōt z corpus celeste in virtu te intelligētie mouētis pōt in formā substātialē vi ui. Patet ī generatis p putrefactionē. Forma esse viui cū sit simplr nobilior forma celi nō pōt totalit reduci in celū sicut in causam: sz oportēt q reduca tur in intelligētiam ipsam vel angelū motorē ī vir tute cuius hoc pōt celū z ita angelus pōt i aliquā formā substātialē mediate saltē. Sed dico q istud dictū est nullū. Nā esse dicūt q hoc pōt itelligētia mediāte celo z celū hoc pōt mediāte virtute intelli gētie ℈o quid itelligūt p hoc qđ est in virtute aiat esse intelligūt aliquā formā naturalē absolutā ipsi celo ipressam ab intelligētia vel intelligūt ordinez vel respectū aliquē ipsius celi ad angelū mouētē si intelligūt formā absolutā aut substātialē aut acci dētalē. Si ℈ substātialē ℈ angelus pōt imediate in aliquā formā substātialē cōtra eos. ¶ Preterea si est substantialis aut est forma vite aut nō. Nō pōt dici forma vite. qz tūc celū esset viuēs z aiatū qđ est hereticū. Si nō est forma vite est simplr minus no bilis forma vite z ita celū nō plus pōt p istā virtu tē ī gñationē aiati ℈ prius: z nō est magis ī actu primo ℈ prius: z ita nō plus pōt in actū scm̄. Si illa forma est accidentalis redit difficultas: qz ipsa est simplr inobilior forma viui. Si aūt p illā virtu tē intelligas ordinē aliquē celi ad angelū mouentē vel respectū vel subordinationē moti celi ad ipsuz mouēs: tūc nō video q aliter possit hoc facere celū nisi solū disponēdo z alterādo materiā. vt ab ange lo imediate recipiat forma vite facta illa dispositio ne z alteratione materie p motū precedētē. Sz hoc est ipossibile sicut dicūt q angelus imediate pōt ī formā vite: nec celū plus pōt in formā vite p talē re spectū subordinatiōis: qz nichil facit ad ppositū ℈ p formā ppriā substātialē: imo multo min⁹. ¶ Et ideo dicēdū q nec mediate nec imediate angel⁹ po test in aliquā formā substātialē formādo corpus qđ est substātia z attingēdo ad formā substātialē eius Sed de forma aliqua accidētali absoluta nō video rationē cogentē quare angelus nō pōt aliqđ subie ctū trāsmutare ad aliquā talē formā educēdo ipaz de potētia subiecti quicqđ sit de forma substātiali. Uñ nō video quare non possit vnū corpus mouere ab albedine in nigredinē rare facere vel pdēsare vl huiusmodi. Tū nescio si hoc pōt. Nam z ls habeat potētiā nobiliorē z actū volēdi dato q actus volē di sit sibi rō agēdi: tñ nō est ad hoc ordiata talꝰ potē tia nec talꝰ actꝰ. Sicut z ls potētia gñatiua hois sit potētia nobilior gñatiā equi nō pōt tū homo gene rare equū sicut equus: z ideo istud relinquo sub du bio sicut Augustinus relinquit. 3. de trinit. De for mis autē artificialib⁹ q̄ fiūt p cōpositionē vel diui sionē seu remotionē puto q possunt eas facere sicut z motū localē. Habēt em̄ fieri p motū localē remo tionis partis a partevel additionis partis. Modo planū est q possunt in motū localē z in terminū ei⁹ qui est vbi: qz motum localē alicuius in virtute sua cōtinēt. habēt enim potētiam motiuam sicut patet z ita aliorz sicut sui minus est em̄ mouere aliquid aliud ℈ angelum mouere seipsum. ¶ Sed contra predicta dices q immo videtur q angeli formēt si bi corpora imperfecte mixta que assumūt. Nam ta lia corpora relinquuntur ab angelis: z statim reso luuntur z disparent cum ipsis qđ non videretur esse verū de corporibus perfecte mixtis. Similiter etiā quando percutiuntur aliquādo non sentiuntur vel quasi nichil sentitur: igitur videtur formare sibi ta lia corpora. ¶ Secundo quia angeli mali fecerunt ranas in conspectu pharaonis z ad inuocationem magorum. Nam ꝺm Augustinum. 8. de ciuitate. ca. 19. Omnia miracula magorum doctrinis fiunt et operibus demonuz. ¶ Tertio quia hoc possunt facere artifices archimie qui faciunt verum aurū. ergo possunt in aliquā formā substantialem per ar tē. igit multo fortius demones. ¶ Quarto de for mis accidētalib⁹ videf qz imaginatio vel fantasia frequēter gñat ī corpe hois multas qualitates ab solutas sicut ruborē vel pallorē vel hmōi. ℈ multo forti⁹ hoc pōt demones. ¶ Ad primū dico q si illa corpora sint impfecte mixta q̄ aliqū sumūt angeli z contēperata ad horum nō oportet q sint facta ab angelis sed aliunde ab angelis tamē assumunt.

Mota

Augusti.

¶ Preterea etiã dato ꝙ essent corpora mixta perfecta tñ possunt saltẽ resolui satis cito per misteriũ angelorũ applicãdo actiua ⁊ corruptiua passiuis ⁊ huiusmodi: que tñ non ita cito alias resoluerentur vel corrũperẽtur. ¶ Ad secundũ dico ꝙ angeli directe nõ fecerũt ranas sed indirecte applicãdo actiua passiuis nõ autẽ attingẽdo ad formã substãtialem alicuius earum. ¶ Ad tertiũ per idem vel dic sicut philosophus dicit. 4. methe. ꝙ non est verus aurũ qđ fit per archimiã. Sciãt inquit artifices archimice species rerũ permutare ꝙ nõ possunt: sed similia his facere possunt. Prima melior est.

¶ Ad quartũ de fantasia dicit ꝙ fantasia vel imaginatio nõ causat illas passiones: sed magis totius cõiunctum viuum cõcomitante vel precedẽte actu vel motu fantasie. Aliter dicitur ꝙ aliquod corp⁹ extrinsecũ causat tales passiones in corpore tñ precedẽte actu fantasie propter ordinẽ fantasiarum ⁊ hoc modo fantasia mouet. hec de primo articulo.

Vtrũ angeli pñt assumere corpora que sint illa.

¶ Quantum ad secũdum articulũ dr ⁊ oportet dicere ꝙ angeli possunt assumere corpora voluntarie sibi vnibilia nõ naturaliter.

Tum qz tũc oporteret duo corpora esse naturaliter simul scz corpus angeli ⁊ corpus celi quod mouet. Tum qz forma angeli vel esset naturaliter separabilis a corpore suo ⁊ sic angelus esset corruptibilis vel nõ: ⁊ sic esset minus abstracta a corpore vel materia q̃ anima nostra quorũ vtrũq; est falsum. Tũ qz corpus angeli vel esset celeste ⁊ sic violẽter esset angelus deorsum vel elemẽtare vel mixtũ ⁊ sic corruptibile igitur corpora non sunt angelis naturaliter vnibilia sed voluntarie non per cõpositionẽ sui cũ corporibus qz angelus est forma simplex subsistens perfecta ẽm speciem ⁊ indiuiduum: ⁊ideo nõ põt esse corporis forma nec actus nec per vnionem ad vnitatẽ suppositi qz hoc solum diuine psone cõuenit ꝙ potest assumere extrinsecã substantiam ad vnitatẽ sui suppositi sicut in tertio apparebit. Sed dico ꝙ assumũt corpus per assistẽtiam pscientie sue ad corpus: ⁊ hoc ad mouẽdum ⁊ apparẽdum in eis ⁊ explendũ operationes ꝓprias. Aliquãdo autem corpus tale nõ est ab ipso formatũ nec per eius ministeriũ directe vel indirecte: sed inuenit ipm pus formatũ: vt cũ assumit corpus mortuũ sicut frequẽter illud cõpertum ⁊ preseruat illud a corruptione ministerio suo applicãdo sibi aliqua preseruatiua sicut per vires herbarũ vel huiusmodi. Aliquando vero est formatũ ab ipso per ministerium suum applicãdo actiua passiuis ⁊ potest esse incomplete et imperfecte mixtũ si sit corpus formabile ab aĩa rationali vel aĩalis perfecti. Non est pfecte mixtũ: qz tũc esset dispositũ ad aĩmã ⁊ statim haberetur aĩa Si autẽ non sit corpus formabile per aĩmã potest esse cõplete ⁊ pfecte mixtũ indirecte formatũ ministerio angeli applicãdo actiua passiuis sine multa mora que requireret in processu nature sicut etiam statim fecerũt ranas que tñ ad sui generationẽ magnã moꝛã requirunt. Si autẽ possint assumere corpus hominis vnũ vel viuũ hominẽ dubiũ est: quia tũc aĩa ⁊ angelus simul essent sicut in loco in eodez corpore qđ nõ videt possibile p naturã. Tũ qz etiã tũc dyabolus vel angelus illa bereꝫ aĩe. Potest dici ꝙ põt assumere corpus viuũ. Et tũc dr vno modo ꝙ nõ assumit ipsum ẽm illas ptes q̃ ab aĩa informãtur: sed ẽm aliquid aliud qđ nõ informat ab aĩa qđ est in ipo sicut dr de illa legione ꝙ erat in fecib⁹ vẽtris. ¶ Aliter dicipõt ꝙ licet assumat ẽm ptes viuas nõ tñ per se est in eodẽ loco cũ aĩa nec subiectat eã: qz nõ respicit aĩmã nisi per accidẽs ratiõe corporis qđ subintrat ⁊ cũ quo est in eodẽ loco per se. Sic igit dico ꝙ angelus põt assumere corpus ĩ timãdo se tali corpori ⁊ faciendo seipm pscientẽ sibi ad mouendũ ⁊ explendũ opationes ꝓprias ⁊ operationes similes opationib⁹ talis corpis frequẽter Qz autẽ possit se sic facere p̃ sentez patet sicut se facere presentem loco. Ita ⁊ corpori quare ⁊c.

Aie opa

¶ Quãtum ad tertium articulũ dicit ꝙ opa anime vel vite quedã sunt anime vegetatiue: quedã sensitiue quedã intellectiue: ⁊ac cipiamus ⁊ nõ opera motiue. Ad ꝓpositũ dico ꝙ angelus in corpore assumpto põt exercere opa motiue. i. mouere corpus ad modum quo si viueret moueret ⁊ organice ⁊ nõ organice sed totũ simul sicut mouet lapis. Unde dico ꝙ põt mouere labia aperire dẽtes claudere oculos ⁊ aperire/ ⁊ mouere pedẽ post pedẽ ⁊ saltare ⁊ oĩa talia que pertinẽt ad motũ localẽ sicut põt facere motũ localẽ ⁊ habet ipsuz in virtute sua. ¶ Scdo dico ꝙ opera sensitiue non põt exercere qz taliano sunt nisi cõiuncti ex potentia ⁊ organo vel cõpositi qz nichil sentitur ĩ tali corpore sicut nec sine corpore: sed totũ intelligit quicquid videtur sentire. Unde nõ sentit nimis calidũ nec frigidũ sed intelligit ipm. Unde sentire nõ põt nec per seipsuz sicut mouere nec mediante corpore Si dicas ꝙ mouere sltr est totius cõiuncti ex aĩa ⁊ corpore. Dico ꝙ verũ est mouere aĩale. sed illd mouere angeli nõ est vere aĩale organicũ: licet videaꝫ et sit aliquod verũ mouere a principio vitali qđ est potentia motiua angeli. ¶ Tertio dico ꝙ opationes vegetatiue sunt tres nutrire augmentare ⁊ generare. Jn nutritione sunt aliqua preambula, sicut diuidere cibum masticare ⁊ inventrẽ traiecere. Et ista potest quia pertinẽt ad motum localem: sed alterare cibũ directe non potest saltem dubium est de hoc sicut dictum est supra de aliꝫ alterationibus. Sed nutrire nõ potest q̃tuz ad id qđ dicit nutritio proprie scz q̃tum ad cõuersionem nutrimẽti in alitum sicut nec potest in aliquã formã substantialem Unde nõ potest nutrire aliquod corpus ꝓprie loquẽdo de nutritione. ¶ Contra ista videt: qz tunc nõ fuit necessariũ argumentũ vite xp̃i post resurrectionẽ quando masticauit cibũ ⁊ comedit cũ discipulis suis. ¶ Dico ꝙ nõ fuit necessariũ argumentum: quia potuit fieri virtute diuina. immo etiã virtute creata ꝙ appareat cõmestio ⁊ nõ sit sicut ĩ prestigijs magoꝝ. Tuz qz siue fuisset vera comestio ⁊ comestio ⁊ cõuersio in carnẽ siue nõ: tñ planũ est ꝙ illa cõuersio dato ꝙ fuerit nõ apparuit discipulis: sed tñ masticatio exterior: ⁊ ideo dico ꝙ illd qđ viderũt non fuit necessariũ argumẽtũ de vita eius tñ piũ argumẽtũ fuit ad inducendũ mẽtes piorũ discipulorũ ad credendũ. De opere augmẽtandi planũ est ꝙ nõ pñt augmẽtare ꝓprie sicut vinũ augmẽtatur sicut recipñt nutrire. Ome ẽm qđ augmẽtat nutrit: ls nõ ecõuerso: ⁊ ab eodẽ vtrũq;. De opib⁹ vel opere generatiue dr ꝙ directe nõ pñt generare: qz sicut dictũ est supra. Nõ possunt aliquã formã substantialem educere sed indirecte. Puta si demon-

Opationes vegetatiue.

primo fiat succubus accipiens corp⁹ mulieris recipiendo a viro semen ⁊ cõseruando ipsum in calore suo per remedia optima postea fiat incubus ⁊ trãsfundendo semen virile prius receptum in vas mulieris vel matricem. Sed vtrum ꝯcipere ⁊ parere. Dixerunt antiqui doctores ꝙ nõ. Tamen oppositum dicitur aliqñ accidisse ⁊ forte per istum modũ ꝙ transferat mẽstruuz mulieris ad vas ꝓsimile ⁊ac cipiendo corp⁹ illius vasis vel mulieris fiat succubus viro ⁊ nutriat fetum vel foueatur in eadẽ qualitate sicut mulier ⁊ per vires herbarum quas nouit ⁊ alia remedia ⁊ ita totũ sicut mulier vsqz ad emissionem partus. De opere intellectuo planum ẽ ꝙ intelligere potest sicut anima non tamen dependet a fantasmate corpeo sicut aĩa. Hec de scdo articlo

¶ Sed contra istam positionem sunt aliqua dubia difficilia. ¶ Primo cõtra primũ dictum qz nõ videtur q memoria angeli loquentis possit efficere noticiam in intelligentia audientis qz intellectio vel noticia ĩtellectualis ẽ operatio manens in agente: sed magis transiens. ergo zc. ¶ Secũdo per idem mediũ arguitur cõtra vnũ aliud dictum q ad auditionẽ nihil cooperatur intellectus audientis qz talis auditio ẽ operatio ĩmanens agenti. ergo audiens ipe aliquid cooperatur effectiue ad talem auditionẽ. ¶ Tertio qz si ratio est bona que adducitur ad hoc sequitur pari ratione q voluntas vnius angeli poterit efficere z causare volitionez in voluntate alteriꝰ angeli quod est contra libertatẽ libertatis. Probatio volũtas angeli ptinet virtualiter volitionem alicuius obiecti quam potest efficere in seipa. ergo cũ voluntas alterius angeli sit passum eiusdẽ rationis z possit eẽ sufficienter approximata volũtati alterius sequit̃ q voluntas poterit facere volitionem eiusdem obiecti cõsimilem in voluntate alterius qõ est falsuz.

¶ Quarto quia memoria z sua intelligentia sunt simpliciter adequata sicut actiuum z passiuum. Sz hoc posito impossibile est q memoria agat ĩ intelligentiam extrinsecam. ergo zc.

Nota ¶ Ad primum istoruz dicitur q accidit actio inquãtuz huiusmõi q sit actiuũ ad extra vel ad intra. Actiuum vero equiuocũ huiusmodi est memoria potest agere effectum quem virtualiter continet in quocũq; passiuo eiusdem rationis siue sit intrinsecũ siue extrinsecũ. Et sm hoc p portionalr cõceditur q accidit intellectioni que ẽ effectus memozie q sit operatio permanẽs in agẽte vel nõ manẽs. Unde dicitur q illa distinctio non metaphisice de actione intra manẽte vel trãseũte actualis est z nõ eẽntialis z per se quia inueniũtur due actiones vel operationes eiusdem ratiõis: quarum vna est ĩmanens z alia est transiens. Similiter due actiones diuersaruũ rõnum quarum ambe sunt immanẽtes vel ambe sunt transeuntes. ¶ Dices contra hoc qz impossibile est q actio transiens non sit ab extrinseco agẽte. Unde impossibile ẽ q idem calefaciat seipsum vel huiusmodi: ergo ipossibile est q actio immanẽs nõ sit ab intrinseco agẽte z per cõsequẽs q sit ab extrinseco agente. ¶ Dicitur q bene cõcludit de actione immanente sm q huiusmodi sed nõ quecũq; intellectio immanens est: sed illa que cõuenit alicui in virtute propria: nõ autem sic est de actione in ꝓposito. Aliter respondetur ad argumẽtum de operatione transeunte vel immanẽte q intellectio pro tanto dicitur operatio immanens nõ qz omnis intellectio: sed quia omni intelligente potest cõuenire aliqua intellectio que sit immanẽs ꝓncipio actiuo z hoc distinguitur ĩtellectio ab operatione trãseunte sm totum genꝰ suũ quia nõ est dare calefactionẽ vel huiusmodi aliquã actionem que per se maneat in ꝓncipio actiuo.

vide hec

Si istud non sufficiat non video aliã fugam. ¶ P. Istud videtur qz ignis vt videtur esse cã effectiua caloris in seipo. ergo calefacit seipm z p ꝑs videẽ vlterius q talis actio esset ĩmanẽs z vltra q idem sit causa equiuoca caloris z vniuoca: qz ignis ẽ causa vniuoca caloris extrinseci per calozẽ suum et cã vniuoca sui caloris z ita magis nobilis z minꝰ nobilis seipso. Et similiter si eẽt sine caloze posset calefacere aliquid aliud eiusdem rationis sicut seipz non prehabẽs calozem. ¶ Diceretur q nihil phibet ignem calefacere seipsum z illa esset actio ĩmanens z equiuoca: sed nõ potest seipsum calefacere calefactione vniuoca cuiꝰ principium est caloz iam habitus sed aliquid aliud qz in primo implicaꝝ cõtradictio q haberet formaliter z nõ haberet eandẽ formam z ita diceretur q calefactio vniuoca semp est transiens sed nõ semper equiuoca. z nõ est inconueniens q aliqd sit cã equiuoca z vniuoca eiusdez in specieb⁹ per diuersas formas que sunt in ipso vel per diuersas naturas z similiter nobilius z innobilius seipso nõ per se sed per accidẽs qz vna forma q̃ cõcurrit cũ alia in subiecto ẽ nobilioz alia: sicut natura ignis nobilioz est q̃ caloz. Similiter nõ esset fortez si ignis posset calefacere aliquid aliud dato q nõ esset formaliter calidus calefactione: dico equiuoca nõ vniuoca licet naturaliter prius calefaceret seipm nisi impediretur vel diceretur q nõ calefaceret qz tũc impediretur per amotionẽ priozis effectus in seipso sez caloris z ita nõ posset in effectum secũdarium sez calozem extrinsecum. ¶ Si dicas cõtra ista q ignis nõ agit nisi in ꝗtum calidus formaliter. Dico q verum est calefactione vniuoca sed bene inquãtum ignis: z calidꝰ virtualiter calefactione equiuoca. ¶ Si dicas q ex istis sequitur q ignis dupliciter calefacit lignum approxiatum quia z equiuoce z vniuoce. Diceretur fortez q nõ est inconueniẽs z habetur intẽsior caloz q̃ a calefaciente alio mõ. vel si nõ tunc diceretur q vniuoce tm̃. Et hoc posito nõ ponitur calefactio equiuoca nec est necessaria: licet posset poni. Prima solutio magis valet. ¶ Ad secũdum per idem ptz quõ debet solui q nõ oportet intellectum vel memoriã angeli audiẽtis facerere aliquid effectiue ad auditionem. ¶ Ad tertiũ dico breuiter q volũtas vna creata per modum principij quo nõ potest causare volitionem in alia z hoc est ratiõe sue libertatis ingenite. Nec est in aliquo simile de intellectu qui nõ est liber nec de alio quocũq; passiuo non libero de quo tenet ratio adducta ad ꝓpositum de loquutione vel auditione. ¶ Ad quartum dicitur q memoria hz intellectiuã ĩtrinsecã p passiuo adequato nõ extensiue quin possit se extendere ad lineam ĩtellectiuam extrinsecaz: sed intẽsiue quia perfectissimũ actum quem possit facere potest facere ceteris paribu in propria intelligẽtia z aliquem actum cõsimilem omni actui quẽ potest facere in extrinseca ĩtelligentia. Hec de primo articulo ꝓncipali.

¶ Quantum ad secunduz articulum videlicet si angelus põt loqui alteri angelo distantia se dicitur cõmuniter q sic. Sz modus assignatur ab vno q nõ potest loqui distanti agendo in medium. ¶ Ad hoc adducũtur rõnes. Prima est qz mouens ĩmediatum est presens moto Septimo phisicozum. Sed angelꝰ distãs non est alteri pñs. igiꝝ oportet q agat ĩmediate in mediuz z medium ĩmediate ĩ angelũ vt videt. ¶ Sc̃o sic Aristoteles dicit Secũdo de anima. q si esset vacuum non posset fieri visio per ipsum. Sed hoc non esset nisi quia obiectum nihil ageret in medium nec medium in oculũ qz nõ esset mediũ. ergo sim̃ in ꝓposito.

Angelꝰ an alteri distãti loq̃ possit z quo mõ.

¶ Tertio sic. Agens cōtinuatur passo et mouens mobili per suam actionem. Sed si angelus ageret in angelum distantem tnō prius in medium nō cō tinuaretur per suam actionem. ergo tc. ¶ Sed q̄d est illud quod facit in medio angelus. Dicit vn⁹ doctor noster q̄ angelus transmittit per mediumvnū radium spiritualem vsq; ad angelum distantem in quo radio transmittit volūtarie speciemvel similitudinem obiecti de quo vult loqui tangelus alius formatin mente sua aliam speciem consimilez tsic intelligit illud quod ali⁹ vult sibi manifestare thoc est loqui t audire in angelis sic distantibus.

¶ Sed istam cōclusionem nō

teneo dixi enī in primor pbaui q̄ nō oportet agēs esse presens passo vel termino producto. Unde dixi q̄ per hoc nō potest demōstrari deum eē vbiq;. Arguo igitur cōtra fundamentum huius opinionis.

Obiicit ꝓ opinionem.

¶ Primo sic: qz causa sufficiens duarum actionū quarum vna nō habet priozitatez naturalē ad aliā potest vnaz causare sine alia vt videtur: qz tūc vna in nullo dependet ab alia. Sed sic est in ꝓposito de actione loquutionis t actiōe in medium q̄ vna nō est prior naturaliter alia. Probatio. Actio enim ī medium non est prior actione in terminū nisi vel qz medium est eiusdem rationis in recipiendo sicut t terminus sicut patet q̄ illuminatio medij ꝓt ē naturaliter ꝯ termini vel quia agens habet aliquam formam aliam actiuam ab illa ꝑm quam agit ī terminum que nata est prior exire in actum disponendo'medium t ꝑm actionem alteri⁹ rationis. Ut sol prius illuminat aerem ꝯ generet vermen vel aurū Sed neutrum habet locum in ꝓposito. Medium enim non est eiusdem ratōis cū angelo distante ad recipiendum loquutionemvt patet. Nec etiā habz angelus aliquam aliam formā ab illa ꝑm quam loquitur. Cuius actio nota sit esse prius naturaliter in medio/ꝯ loquutioīn angelo. ergo tc. ¶ Secundo: qz non oportet agēs esse pñs passo. Nec agere prius in totum medium. Patet Sol enim generat aurum in visceribus terre tamen nihil agit in partibus terre multis intermedijs nec lucem nec calorem vt videtur. Similiter etiaz generans attingit nō solum ad superficiē passi sed etiā ad intima quibus nō est presens nisi ꝑm ptactuz virtualem ſz tm superficiei pñs ē ꝑm ptactū mathematicū nec ꝓius agit aliquid ia partib⁹ intermedijs generādo aliq̄d in ipsis tunc gñatio eēt mot⁹: quare sil⁹ angel⁹ in ꝓposito. ¶ Ꝑ. Deus potest adnihilare effectum agētis creati in medio ꝓseruando effectuz eius tactionem in terminovt videtur. ergo tc. ¶ Ꝑ. Si deus esset in celo tm̄ tnon in terra nihil min⁹ posset creare vnum hominem in terra tnihil creādo ī medio.

Auctoꝝ opinio.

¶ Dico igitur q̄ angelus potest loqui alteri angelo distanti a se nihil faciendo prius in medio etiam si esset vacuum: qz ista actio que est loquutio in nullo dependet ex medio. quare tc. Sed potest ne loq̄ angelus alteri a quantacūq; distātia. ¶ Videtur q̄ sic Vni doctori et ratio sua est qz loquutio angeli consistit in intellectuali operatione que omnino abstrahit a loco tempore sicut patz de nostra intellectione t ab esse hic tnunc obiecti tideo nō requirit determinatam pñtiam vel distantiam. Nec etiā illius cui angelus loquitur istud videtur mihi falsum. ¶ Primo quia sicut dixi loquutio cōsistit in

Bonum dubium.

actione vnius angeli in alterum virtute memorie sue create t finite. Sed nulla virtus creata tfinita potest agere in aliud ꝯtumcūq; distans vel subquacūq; distantia quia pari ratione sub infinita. ꝯ tc. ¶ Secūdo qz hoc est cōtra Augustinum de cura pro mortuis vbi dicit q̄ anime in purgatorio nō possunt scire ea que hic aguntur nisi reuelentur eis t hoc propter distātiam. Uñ t Jo. baptista voluit nunciare t nunciauit patribus in lymbo aduētum xpi precurrens ipsum in limbo sicut fuerat precursor nunciando in mūdo sicut dicit ibi. August.

Solutio auctoris

¶ Dico igitur q̄ ad hoc q̄ angel⁹ loquatur angelo necessario requiritur determinata distantia vel presentia: sed quanta nescio deus nouit. Hec valet ratio ei⁹. Et si enī itellectio abstractiua abstrahat ab hic t nūc obiecti non tamen actio vera realis in aliud ꝓ virtutem finitam et creatam in qua consistit loquutio non in intellectione abstrahit a ꝑsentia vel saltē determinata distantia.

¶ Ad primum aliorum dico

q̄ nō oportet vniuersaliter mouēs esse presens moto nisi virtute nō autem in se t hoc si valet aliquid de corporalibus que agūt ꝑm cōtactum mathematicum nō oportet de spiritibus. Nec in illis probationes Aristotelis habēt locum. ¶ Ad secundum dico q̄ nō est simile de visu per vacuum qz visio est actio dependens a medio tvisio t imutatio medij sunt actiones ordinate quaruz vna naturaliter prior est alia hic non sic. ¶ Ad tertium dico q̄ agens non cōtinuatur passo per suam actionē sic q̄ sit ibi presens realiter sed tantū quia attingit ad ipm virtualiter. Dices q̄ Damascen⁹ dicit q̄ angelus ibi est vbi operatur. Dico q̄ verum est de actiōe manēte vel si de transeunte nō oportet q̄ ibi sit vbi ē terminus nisi virtualiter quia sua virtus attingit: licz bene sit vbi est actio ipsa quia actio secūduz me est in agente. Hec de tertio articulo.

¶ Ad primum principale di/

co q̄ in loquutione spirituali non requiritur aliq̄d signum aliud ꝯ dictum est. Sed requiritur cum intellectione loquētis sua actio transiens in illuz cui loquitur vt dictum est. ¶ Ad secundum dico q̄ cōceptus vnius positus in rez in effectu bene pōt esse alteri not⁹ si sit ꝓsēs tū nō est frustra loquutio: qz hoc est ꝓfectionis q̄ ille possit sibi dicere cum hoc. ¶ Ad tertium dico q̄ pōt eē manifest⁹ cōceptus angeli alteri angelo tcum hoc vnus pōt loqui alteri. ¶ Ad 4.m ꝑz q̄ ꝑdicta quō pōt loq̄ āgelo distāti.

¶ Distinctionis decime. Questio Vnica.

Circa distinctiōez

ista in qua Mgr ingrit. Utr oēs angeli de ql̄bz ordie mittantur. Quero vtrū angelus pōt localiter moueri. ¶ Videtur q̄ nō qz si moueret aut a seipo aut ab alio. Nō a seipso qz ipossibile est q̄ idem moueat seipm ꝑmo in ꝑn⁹ septimi phisi. t pbaī ibidē Nec ab alio qz tūc moueret vt traheret sicut trūc⁹ qđ est ipossibile. ꝯ tc. ¶ Scđo sic mot⁹ ē aliq̄d ptinuū tde gñe ꝯtitatz vt vī. Sz nulla ꝯtitas ponēda est ī angelo qz simplex ē t idiuisibilis vt patz. ꝯ tc.

7. phisi.

¶ Tertio sic. Si angelus mouetur/aut mouetur ī tempore/aut in instāti. Sz nō in tempore. Probatio quia velocior est mutatio angeli ꝯ quecūq; mutatio corporalis. Sed multe sunt mutationes corporales que nō sunt in tēpore sicut illuminatio generatio t sic de ālib⁹ ergo t mutatio angeli. Nec in instāti quia impossibile est q̄ motus sit in instanti sicut q̄ mutatiovt distinguitur contra motuz sit in tempore. ergo tc. ¶ Quarto sic. Punct⁹ ratione sue simplicitatis nō mouetur qz impartibile nō mouetur per se

6°. phi.

sexto phisicorum. Sed angel⁹ non est minus simplex nec indiuisibilis ꝯ pūctus. ꝯ tc.

¶ Contra

Angeli mittuntur frequēter de celo ad terram tmali angeli corruerūt de celo in ifernū. ergo tc. Similiter etiā alia xpi beata quantūcunq; simplex tidiuisibilis tspiritualis descendit de cruce ad limbū. ergo tc.

¶ In ista questiōe sic procedā

Primo inquiram. Utrum angelus potest q̄ se moueri quod dico ad differentiā eorum que mouētur per accidēs t inquiram per quem modum. ¶ Secundo Utrum potest moueri in instāti. ¶ Tertio Utrum de extremo ad extremum non transeundo per medium.

¶ Quantum ad primum ar/

Angel⁹ an per se moueri valeat.

ticulum Diceret philosophi tdixisset q̄ impossibile est angelum per se moueri localiter. Licet enī angelus vel intelligentia per se mouere potest corpus non tamen per se potest moueri localiter. Ad hoc adducuntur quattuor vel sex ratiōes difficiles ¶ Prima ē ista. Omne quod per se mouetur partim est in termino a quo tpartim in termio ad quē. Nam dato q̄ totū sit in termino ad quē iam nō mouetur: sed desciit in illo tsimiliter de termino a quo Sed angelus nō potest esse partim in vno loco tpartim in alio quia simplex ē et indiuisibilis non hns partem t partem t ideovbiq; totus est. ergo tc.

¶ Secūda ratio est ista. Omne quod per se mouetur ꝑus pertrāsit spacium vel locum sibi equalē ꝯ maiorem vel prius est in loco sibi equali vel spacio ꝯ ptrāseat maius: hoc patet plāe. Si ergo angel⁹ per se localiter mouetur cum locus equalis sibi nō non possit esse nisi locus punctalis tin quoz continuo sint infinita puncta sequitur q̄ trāseundo q̄libet continuum tpartem eius est in locis infinitis ī actu īmo quia nihil sibi correspondet ꝓ loco nisi indiuisibile puta punctus sequitur q̄ nō sit alicubi nisi in punctis illis t sic motus eius cōponatur ex indiuisibilibus tnon sit cōtinuus quod est cōtradictio t impossibile sicut probatur octauo phisicoz.

¶ Tertia ratio vniuersaliter se habet angelus ad moueri in corpore vel in pleno sicut corpus in vacuo ꝓpter hoc enī vt videtur: quia nō plus resistit corpus angelo mobili vel mouenti angelum ꝯ resisteret vacuum. Sed impossibile est q̄ motus sit in vacuo. quarto phisicorum. Et rationē reddit commentator quia motus successiuus est t successio nō est in motu nisi propter resistētiam motoris ad mobile vel ecōuerso: vel medij ad motorem vel ad mobile. Hic autem nullum istorum inuenitur. ergo tc.

4. phisi.

¶ Quarta ratio est ista. Omne illō quod p se mouetur localiter per se est in potētia ad formam corporalem que est vbi: quia omne quod mouetur p se per se est in potentia ad terminum t entis imperfecti ꝑm huiusmodi. vbi autē est per se terminus motus localis. Sed angelus cū sit spiritualis t actuale ens nō est per se in potentia advbi nec ad aliquā formam corporalem. Non enim videtur maius inconueniens q̄ angelus informet materiam corporalem se habendo ad ipam sicut forma t act⁹ ꝯ informetur a foꝛa corporali tsit materia respectu ei⁹ ergo tc. ¶ Quinta ratio. Quilibet mot⁹ localis ꝓportionabilis est alteri in velocitate sicut quodlz quantum alteri ꝯto. Sed angelus nō pōt proportionaliter secūdū velocitatem moueri ad corpus vt videtur sicut etiā nec spirit⁹ ad corpus est aliqua ꝓportio sicut indiuisibilis ad diuisibile. ergo. tc.

¶ Sexta ratio est Mobilitas vel motus est passio per se adequata corpori phisico sicut patet: qz omne mobile per se est corpus t omne corpus mobile et pertinet per se ad cōsiderationem phisici. Sed angelus nō est corpus phisicum nec ꝑsideratio ei⁹ pertinet per se ad phisicum nisi forte inquantus motor sicut t cōsideratio primi motoris. ergo nō est per se mobilis localiter. ¶ Hec est pcio ī qua omnes philosophi conueniunt q̄ angelus per se nō est mobilis sicut nec corpus necvniuoce nec in loco cum corpore nec cōmensurabile locovt videtur.

¶ Sed predictis non obstan

Mgr agelꝰ p se pt moueri localiter

tibus. Dico q̄ angelus per se pōt moueri localiter. Mō pbo ¶ Primo sic. Omne illud limitatū non adequatum tali loco nec adequate respiciens ipm quod est per se in loco inadequate determinat sibi talem locum vel sic determinatur ad ipsum q̄ sibi repugnet ali⁹ locus tsi est in potentia ad alium locum habendum potest moueri ad ipsuz. Sed angelus per se est in aliquo loco quē nō respicit adequate: quia sic est in vno loco q̄ nullam determinat nec per ꝓsequēs aliquis alius repugnet sibi vbi tamē sit sibi ꝓportionatus. Similiter etiā non est vbiq; sicut in loco. ergo tc. ¶ Secūda ratio est ista. Oē receptiuum formatum alicuius generis quod non est ex se determinatū ad aliquaz illarum pōt mutari ad aliquam ipsarum vel de vna ad aliam vt patz quia ad qualibet ꝯtum est ex se est in potētia passiua. Sed angelus est receptiuus formarum alicui⁹ generis q̄ sunt vbi diffinitiua. Nec oē vbi sibi determinat nec aliquod illorum sed est indifferēs ad omnia vel saltez ad multa. ego tc. ¶ Tertia rō est ista. Omne creatū difficile per locum qđ potest esse presens alicui loco cui ꝓus ꝑsens nō erat de nouo potest recipere respectū aliquem realē ad talem locum. Puta respectū vbi: qz q̄ de non presente fiat presens nō est nisi per aliquam mutationē non loci ergo sui vt videtur. Sed angel⁹ est hmōi ergo de nouo potest mutari ꝑm vbi. Sz hoc ē localiter moueri. ergo tc. ¶ Quarto sic. Nulli quod nō est illimitatum ad omne vbi cui ꝓuenit aliquod vbi repugnat habere aliud vbi. Sed angel⁹ habet aliqđ vbi diffinitiuū tnon est illimitatum ad omne vbi sicut deus. ergo tc. ¶ Quinta ratio Angel⁹ est in celo vel in orbe qđ mouet. Aut ergo ī toto orbe vel pte Non in toto orbe vt videt qz qua rōne simul eēt in oriēte toccidēte pi rōne vbiq; in orb⁹ partibus orbis qđ nōvt eē vez. igit ē in pte orbis. Tūc sic aut angel⁹ mouet cū parte orbis/aut stat pte orbis mota t recedente. Sed ex vtroq; sequitur q̄ mutetur

secūdum locum aliquo modo: quia accipit nouum vbi diffinitiuum ad partem succedentem. ergo ꝛc. ¶ Dices q̄ non valet. Nam istud non cōcludit nisi q̄ angelus non moritur: sed magis pars ipsa oꝛbis vel partes que recedunt ꝛ accedunt angelo stā te vel si mouetur cuꝫ parte hoc est per accidens ad motum partis ꝓtinentis ipsiꝰ diffinitiue sicut nauta ad motum nauis continentis ipsum circūscriptiue. ¶ Dico q̄ ratio concludit q̄ angelus p se potest localiter moueri: quia si sic stat vel mouetur cū parte sicut tu dicis nō repugnat sibi moueri per se illa parte stante sicut etiaꝫ nauta moto stante naue ipsa eoipso q̄ est aliquid per se locabile ꝛ sic in isto loco q̄ etiam in alio. Similiter etiaꝫ si ponatur angelus stare recedente parte quia negari non potest quin adquirat nouum vbi ad partem succedentem ꝛ qua ratione non repugnat sibi recipere nouū vbi ad partem aduenientem eadem ratione/ nec repugnat sibi recipere nouum vbi ad consimilem vel eā dem partem stantem quia eiusdem rationis est totum vtrobiq̄ ꝛ hoc posito q̄ per se mouetur. ergo ꝛ cetera. ¶ Iste rationes quinq̄ probant q̄ angelus per se potest localiter mutari: quia vera mutatio ad locum vel ad vbi duplex est. Una instantanea sicut corpus christi mutatur quādo fit in altari de nouo sub speciebus vbi ꝓius non erat et alia successiua que est ꝓpꝛie motus. ¶ Probo q̄ potest per se mutari mutatione successiue que est ꝓpꝛie motus quia quod est per se locabile loco diuisibili ꝛ in potentia ad alium locum diuisibilem per se potest successiue mutari vel moueri de loco ad locum: quia sibi non repugnat successiue relinquere primum locum partem post partem subintrando alium locum partem post partem accipiendo partem ꝛpartem ex parte loci. Sed angelus est huiusmodi sicut dictum est supra. igitur. ꝛc. Unde sicut corpus occupans locum circūscriptiue quod est in potentia ad alium locum continuum vel contiguū potest successiue moueri in loco deserendo partem post partem ꝓimi loci ꝛ subintrando partem post partem secundi. Ita videtur in ꝓposito de angelo existente in loco diffinitiue q̄ non minus potest hoc ꝛ sic successiue mutari ꝛ per consequens moueri. Sed vtrum in instanti ad sequentem articulum pertinet vbidem apparebit. Sic igitur dico q̄ angelo non repugnat moueri localiter: et q̄ frequenter mouentur ꝛ mutantur.

vera mutatio duplex.

Ad ꝓimū ꝓ philosophis dicitur. Quoad primam ꝓpositionem q̄ omne qđ mouetur partim est in termino a quo ꝛ cuiꝰ accipiēdo ly partim ex parte mobilis vel ex parte termini vel ex parte vtriusq̄. In ꝓposito accipitur tantus ex parte termini vel loci: nec oportet q̄ accipiātur semper ex parte mobilis sicut patꝫ etiam in aliquo motu alterationis cuiusmodi est motꝰ intēsiuus albedinis in eodem subiecto toto aliquid eſ̄ totum potest esse album ꝛ in ipso intendi albedo et potest moueri in albedinem intendendo ipsam sic q̄ talis successio non accipitur ēm partes subiecti sed ēm partes ꝛ gradus albedinis aduenientes eidem subiecto. Sic in ꝓposito. ¶ Ad secūdam dicitur q̄ licet angelus ex parte sui non sit partim in loco vno ꝛpartim in alio: sed totus vbiq̄ est q̄ simplex tamē ex parte loci bene qui est partibilis ꝛ hoc patꝫ ideo

Tōcl'o p̄ dictoꝝ

nō valꝫ. ¶ P̄. Nota q̄ vbi ipsius angeli quod quidem est habitudo ad locum ēm cuius variationes attenditur motus in angelo est alius ad totum locum ꝛ aliꝰ ad qualibet partem loci naturaliter aptam natam locare aliquid ꝛ in qua dicitur angelus esse sicut in loco seu parte loci ꝛ hoc patet quia angelo recedente a loco ꝛ subintrante alium locū non oportet ipsum statim non esse in qualibet parte ꝓris loci licet non sit amplius in toto ꝓiori loco qui libet tamen illorum respectuum simpler est non habens partes quantitatiuas simul manētes vel existentes sicut nec angelꝰ in quo recipitur talis respectus. Ita q̄ secūdum successionem taliū respectuū ad diuersa loca vel partes locoꝝ in angelo attēditur motus qui nō est continuus: si tamen vere est cōtinuus ex parte subiecti. Puta āgeli nec ex partibus vnius forme vel vnius vbi continuati vel extensi in subiecto: quia tale vbi nō est in angelo sꝫ ex continuitate spaciꝫ. Ita q̄ motus continuatus ex spacio ēm diuersas partes suas terminatur ad diuersa vbi ipsius angeli respectu partium loci quibus habitis simul habetur vnde aliud vbi ad totū locum in quo est angelus ꝓimo ꝛ adequate. ¶ Alii qui tamen videntur dicere q̄ motiua Aristotelis q̄ que probat q̄ indiuisibile non mouetur nihil valēt etiam de idiuisibili q̄titatis cuiusmodi est punctꝰ ꝛ q̄ potest in eaſdem difficultates ꝛ eadem inconuenientia induci in quas vel in que inducit alios.

De vbi āgeli no/tanda.

Motiua Arist. de idiuisibilis imobilitate.

¶ Nam motiuum suum quare ponit q̄ indiuisibile nō mouetur nec potest moueri, videtur esse: quia mobile dum est in termino a quo non mouetur: sed quiescit dum est in termino ad quem non mouetur sed mutatum est vel motum ergo ad hoc q̄ mouetur oportet q̄ partim sit in termino a quo ꝛpartim in termino ad quem. Sed idiuisibile partem ꝛ partem non habet. ergo ꝛc. ¶ Secundum motium est quia omne mobile dum mouetur est in quolibet instanti motus in spacio sibi equali ergo indiuisibile in loco indiuisibili ꝛ cum transit ab extremo in extremus pertrāsit omnia spacia sibi equalia ꝛ signat ea in actu. ergo cum infinita sint spacia sibi equalia in continuo quia infinita puncta vel indiuisibilia ī quolibet cōtinuo si moueretur sequeretur q̄ ī actu pertrāsiret infinita ꝛ signaret actualiter ipsa quod est impossibile. ¶ Modo probatur q̄ ꝓra Aristotelem sequantur eedem difficultates vel eadem inconuenientia possibile est esse speram super planū contingendo eam in puncto. Punctus ergo spere mouetur ꝛ planum est q̄ in quolibet instanti significat indiuisibile sibi equale nec est partim in termino a quo ꝛ partim in termino ad quez. ¶ Preterea. Volo modo sperā Da mihi corpus quodlibꝫ superficiale mobile illud in sua superficie terminatum est per lineam. Moueantur ergo ab extremo in extremum. Planum est q̄ linea illa secundum latitudinem est indiuisibilis ꝛ planum est q̄ ipsa ī quolibet instanti est in spacio sibi equali ꝛ signat lineam indiuisibilem in spacio sicut etiam ipsa est indiuisibilis q̄ tangit planum in indiuisibili et in actu: quia nusq̄ recedit ab ipso plano. ¶ Ex hijs sequuntur omnia inconuenientia contra Aristotelem que adducit contra alios. Nam impossibile est illud punctum partim esse in termino a quo et partim in termino ad quem partim in vna linea ꝛ partim in alia eque distante et similem lineam: quia

Contra Ari. motiua.

Incōuenientia Arist. ꝓ eum.

Epilogatio p̄dictoꝝ

indiuisibilis est secūdum latitudinez. ¶ Similiter secundum inconueniens q̄ in omni instanti linea tangit spacium sibi equale ꝛ per consequens indiuisibile ergo indiuisibile est consequēter ens indiuisibili in plano ꝛ transit in actu infinita idiuisibilia q̄ in superficie qualibet sunt infinite linee sicut et infinita puncta in linea que sunt incōueniētia cōtra alios adducta. Et pz q̄ ad ipsa habet Aristoteles respondere sicut ipsi. ¶ Respōdetur autez ꝓ Aristotele q̄ nec linea nec punctus per se mouentur sꝫ per accidēs ꝛ ideo nec oportet q̄ sint partim in termino a quo nec partim in termino ad quem. Nec q̄ tangant in actu spacia sibi equalia vel indiuisibilia sicut indiuisibile tāgeret si p̄ se moueretur ideo non est ad ꝓpositum. ¶ Aliter respōdetur ad primum q̄ nō est dare perfectam sperā mobilē super planum in natura. ideo ꝛc. ꝛ q̄ spera naturalis tangeret planuꝫ in linea non in puncto. Sꝫ iste solutiones parum valent. ¶ Prima nō valet. Nā licet partes per accidens moueātur in toto ad motum totius tamen nō minꝰ habent spacia sibi equalia ꝛ designant vel tangunt q̄ si per se mouerentur Similiter non plus sunt tote in termino a quo vel ad quem q̄ si per se mouerentur igitur similiter de linea ꝛ puncto. ¶ Si argumenta tua valeant secūda solutio nō valet: qz licet non sit dare perfectam speram naturalem hic inferius tamen possibile est dari virtute diuina ꝛ perfecte rectum planuꝫ ꝛ spera posset moueri super planum ꝛ non tangeret nisi ī pūcto. Similiter etiam patet de celo quod ē perfecte spericum ꝛ credo q̄ virtute diuina mobile est super aliquod planū qđ posset deus facere vel etiā aliqđ corpꝰ sphericuꝫ aliō nāle qđ posset deꝰ facere. ¶ Secūda solutio nō valet quia sicut spera mathematica perfecta nō tangeret planuꝫ in linea sed in puncto. Ita ꝛ spera naturalis perfecta qz eadez est spera nō differens nisi secūdum rationem. ita q̄ naturalitas vel sensibilis qualitas nō immutat tactū mathematicum nec modum tangendi vt patet.

¶ Videtur ergo sequi ex predictis q̄ indiuisibile posset moueri ꝛ describere totam lineam spaciꝫ nō tamen sequitur magnitudinem sequi ex indiuisibilibus sicut dixerunt aliqui ad euasionem predictorum. ¶ Contra quos arguunt isti quia sequeretur q̄ dyameter quadrati esset equalis coste. Quod probatur per hoc: quia si costa componeretur ex punctis sicut dicis. Ponatur q̄ a quolibet puncto coste vnius protrahatur linea recta ad aliam costam correspondentem ꝛ eque distanter ad inuicem sint iste linee. Aut igitur linee adequāt omnia puncta dyametri. Ita q̄ quelibet transit per vnuꝫ punctū dyametri ꝛ nullus relinquitur qui nō tangatur ab aliqua illorum: ꝛ tūc patet q̄ tot sunt puncta in dyametro quot in costa ꝛ econuerso. ꝛ costa est equalis dyametro ꝛ cōuerso quod est inconueniens etiam contra sensum. Aut non tanguntur omnia puncta dyametri sed aliqua relinquuntur intacta: tūc quoꝝ ab illo puncto intacto in dyametro. Planuꝫ est q̄ contingit ducere lineam rectam eque distantem inter alias duas vsq̄ ad costam. Sed planum est q̄ terminari non potest ad aliquod punctuꝫ ad quod terminetur alia predictaruꝫ linearum: quia tunc linee parallele concurrerent ꝛ eque distantes quod est impossibile. igitur ad aliquem pūctum inter medium terminatur in costa ꝛ hoc est contra positum

quia ponebatur ꝓius q̄ a quolibet puncto coste ꝓ traheretur linea ad aliam costam per dyametrum Similiter etiam ex hoc sequitur propositum q̄ sint equalia pūcta in costa ꝛ dyametro ꝛ ita costaꝫ dyameter sunt equalia si linea coponatur ex punctis.

Vide

¶ Ad saluandum ergo duo dicta Aristotelis. Dicit vnus q̄ continuum non componitur ex indiuisibilibus sicut probatum est tamen indiuisibile quātitatis etiam si esset posset moueri. ¶ Quando autem Aristoteles dicit q̄ indiuisibile non potest moueri. Dicit q̄ verum est tamē illud ex parte cuius possit accipi successio vel cōtinuatio motus: sꝫ magis ex parte spaciꝫ accipitur successio in motu/indiuisibili: quia indiuisibile partez ꝛ partem. Nec plura indiuisibilia habet sicut spacium. ¶ Quando dicitur vltra q̄ illud quod mouetur / partim est in termino a quo ꝛ partim in termino ad quem. Dicit q̄ verum est de mobili ex parte cuius accipitur successio in motu non autem de quolibet indiuisibili. ergo secūdum Aristotelem moueri non potest tamē illud ex parte cuius accipiatur successio motus ꝛ hoc est verum. Nec plus concludunt rationes ipsius. ¶ Alius dicit q̄ Aristoteles artatur in illis inconuenientibus que sunt incōuenientia secundū ipsum Aristotelem sicut ꝛ aliꝫ contra quos arguit ꝛ ideo dicit q̄ indiuisibile etiam quantitatis moueri potest: sed non a puncto ad punctum immediatū sed a puncto in magnitudinem continuam sicut si lux esset nunc punctalis in medio diffunderet se in totam latitudinem aeris ꝛ ita non est dare punctū post punctum in actu in motu diuisibilis: quia non numerat puncta in actu cum continue mouetur.

Si cum predictis rationibus q̄ indiuisibile quantitatis potest moueri possit stare lineam non componi ex indiuisibilibus: ꝛ tempus non componi ex instantibus nescio. Difficile tamen mihi hoc videtur saluare. Cum enim spera mota attingat secundum punctum quicquid est de linea plani subiecti/ ꝛ nihil attingit nisi indiuisibile sicut dictum. Difficile videtur q̄ linea sit aliquid nisi puncta vel aliquid constitutum ex ipsis. Et in alio exemplo q̄ superficies non componatur ex lineis. Si autem predicta possint stare non video q̄ possint stare nisi q̄ vbiq̄ in linea est punctus ꝛ continuum punctus in potentia eo modo quo debet intelligi ꝛ continuum simul sicut vbiq̄ in linea est continuum et continuum non est sine puncto ꝛ spera attingit continuum in punctis ꝛ non in continuo: ꝛ sic aliquid est de linea quod non attingit punctus puta continuum: tamen puncta attingit in potentia existentia in cōtinuo. ¶ Unde nota hic q̄ puncta esse in linea in potentia non est sicut dicimus antichristum modo esse in potentia tunc nec actu continuaret nec terminaret. Sed esse in potentia est esse non separatū a continuo ꝛ per seipsum sed in continuo ꝛ cum ipso. Sed non video continuitatem motus vel successionem: sed tantum plura mutata esse. Nec video sicut dicit alius q̄ indiuisibile quātitatis potest moueri a puncto in lineam vel continuum quia nec est quantum formaliter nec virtualiter quicquid sit de istis. ¶ Prima solutio videtur bona q̄ angelus sꝫ sit simplex ꝛ indiuisibilis formaliter sibi tamen correspondet locus continuus ꝛ diuisibilis quem potest successiue dimittere ꝛ alium subintrare ꝛ sic est moueri ꝛ esse ꝓtim ī termino a quo ꝓtim ī termio

Esse ī potētia qđ.

ad quem sicut dictum est supra. ¶ Ad secundam rōnē dico q̄ indiuisibile nō est loc⁹ angeli sic̄ dictū est supra. Vñ os q̄ p̄t⁹ sit in p̄ncto tanq̄ in loco sibi equali q̄ in continuo sicut accipitur imo nūq̄ sibi correspondet punctus p̄o spacio vl̄ p̄o loco. Sed locus p̄tinuus sibi p̄mo est equalis ⁊ adequat⁹ vl̄ p̄portionatus ꝺm locationes ⁊ ideo nō est maior difficultas de motu angeli q̄ de motu corporis.

Vacuus duplicit capitur.

¶ Ad tertium dico q̄ vacuum accipi potest ꝑ dimensionibus separatis habētibus esse mathematicum. Alio modo p̄o p̄uatione vel carētia corporis etiā dimētionum infra latera alicui⁹ cōtinētis. Tunc quādo dicitur in maiori q̄ sic se habet angelus ad mouere in corpore vel in pleno sicut corpus in vacuo. ¶ Dico q̄ falsum est accipiēdo vacuum p̄mo modo: q̄ corpus moueri nō posset in vacuo p̄mo mō. Nam dimēsiones separate non possent sibi credere ꝺm Aristotelez ⁊ ita si mouerētur duo corpora eēnt simul in eodem loco vel esset penetratio corporum. Corpus autem vel plenum potest cedere angelo vel saltem in ipso potest moueri angelus. Nec oportet ip̄m cedere ad modum quo os cedere corp⁹ corpori loquēdo etiā de vacuo. ¶ Secundo modo dico q̄ maior est falsa q̄ corpus imo nec angel⁹ in tali vacuo posset moueri localiter saltem aliqua virtute creata que nō potest facere motum sine termino q̄ nō posset habere vbi aliquod ī tali vacuo q̄ in tali vacuo nihil ponitur. Ad nihil autem nō est respectus realis. Sic autez non est de angelo respectu corporis vt patet. ¶ Quādo dicitur vltra q̄ corpus nō potest moueri in vacuo quia ibi non est resistentia motoris ad mobile nec econuerso. Nec medij ad aliquod istorum ⁊ per ꝓsequs similiter nec angelus in corpore vel in pleno potest moueri: q̄ ibi nō est resistentia mobilis ad motorē sui ipsius ad seipsum nec medij ad ipsum vel huiusmodi. ¶ Dicit vnus q̄ ad successionē in motu non requiritur resistētia mobilis ad mouens sic q̄ mouens tale nō possit super mobile: quia nō posset eē motus nec talis resistentia q̄ mobile quātum est ex se semper inclinetur ad oppositum: quia tūc omnis motus successiuus eēt violentus quod est falsum. Sed talis resistentia requiritur q̄ mobile per comparationem ad virtutem motoris nō possit trāsferri a byno vbi in aliud nisi p̄ius habeat mediū vbi: ⁊ talis resistentia est cuiuslibet mobilis ad quālibz virtutem creatas ⁊ ex hoc habetur successio in quolibet motu a virtute creata: ⁊ sic etiam angelus resistit sibiipsi ⁊ medium resistit angelo siue vt motori siue vt mobili: q̄ oportet q̄ p̄ius mobile trāsferatur ad partem posteriorem q̄ ad p̄iorem. ¶ Sed ista solutio nō placet mihi: quia videtur innuere q̄ virtute diuina infinita posset esse mot⁹ vel fieri in instanti quod ego reputo simpliciter impossibile sicut dicā infra. Et dico q̄ ita bene resistit mobile vl̄ medium q̄tum ad hoc virtuti infinite sicut virtuti create ⁊ sicut est impossibile per virtutem creatam motum fieri in instanti. Ita etiam virtuti infinite: quia hoc nō patitur natura motus cuz sit per essentiam successiuus. Bene puto tamen q̄ virtus infinita in instanti posset trāsferre mobile de loco ad locum sed nō per motum: sed per simplicem mutationem instantaneam. Sicut etiam ponit deus corp⁹ x̄pi in altari non transferēdo ipsum de celo. ⁊ ideo quod Cōmentator quarto phisicoruz q̄ aialia morentur in vacuo ⁊ q̄ graue moueretur in instanti omnia ista reputo falsa quōcunq̄ vacuum accipiatur.

Nota.

Rota cor poralis duplex.

¶ Ad quartum dico q̄ forma corporalis potest accipi dupliciter. Uno modo p̄o habitudine formali alicuius ad aliquod corpus ⁊ sic dico ossse quod per se mouetur est in potentia ad formaz corporalem puta ad vbi quod ē habitudo mobilis ad corpus locās vel ad locum ⁊ sic dico q̄ non est incōueniens angelum esse in potentia ad formam corporalem sicut nec ē incōueniens ipsum in loco corporali. Alio modo accipitur forma corporalis p̄o forma extensa quantitatiue vel extendibili: et sic dico q̄ angelus non est in potentia ad formam corporalem sicut probat argumentum. Nec talis forma corporalis est vbi diffinituū in angelo licz vbi circūscriptiuum sit talis forma corporalis in corpore locato vel moto. ¶ Ad quintum dico q̄ motus angeli ⁊ motus corporis in loco proportiōalis est ⁊ quilibet finite velocitatis licet angelus seipsū velocius moueat q̄ corp⁹ ab aliquo alio nisi a deo moueatur vel a seipso. ¶ Dicis q̄ non: q̄ primus motus qui est motus celi est velocius. quarto phisicorum. Dico q̄ verum est inter motus corporum de quib⁹ Aristoteles loquitur. ¶ Dico etiā vltra q̄ motus vtriusq̄ tam angeli q̄ corporis prout distinguitur a mutatione est successiue ⁊ q̄ a deo vterq̄ potest fieri in equali tēpore nec potest facere motum angeli in tam paruo tempore quin possit motum corpis in tam paruo. Nec motum corporis in tam longo quin etiam motum angeli in tam longo Unde dico q̄ sunt ꝓportionabiles. ¶ Quādo dicis q̄ non habent proportionem sicut nec diuisibile ⁊ indiuisibile. Dico q̄ non semper accipitur proportionabilitas motuum sicut nec successio ex parte mobilis vtriusq̄: sed magis ex parte spacij sicut est in proposito. Spacium autem vtriusq̄ diuisibile est. ideo. ⁊c. ¶ Ad sextum quādo dicis q̄ mobilitas est passio adequata corporis phisici. potest dici q̄ verum est de mobilitate secūduz vbi vel situ circūscriptiuum vel corporalem. Non autem mobilitas vniuersaliter accepta sic q̄ omne mobile sit corpus: quia est dare mobile secūduz vbi diffinitiuum quod non est corpus sed est angelus vel spiritus.

¶ Vel dicēdum est q̄ maior est vera secūduz reputationem Aristotelis licet sit simpliciter falsa. Unde cōsequenter dici potest q̄ angelus per se potest esse de consideratione phisici tanq̄ subiectum motus ⁊ per se mobilis non solum inquātum maior: licet hoc nō senserit Aristoteles nec alij philosophi sicut dictū est supra. Hec de primo articulo.

¶ Quantum ad secunduz articulum.

Dicit vnus doctor q̄ motus angeli potest esse continuus vel non continuus. Si sit continuus impossibile est q̄ sit in instāti. Quod probat quia si esset in instanti oporteret dicere q̄ in toto tempore precedēti quiesceret in alio loco. Sed hoc est impossibile: quia si aliquid quiescit in aliquo tempore toto in quolibet instanti illius tēporis se habet vniformiter ⁊ non aliter q̄ nunc q̄tum p̄ius. Unde impossibile est q̄ aliquid in tempore precedenti quiescat in aliquo ⁊ in instāti illius temporis moueatur vel fiat siue sit in alio. ¶ Sed est dare necessario vltimum instans quietis in illo in quo quiescebat: et nunc in quo vltimo fuit in loco precedenti ⁊ postea aliud nunc in quo sit in alio loco. Inter q̄libet duo nunc est tempus ⁊ illud tempus est in quo mouetur ergo. ⁊c. Dicit etiam q̄ licz nō sit possibile aliquid quiescere in aliquo loco per totū tp̄s ī vltio istāti moueri vel eē in alio propter cām predictaz q̄ quiescere est se habere nō aliter q̄ p̄ius: tamen in motu est possibile q̄ in toto tempore non sit in termio motus ⁊ tamē in vltimo instāti illi⁹ sit in termino q̄ moueri est se habere aliter q̄ p̄ius ⁊ in quolibz instanti tēporis in quo aliquid mouetur se habere aliter q̄ p̄ius: ⁊ ideo ꝯcludit q̄ os necessario generationem ⁊ illuminationē ⁊ tales mutationes instantaneas eē terminos alicui⁹ motus q̄ in talibus id quod mutatur in vltimo instāti tēporis ē sub aliquo vel habet aliquid q̄ prius nō habebat ⁊ in toto tempore precedenti est aliquis motus terminatus ad tales mutationes. Unde dicit q̄ generatio est terminus alterationis ⁊ illuminatio est termin⁹ motus localis ipsius solis ⁊ huiusmodi. Si aūt angelus nō moueatur p̄tinue: q̄ de vno loco se potest facere statim in alium locū ꝺm motum nō p̄tinuus tunc dicit q̄ motus ei⁹ est in tempore sed nō in tempore p̄tinuo sed nō p̄tinuo ⁊ tale tempus quo mensuratur motus angeli siue sit p̄tinuū siue nō: nō est idem cuz tēpore quo mēsuratur mot⁹ celi ⁊ quo mē surantur oīa corruptibilia que habent mutabilitatem ex motu celi q̄ motus angeli non dependet ex motu celi in aliquo sicut dicit.

Nota hec.

¶ Contra istam positionem

Arguo q̄tum ad multa. P̄imo p̄tra illam distinctionem motus in p̄tinuum ⁊ nō p̄tinuum: q̄ mot⁹ ꝺm ipsos est de genere continuorum non minus q̄ tempus. ergo ponere motum nō cōtinuum. Et ita illa distinctio distinguit motū in motū ⁊ non motū ¶ Secundo sic. Quod nō est vnus mot⁹ nō est motus. Sed motus nō p̄tinuus nō est vnus motus: q̄ cōtinuitas mot⁹ est sua vnitas ꝺm ipsos ⁊ ideo de⁹ vt dicunt nō pōt reparare vnum ⁊ eundem motuz: quia interrumpit⁹ per nō eē. ergo dicere motū nō cōtinuum est dicere motū nō motum: sicut dicere lineam nō p̄tinuam est dicere lineam nō lineam. Similiter etiā de tēpore p̄tinuo ⁊ nō p̄tinuo. ¶ Secūdo arguo p̄tra motiuum p̄clusionis: licz eīm p̄clusio sit vera tamē motiuum est nullum. scz q̄ idem in toto tempore nō possit aliquid quiescere in aliquo vl̄ sub aliquo ⁊ in vltimo instāti terminatiuo illius tēporis non possit esse sub aliquo vel fieri: sed os ip̄m eē sub eodē in vltimo instāti illo. ¶ Cōtra in p̄uersione panis in corpus x̄pi planum est q̄ panis subsistātia quieuit per totum temp⁹ p̄lationis verborum in altari ⁊ fuit ibi ergo per istud dictum in vltimo instanti. Sed hoc est falsum q̄ in vltimo instanti p̄lationis verborum est ibi corpus x̄pi nec manet vl̄ est ibi subsistātia panis. quare ⁊c. Similiter etiā aer quieuit sub esse tenebroso vel sub tenebra per totū tempus noctis ⁊ in vltimo instāti illuminatur a sole: q̄ illuminatio fit in instāti ⁊ ita in vltimo instanti illius temporis nō est tenebrosus nec manet sub tenebra. Similiter etiam materia sub p̄uatōe alicuius forme sicut sub forma incōpossibili remansit per totum temp⁹ precedēs siue sit ibi alteratio p̄ siue nō ⁊ tamē in vltimo instanti fit sub alia forma Nec os q̄ maneat sub p̄iori forma nec sub p̄uatione forme aduenientis ꝺm doctrinam Arist. octauo phisicoruz. vbi expresse determinat q̄ instans terminans tempus est posterioris passionis. Quod autem dicunt q̄ ista sunt termini mot⁹ nihil valet hoc enim est per accidens. Potest eīm aer esse tenebrosus per tempus ⁊ illuminari in instanti a luminari nō aduenīēte per motū: sed creato in instāti a deo. Similiter ēt de generatione. Dico q̄ potest fieri in instanti sine alteratiōe que sit motus: tamē hoc eēt simpliciter impossibile si dictum eorum esset verū.

Vide argumētū.

¶ Tertio q̄ ꝓtradicunt sibiipsis q̄ dicūt q̄ motus non cōtinuo potest angelus moueri in tempore nō continuo immediate de loco ad locum. Tūc arguo In parte temporis nō continui quieuit angelus in p̄iori loco. ergo oportet q̄ in parte temporis talis immediate sequēte quiescat in eodem vel illa pars nō se habet immediate ad altam sicut instans ad tēpus: sed oportet dare aliam partem mediaz ⁊ sic eē etiam de illa parte ⁊ est processus in infinitum vel ipsi cōtradicunt sibiipsis. ¶ Quarto cōtra illd qđ dicunt q̄ angelus potest moueri in tempore nō cōtinuo: quero quid intelligūt per tempus non continuum. Aut enim intelligunt tempus discretuz qđ ponunt aliq̄ ⁊ illud est fictum sicut probatum est ꝺ stinctione secūda: et similiter illius temporis ꝓtes sunt indiuisibiles nec possunt eē mensura motus. Aut per tempus nō continuum intelligunt partes temporis discōtinuatas: ⁊ tunc quero quo modo p̄ istas partes tēporis mouetur. Nō enim aliter moueturin qualibet parte illius temporis q̄ mouetur in toto tempore cōtinuo vt videtur ⁊ nō est aliō dicere q̄ potest moueri diuersis temporibus vel sic q̄ cadat quies media vel q̄ nō cadat quies media. Stant enim ista duo simul q̄ motus nō sit cōtinuus nec tempus sed sint plura tēpora ⁊ plures motus solum discontinuata per motum esse in actu vl̄ per instans sicut faba ascendendo obuians molari descendenti mouetur duobus motibus ascendēdo ⁊ descendēdo sine quiete media. Et similiter angelus sic posset moueri aliquo motu reflexo. Sed ista nihil faciunt ad propositum vel intelligunt diuersa instātia ⁊ illa nō sunt tempora nec tempus sicut nec plura mutata eē sunt mot⁹.

De faba reflexa.

¶ Ultio p̄tra illd quod dicunt motum angeli nō mensurari tempore quod est passio p̄imi motus: licet forte sit vez quia motus angeli velocior est q̄ motus celi tamen non apparet magnuz incōueniens si ponatur mensurari per ipsum: quia ille est vniformior ⁊ regularior q̄ iste licet iste sit velocior: ⁊ similiter etiam sicut angelus ponitur in loco ⁊ moueri in loco corporali nō videtur magnum inconueniēs si mēsuretur illo tempore quod est passio p̄imi mot⁹ vel p̄imi corporis Nec valet si dicas q̄ angelus posset moueri si celū staret. Ita enim dico de sorte et platone et de rota figuli ⁊ fuit etiam factum in diebus Josue. Non enim tale mensuratum essentialiter dependet a tali mensura creata: sed sufficit ad hoc vt sit mensurabile per aliquod tale notius ⁊ p̄ius vel huiusmodi q̄ mensura cognita per illam possit cognosci quantitas motus que dicitur mensurari siue sit in actu siue non. quare ⁊c. Ex quo patet q̄ non valet ratio eius ad istud: quia ita parum dependet essentialiter motus rote figuli a celo vel motu celi sicut motu angeli: q̄ ita p̄t iste eē sine illo sicut iste. Et tō dico q̄ nec ē ponēda illa positō nec illa ꝺ tp̄e discreto

frustra esset per tempus discretū ponuntur plura sine necessitate: qz totum saluari potest per tempus continuum vel instantia eius in proposito. quicqd saluant per discretum.

¶ Alij dicunt q angelus vbi/ tute diuina potest moueri in instanti sic q tota realitas motus qui esset successiuus si ab agente naturali fieret potest esse in instanti: licet nō sit hoc possibile per virtutem agētis naturalis. Quod autez ita sit probatur quia si tanta virtus mouet in tāto tempore maior virtus in minori tempore: z per cōsequens infinita virtus mouet vel mouere potest in instanti sicut enim infinita virtus ꝓportionaliter se habet ad finitam sic instans ad tempus. Sz virtus diuina infinita est intensiue sicut ꝓbatur octauo phisicorum. ergo. ꝛc. ¶ Secūdo sic. Subiectuz esse virtute diuina sine ꝓpria passione in actu sicut triangulus sine equalitate actuali ad duos rectos quia potest esse sine duobus rectis z similiter materia sine quantitate sicut patet ecouerso de quātitate que est ꝓpria passio substantie corporee que tamen est sine ipsa in altari igitur multo fortius pōt esse econuerso. Sed successio est passio motus vt videtur ergo mot⁹ potest esse sine successione ergo in instanti. ¶ Tertio sic. Illud quod est idez realiter cum forma ad quam est motus potest esse sm totaz realitatem suam in instanti sicut z forma terminās motum. Sed motus est idez realiter cum forma ad quam est motus vt dicunt. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Illud quod virtute diuina potest fieri in pluribus locis simul in eodem instanti potest moueri de vno ad alium in instanti vt videtur. Alias nō posset fieri in pluribus locis. Sed angelus z quodlibet corpus mobile est huiusmodi sicut probatuz est supra de loco angeli. ergo. ꝛc.

Nota de realitate motus.

¶ Istam conclusionem repu/ to simpliciter falsam z impossibilem. Dico enim q impossibile est z implicat cōtradictionem q realitas mot⁹ prout accipitur ꝓprie distinguendo ipm a mutatione sit vel possit esse in instanti per virtutem quācunqz siue finitam siue infinitam. ¶ Hoc probo sic. Illud qd per essentiam suā est successiuū nō potest esse in instāti qz omne tale intrinsece per suam eentiam habet partem z partem sibi inuicez succedentes z incōpossibiles in actu. Sed mot⁹ sicut ꝓbaui in prio est successiu⁹ p suā eentiā z nō p vnum accidēs vel vnā tunicā superindutā sed per ꝓpriam durationē que nihil aliud est q̄ ipse: ergo impossibile est q sit in instāti tempus. ¶ Scdo sic Sicut se habet mutatū esse ad motū. ita instans ad tempus ergo a trāsmutata ꝓportiōe sicut se hz mutatum esse ad instās. Jta motus ad tēpus. Sz mutatuz eē mēsuratur in instāti nec pōt mēsurari tpe nec eē in tpe quacūqz virtute. igit etiā mot⁹ mensuratur tpe z nō pōt mēsurari instāti nec esse in ipso.

¶ Tertia rō. Illud qd hz ptes z est in instāti non pōt esse successiuuz nec est successiuū. ꝓbatio qz in hoc est distinctio permanētis a successiuo q si ꝓmanens hz partes pūt eē simul: sicut partes linee pūt esse simul igitur sicut ꝓmanēs nō pōt eē successiuū nec est successiuū. Jta nec istud cui⁹ partes sunt in eodem instanti. Sed si motus est in instanti partes eius sunt simul vt patet igit nec est nec esse pōt successiuus. hoc est falsum: ergo. ꝛc. ¶ Quarta rō est ista. Uniformiter iudicanduz est de tpe z de motu In tpe em est successio ex motu sicut dicit quarto phisicoꝝ. Sed impossibe est z iplicat ꝯtradictionē manifestā q tpis partes sint simul preteritū z futurū Per hoc em tollitur natura tpis. ergo impossibile est hoc de ptib⁹ motus ergo motus nō pōt esse in instanti: ideo dico q ipossibile est angelum moueri accipiēdo motū ꝓprie in instanti quacūqz ꝑtute. 4. phis.

¶ Ad primum aliozuz dico q Aristoteles nō accipit ibi motuz ꝓprie put distinguitur ꝑa mutationē: sed put accipitur p mutatione in cōi ad motū z ad mutationē instātaneaz z tunc bene vez est q ꝑtus infinita pōt mutare in instanti sicut maior vel minor in tpe maiori vel minori. Jpse em simpliciter reputauit ipossibile q motus ꝓprie accept⁹ eēt in instanti vel posset esse imo q posset eē aliquis mot⁹ velocior motu primi mobilis quē tū nō posuit eē nec fieri posse in instanti.

¶ Nota hic q̄ siue forma sit terminus quo tm̄ siue terminus quod ⁊ quo generationis quod quomodocūq̄ addat cōpositum est primus terminus primitate pfectionis: licet forte forma prior prioritate originis ⁊ semp habeā p̄positū. ¶ Tertia ratio est ista. Illud qđ per se corrūpitur dicit aliquā vnā entitatē realem absolutaz que nō est materia nec forma nec ista duo simul per eandē rationē qua probatum est prius et patet de materia. De forma etiā patet. Idem per se primo generatur ⁊ corrūpitur. Compositum autem p se primo generatur nō forma sicut p̄batū supra. Sed cōpositū per se primo corrūpitur non materia nec forma. Patet in anima rationali que est vnica fōrma in homine ꝫm alios que nec corrūpit̄ per se nec per accidēs. Nec ista simul sic precise accepta quia tunc simul nō essent nec corruptio est aliqua actio ad quisitiua simultatis igitur nō corrūpitur. Similiter nec diuisim: quia tunc non essent in se sicut corruptum in se non est: ḡ ⁊c. ¶ Quarta ratio est ista. Causatum per se a causis intrinsecis dicit aliquid preter causas vel cū ipsis causis: quia nichil est causa sui nec intrinseca nec extrinseca: quia causa in cō muni accipiendo est cuius esse sequitur aliud. Sed cōpositum est aliquid per se vnum creatum a materia ⁊ forma sicut a causis intrinsecis. Patet. 2. phi sicoꝝ ⁊. 5. metha. ergo ⁊c. ¶ Quinta ratio est ista Illud absolutū sicut per se est aliqua passio que nō est partium dicit aliquid positiuuz absolutū pluſq̄ partes: quia oportet q̄ per se subiectuz sit aliquid. Sed cōpositum est aliquid absolutum sicut concedunt ⁊ ipsius est aliqua passio ꝓpria que nō est passio materie nec forme nec istoꝝ simultas: quia ista simultas vel vnio vel nichil dicit super ista sicut dicūt vel dicit respectum sicut alios: ḡ ⁊c. ¶ Sexta ratio est ista. Compositū per se vnū in genere substātie est magis vnū q̄ compositum per accidens: quia istud est vnū per se ꝛ illud per accidēs. Sed si entitas cōposita non esset alia ab entitate materie et forme nō esset plus vnū tale compositum. Probatio/quia materia ⁊ forma ita sunt plura entia sicut substātia ⁊ accidēs. Verū est q̄ vnum per se est in potētia ad alterū. Sed hoc dato ⁊ stāte nō plus sunt vnū ens nec minus distincta entia q̄ substantia ⁊ accidēs: ḡ ⁊c. ¶ Septima ratio est ista. Verbum assumpsit per se primo naturā humanā: quia per se primo fuit humanatus ⁊ factus est homo: ſz nō accepit per se primo corpus nec animā tunc per se primo fuisset corporatus vel animatus nec vnio nem: quia vel est relatio vel nichil sup ista: ergo humanitas dicit aliquid positiuum absolutū sup ista

Aristo.

¶ Ad hoc sunt auctoritates Aristotelis. 7. meta. Prima vbi inquiens de toto per se substantiali dicit q̄ sine cōtradictione possunt partes intelligi sine toto siue cōiunctim siue diuisim. Ponit exemplum de a ⁊ b q̄ possunt intelligi nō intelligēdo illam syllabā ab: ⁊ ideo concludit ibi q̄ partes non sunt totū.

Cōmentator.

¶ Ad hoc est cōmētator. 3. de anima dicēs q̄ ex intelligēte ⁊ intellecto nō fit vnū sicut ex materia ⁊ forma resultat aliquod tertiū addēs aliquid super partes.

Phūs.

¶ Similiter. 5. methaphi. dicit Aristoteles expresse q̄ bis tria non sunt sex. et planum est q̄ tria bis accepta coniunctim et simul accipiuntur.

Auicen.

¶ Unde et hoc allegat Auicenna secūdo methaphisice dicens sic. Si denarius congregatur ex nouē et vno vnitis proueniat aliquid aliud ab vno et nouem quod est decem. Ideo dicit ipse egregius philosophus Aristoteles q̄ bis ⁊ tria nō sunt sex: sed semel sex sunt sex: vel sex non esse bis tria: sed vnum sex: et intelligende sunt auctoritates iste omnes de composito per se vno ex actu et potentia sicut dicit philosophus de numero et verum est si sit aliquid per se vnum compositum. Sic igitur dico q̄ compositum addit super partes aliquam entitatem vnam realem positiuam absolutam que non est entitas alterius partis nec amborum siue simul siue diuisim acceptarū sicut p̄bant premisse rationes. Si dicas ꝯ predicta q̄ si ꝓpositū addat aliquid absolutū sup ptes essentialr distictū ab eis quarū vnio naturalr p̄cedat naturā ꝓpositā sicut etiam dicetur infra sequitur q̄ partes possint esse vnite ⁊ nō erit hūanitas seu natura substātialis cōposita que dicitur totum p se vnum in genere substātie. Sicut etiam omne prius natura eēntialiter distinctum ab alio pōt esse sine eo. Solutio Dico q̄ verum ꝓcludit argumētuz. Nec est aliq̄s incō

Vide.

Nota de toto.

uenies q̄ virtute diuina sit hoc possibile licz nō virtute nature. Unde in aljs totis que sup partes nō addūt nisi vnionem nō p̄t hoc esse nec virtute diuina nec alia vt q̄ vniantur fundamētum paries ⁊ tectum ꝫm situs requisitos ad domū ⁊nō sit domus. Et ratio est in promptu nō sibi in ꝓposito.

¶ Quantū ad modū ponēdi istam ꝓclusionem. Notandū est primo q̄ totum dupliciter potest intelligi addere aliquam entitatē super partes. ¶ Uno modo sicut pars superadditur parti sicut tectum superadditur parieti ⁊ paries fūdamento ⁊ forma que est pars aduenit ⁊ superaddi tur materie ⁊ isto modo null⁹ intelligēs ponit q̄ totum superaddat omnibus partibus suis aliquā entitatem positiuam absolutam: hoc em̄ implicat cōtradictionem manifestam ⁊ valde grossaz. Sic em̄ vltra omnes partes esset aliqua pars ⁊ eēt processus in infinitum quod est ipossibile. ¶ Alio modo intelligitur addere aliquam entitatem super partes vel vltra partes nō sicut entitatem partis sed entitatem partem totius. Unde totum est sicut homo super animā ⁊ corpus addit humanitatem vel dicit magis ꝓprio q̄ addit q̄ est entitas specifica perfecta realis absoluta totius hominis. Nec est entitas materie nec forme diuisim: qz est entitas cōposita istoꝝ simul: sicut frequēter dictum est supra. Sed est entitas tertia cāta ab ipsis vel ex ipsis sicut ex causis per se intrinsecis.

Hūanitas quid

¶ Et si queras quid ē humanitas. Dico q̄ est humanitas cū Auisce. 5°. metaphi. ⁊ substantia quedam ⁊ natura vel eēntia specifica hominis per quam per se reponitur ī genere vel p̄dicamēto. Ita potes quere ab Aristotele quando distinxit naturam in materiā ⁊ formam ⁊ cōpositum quinto metaphi. quid itellexit per cōpositum. Non materiam nec formaz. Nec ista simſ quia ista simſtas precise sic accepta nō facit tertiā substantiam: qz non est nisi respectus nec vnio etiā sicut p̄babo infra. Quid ergo respondeas p Aristotele Diuisit ne naturam in materiam et formam ⁊ nihil vel in materiam ⁊ formā ⁊ simultatem istoꝝ non/sed in cōpositionem: igitur ꝓpositum habz rationem tertie substātie respectu istorum ⁊nature q̄ est substantia. Similiter in principio secūdi de aīa Diuisit substātiam in materiam ⁊ formam ⁊ tertiā que est composita.

Notādū

¶ Unde nota hic q̄ licet Arist. secūdo physicoꝝ nō distinxerit naturam nisi in materiam ⁊ formam ⁊ ibi negauerit ꝓpositum esse naturam tamē in quinto metaphi. Dicit cōpositū esse naturam. Ita q̄ nō solum natura dicitur de materia ⁊ forma: sed etiam de cōposito ex hijs. Unde et hoc pz ex cōmuni modo ⁊ vsu loquēdi tam philosophorum q̄ aliorum dicitur humanitas esse natura hominis. Et planum est q̄ humanitas nō soluz dicit materiam nec formam partez distinctā essentialiter cōtra materiam: sed dicit totum compositum.

Nā qđ

Et forte posset hoc cōuinci per descriptionem nature datam secūdo physicorū. Ubi dicit q̄ natura ē principium motus. ⁊c. Nam siue accipiatur principium subiectiuū siue principiū effectiuum. Planum est q̄ toti cōposito conuenit esse principiū taleꝝ perfectius ⁊ completi⁹ imo solis compositis quantum ad multa que non conueniūt nisi ꝓpositis ipsis ⁊ non partib⁹ saltem vt subiectis quare aūt negauerit hoc in physicis nescio cum sicut iam dixi descri-

ptio eius hoc ꝓcludat si bene deducatur. Similiter etiam Boetius qñ distinxit in predicamētis substantiam in materiam ⁊ formā vel cōpositum. Planum est autem q̄ tertia substātia aliquid addit vel superaddit super duas ⁊ aliquid dicit plus q̄ due aliquid positiuuz reale quare. ⁊c. ¶ Dices ego nō possum intelligere. Dico q̄ ista est debilis instantia ⁊ dico q̄ multo minus possum intelligere illa q̄ tu dicis. Et puto q̄ timet multo minus itelligas istud quo modo substātia cōpositi per se est in predicamēto substātie nec est nisi aliq̄ substantia/quo modo. ergo potes capere q̄ nō sit ibi alia substātia a materia ⁊ forma siue diuisim siue simſ qz si diuisim accipiantur quelibet est vna substantia que p se nō est in genere. Si accipias eas simul nō nisi due substantie simplices ⁊ habētes respectus simultatis.

Totī diffinitio.

Et videas quid istarum est per se in genere. Puta tu bene potes videre in toto per aggregationem. Puta in domo q̄ in ipso est aliquid. Unde totum est quod addit super partes ⁊nō ē pars nec partes puta ordo partiuz. Dicimus enim q̄ in domo sunt tres partes fundamentū paries ⁊ tectuz. Nec dicimus q̄ ordo istam partium sit pars nec partes domus. Similiter etiā in toto per accidens inherentis partis ad partem vt albedinis ad hominem in isto toto quod est homo albus. Et non potes ymaginari q̄ ī toto vno per se substātiali sit aliq̄d plus q̄ partes vel partes vel entitas aliqua absoluta eo ipso q̄ subā est. Nescio quare hoc nō potest capi.

Nota.

¶ Secundo notandum est q̄ licet totum dicat aliquid pluſq̄ partes qz seipsum dicit in ꝓpriam entitatem tamen de necessitate includit partes. Nec potest accipi prescindēdo a partibus sic q̄ sit aliquid quod nō includat partes sicut totum includit partes. Non dico q̄ nō sit partes sed q̄ nō includat ⁊ tamē distinguitur ab ipsis sicut aliquid per seynū includens distinguiſ ab inclusis. Secus esset si totum includeret vel diceret aliquid aliud sicut partem tunc enim illud additū esset a partibus illis prescindi. ¶ Si queras vnde hoc q̄ in aljs superaddens quātum ad illud qđ superaddit potest prescindi ab illis quibus superaddit ⁊nō in ꝓposito. Similiter ego quero a te vnde est hoc q̄ in ꝓposito superaddens se habet ad illa/ quibus superaddit sicut totum per seynum ad partes? ⁊ nō in aljs ⁊nō est alia ratio nisi hoc est hoc ⁊ illud est illud: ⁊ alia sunt alia. ¶ Ego q̄ro a te quare caliduz calefacit ⁊nō est alia ratio nisi quia calidum est calidum habens talem virtutem ⁊ frigidū non est frigidum nec habens talem virtutem sed ē frigidum. Unde dico q̄ in omnibus per se totis cōpositis ex materia ⁊ forma tenet hoc q̄ superaddēs nō potest prescindi nec illud q̄ superaddit a partibus quibus superaddit sicut nec totuz a partibus in aljs non habet locum.

vide hec

¶ Tertio notandum est q̄ entitas ⁊ natura compositi in abstracto signata sicut humanitas dicitur forma totius non autem forma partis. Qz autem vocetur forma hoc ē proprie dictum ⁊ ꝫm Aristotelem. Unde ⁊ frequenter Aristoteles quiditatez vocat formam: licet complectatur ⁊ materiam ⁊ formā ⁊ precipue in septimo metaphi: Ita bene enim potest dici q̄ quiditas est for

ma sicut ꝙ partes diffinitionis sunt forme. ¶ Dicitur etiam forma qz est ꝓceptus formalis quiditatiuus rei. Sicut frequenter indiuiduū Aristoteles vocat materiā quia est aliquid contrahens ꝗditatem sicut materia formam suomō. ¶ Dicitur etiā forma in abstracto ⁊ per modū forme significatur respectu concreti habentis istam quiditatem. Sed dicitur forma totalis toti⁹ quod potest dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ īformet totū sicut materia informatur a forma ⁊ sicut accidens informat totū compositum quasi vna tunica supinduta: ⁊ hoc est falsum. Non aūt est forma inherēs. Alio modo ꝙ ꝓ tāto sit totius qz est natura formalis qua totū primo est tale sicut humanitate per se homo est homo forma tāꝫ natura ⁊ quiditate sua formali. ⁊ sic patet ꝙ nō est forma īherēs alicui sicut materie vt materie vel subiecti. Nec ista fōa toti⁹ que est natura totalis rei vt sic abstractiue signata est terminus generatiōis sicut illud quod generatur: ſz magis totum ipsum habēs talem quiditatez quod est singulare tale quiditatis. ¶ Et ideo dico ꝙ talem entitatem addit super partes que per se primo nō generantur nec diuisim nec ꝓiunctim. Et si illā nō adderet Dico ꝙ ita parum generaretur sicut ỹle. Modis igitur predictis voca eam formam si visū non vis non curo. Uocetur. b. dum tamē habeam⁹ realitatez. Hec de secundo articulo.

Hota di stictōem

Ad rōes scde opiniōis ꝫm aliquos.

¶ Quantum ad tertium ar/

ticulum: Restat ponere solutiones aliquoꝝ ad rationes positionis ⁊ ostēdere ꝙ ille solutiones nihil valent. ¶ Ad primam rationē de esse in genere ꝙ se nihil inuenio dictum. Tamen ipsi dicerent consequenter ad dicta sua ꝙ nec materia per se nec forma per se sed ista duo simul sunt per se ī predicamēto. ¶ Ad rationem secūdam dicitur ꝙ nō generatur aliud nisi partes simul iuncte. Totum enim generatur puta corpus animatū bene sed non ē aliud ꝫ partes simul iuncte ⁊ neutra per se g̃neratur. Et additur vnum mirabile dictum ꝙ licet compositum generetur tamen nō est terminus generationis sed magis ipsa forma que tamen nō generatur sed ē termin⁹ generationis. ¶ Ad tertium de corruptione per idē nisi ꝙ dicitur ꝙ nō est ad ꝓpositū argumētum ſm mētem philosophi: qz loquitur de illis q̄ generātur ex elementis: qz ex illis resultat q̄ dam forma. Unde bene ꝯcludit ꝙ nō remanet forma sed materia tātum. Nō est autem simile de illis quoꝝ forma est incorruptibilis sicut anima. Illa enim sic corrumpūtur ꝙ aliqua pars nō corrumpitur nec aliquid absolutum positiuū aliud ab ipsis. ¶ Ad aliud de causato a causis intrinsecis. Dicitur ꝙ cōpositus nō est aliud a materia ⁊ forma. Sz dicitur ꝙ materia est causa forme in recipiendo et forma est causa materie in informādo ⁊ pficiendo. ¶ Ad quintū dicitur ꝙ est aliqua ꝓpria passio nō huius partis vel illius sed ipsarum simul ꝓiunctaꝝ ⁊ coniunctim nō diuisim. ¶ Ad sextum de maiori vnitate totius per se vni⁹ ꝫ per accidens. Dicitur ꝙ argumētum est ad ꝓpositum qz eoipso ꝙ est magis vnum minus addit ꝫ illud qō est minus vnus. Iste sunt solutiones illius primi.

Alia solutio tertie rōnis

¶ Alius respondet aliter ad

illud de ḡfiatiōe dicit ꝙ bene generatio terminatur ad aliquid reale absolutum: sed illud est natura tota que non est aliud absolutuz a materia ⁊ forma ⁊ dicit ꝙ nō est compositum ipm quod terminat generationem quia omne compositum de suo primario intellectu includit compositionē ⁊ per ꝓsequēs aliquē respectum. Et ꝗs dicitur ꝙ materia nō generatur nec forma. ergo nec tota natura que nō est aliud ab ipsis. Dicit ꝙ licet nō sit aliud tamen alio modo se habet ita ꝙ est ista, alio modo se habētia: ⁊ hoc sufficit sicut licet suppositū nihil reale absolutum addat super naturam tamē suppositō cōuenit ꝙ generet ⁊ nō nature. Sic in ꝓposito toti nature cōuenit terminare generationē ⁊ nō materie nec forme. ¶ Ad aliud de corruptione. Dicit vnus ꝙ quādoq; ꝓprie corruptiōe aliquid positiuum absolutum corrūpitur nō solum in alys ab hoīe ſz etiaz in homine ⁊ sicut dixerat in secūdo. In homine sūt saltem quattuor forme/corporea/vegetatiua sensitiua/⁊ intellectiua. Et quādo homo moritur est in eo desitio sensitiue ⁊ vegetatiue q̄ sunt forme absolute: tamen corporea nō ita cito desinit eē ideo dicit ꝙ nō potest dici ꝓprie corruptus licet mortuus ꝫdiu maneret illa forma corporea: qz nōduz aliqd est de nouo generatum. Corruptio autem vni⁹ est generatio alterius. In xp̃o autem per miraculum fuit cōseruata quelibet forma ei⁹. Unde ⁊ vegetatiua ⁊ sensitiua fuerunt separate cum aīa rationali ⁊ assumpte a verbo ⁊ vnite sibi. vnde in morte eius non desiſt esse aliqua forma eius. ¶ Si dicatur ꝙ ymo qz xp̃us fuit vere mortuus ergo in eo desiſt eē aliqua fōa absoluta. Dicit ꝙ mors ⁊ corruptio se habent sicut superius ⁊ inferius. Mam mors in suo per se intellectu nō includit nisi partium separationem. Sed corruptio super hoc addit alicuius absoluti desitionem. Et ideo licet xp̃us fuerit vere mortuus nō tamen fuit corruptus. Iuxta illud Psal. Non dabis sanctum tuum videre corruptionē Ex xp̃o etiaz nihil aliud fuit generatū in morte ⁊ ideo non fuit vere corruptus/licet vere fuit mortuus.

Tertie rationis alia solutio.

Psalm.

¶ Confirmatur hoc ab alijs per Augustinū contra Felicianum dicentē ꝙ sicut tenebrositas in aere non est nisi absentia lucis. Ita mors in homine non est aliud ꝫ absentia anime. ¶ Item per Dionysium secūdo ca. angelice ierarchie. Dicit enīz ꝙ mors in nobis non est alicuius substantie abolitio sicut alijs videtur sed vnitorum discretio ⁊ hoc dicit ibidem Lynconiēsis. ⁊c. ¶ Ad aliud de causalitate causarum intrinsecarum respondet ꝙ causatum a causis intrinsecis nō est aliud absolutum ab ipsis ⁊ illud ꝙ causa est ad cui⁹ esse sequitur aliō nō est intelligēdū nisi de causis extrinsecis: qz nec causa extrinsece sunt vniuoce cause cum extrinsecis. Dicit tamē ꝙ licet ad istas causas intrinsecas non sequatur aliquid absolutum positiuuz/ tamē aliud id est alius modus se habēdi sequitur. ¶ Et cum dicitur ꝙ idem nō causat se. verum est effectiue vel eodem modo. Sed cause ītrinsece bene causāt idē sibi diuerso mō se habendi. Et sic tota natura alio modo se habet ꝫ partes. ¶ Ad aliō de assumptione nature humane a verbo dicit ꝙ tota natura humana absoluta que nō est aliud a partibus fuit primo assumpta: ⁊ fundauit respectum vnionis adverbum tamen istam naturam sic absolutam consequitur quedam vnio actualis partium vel concomitatur que nō est de per se primo ītellectu huiⁿ nature

Augustī.

Dionys.

Ad. 4. rōnem

nec mediat inter naturam assumptaz ⁊ verbum sed concomitatur. ¶ Ad vnam vero instantiam iuxta hoc qz si totum nō addit nisi vnionem super partes ⁊ nō aliquid absolutum seqretur ꝙ de per se intellectu cuiusl⁹ totius esset relatio. ¶ Dicit ꝙ nō valet qz totum non addi illam vnionem sicut de per se intellectu suo sed sicut aliquid cōcomitās vel consequens necessario sicut risibile ꝓcomitatur hominē nec est de per se primo intellectū eius. ¶ Ad illud de magis vno per se. Dicit ꝙ non obstante hoc totum ex materia ⁊ forma est magis vnum ꝫ totū per accidens. Primo quia partes sunt eiusdē generis Et secundo quia vna habet per se ordinem eēntialem ad aliam. Jn alio autem non nisi accidentalē. ideo ⁊c.

Ad auctoritatem philosophoꝝ.

¶ Ad auctoritatem Aristote

lis. Septimo metaphi. de a. ⁊ b. dicit ꝙ extendēdo hoc nomen aliud ad omne positiuum reale oportet dicere ⁊ consequitur ꝙ totum dicit aliud a partib⁹ quia dicit actualem vnionem partium que ipaz naturam cōsequitur nec est de per se intellectu nature ⁊ iō ab. sicut dicit addit aliquid super a ⁊ b. ſz nō aliquid absolutum sed actualem partium vnionem Ulterius ad habēdum mētem philosophi. dicit ꝙ Aristoteles septimo metaphi. ⁊ quito. Et Auicē. secūdo metaphi. in auctoritatib⁹ illis allegatis loquuntur de partibus materialib⁹. Bene enim verū est ꝙ totum est aliud a partibus materialib⁹: qz q̄n ita est ꝙ sunt plures partes materiales ⁊ vna earū nō potest esse actus ⁊ forma ⁊ per ꝓsequens ex ipsis nō pōt aliquid vnuz precise acceptis. Tūc oportet ponere aliquid aliud sicut formam vel partem formalem cum illis partib⁹ materialib⁹. Et ꝙ hoc sit de mente philosophi septimo metaphi. ꝓz. Mam a ⁊ b. sunt partes materiales huius ꝓpositi ab quod secundū eum 2° phisi. littere vel elemēta sit materia syllabe ⁊ syllaba dictionis. ⁊ sic etiam intelligendum est de sex respectu triū ⁊ dictum Auicē. ⁊ tūc non habetur nisi ꝙ tale totum addit formam que ē vere pars super partem materialem vel super materiam ⁊ hoc bene conceditur. Sed sex sunt partes quaruz vna est perfectiō formalis ⁊ actus alterius non oportet ponere ꝙ totum addat aliquid super partes. Hoc autem est in cōposito ex materia ⁊ forma ⁊ hec est mens Aristotelis ibidem. Dicit ēſn ꝙ caro nō est ignis nec terra. ⁊c. Et rēplificādo de elementis semper: sed aliquid aliud plus dicit similiter syllaba. Unde ibidē dicit ꝙ illud aliud nec est elemētum nec ex elementis ⁊ cōmētatoꝝ etiam. Ex quo ꝓz ꝙ illud tertium nō est natura cōpositi sicut volunt alij cōcludere sed est forma que est pars cōpositi que necessario vltra materiam requiritur ad hoc ꝙ sit totum cōpositum. ¶ Ad vnam aliam auctoritatem Cōmentatoris tertio de anima cōmēto quinto vbi dicit ꝙ aliō resultat ex materia ⁊ forma ꝫ ex intellectu ⁊ intellectiōe intellecta. Ex istis autem resultat vnuz per accidēs quod nō est aliqd absolutum vltra partes ergo ex illis vnū per se qō est aliquid vltra partes. ¶ Respōdet ꝙ cōmentatoꝛ vult dicere ꝙ ex materia ⁊ forma resultat aliqd quia vnum per se nō autē ex ītellectu ⁊ intellectiōe intellecta sed vnum per accidens nō autem vult dicere ꝙ illud aliud addat aliquid absolutum vltra materiam ⁊ formam.

¶ Contra istas solutiōes ar/

guo ꝙ non cuacuāt ꝓdictas rationes ⁊ auctoritates. Contra ꝓmā de esse in genere per se ⁊ altā de ꝓpria passione ⁊ etiam contra illam de corrupi ꝙ se que omnia cōcurrunt per idem ꝙ omnia ista conueniunt nō partibus per se ⁊ diuisim sed simul conjunctim. ¶ Arguo sic partes accepte simul ⁊ cōiunctim precise sic nō addūt super partes nisi simultatem vel cōiunctionem vel vnionem. Sed ista simultas vel vnio vel cōiunctio vel nō est nisi respect⁹ vt omnino nihil ē preter partes ⁊ ipa vnita. Sed siue sit respectus siue nihil. Planum est ꝙ partes accepte cum tali simultate ratione talis simultatis vel coniunctionis nō plus possunt habere ista ꝫ si per se ⁊ diuisim accipiātur. Non ei ꝓ respectuz nec per nihil est aliquid per se in genere positiuo absoluto. nec per se gn̄atur nec per se corrumpitur nec per se habet ꝓpriam passionem cōuenientem alicui absoluto. ergo ⁊c. ¶ ꝑ. Partes accepte cōiunctim ⁊ simul. Aut sunt aliquid absolutum aliud ab ambabus partibus. Aut nihil sed tātum in genere absolute ⁊ ratione sunt ista pars ⁊ ista pars: qz materia est materia ⁊ forma est forma. Si sunt aliquid aliō absolutum cui pueniūnt ista habeo ꝓpositum qz illud voco cōpositum. Si nō sunt in genere absoluti nisi ista pars et ista tūc sicut ista pars non ē per se in predicamento absoluto nec ista ⁊ ista. ergo ⁊c. Hoc patet qz quicquid sunt ī genere absoluti ista pars ⁊ ista cōiunctim accepte ex quo illud cōiūctū nihil absolutum addit super hanc partem. Puta materiam ⁊ hanc puta formaz. Ita ꝙ nō est ibi aliquid aliud absolutum nisi materia ⁊ nisi forma: totum hoc sunt partes iste separate abinuicez ⁊ diuise: quia sicut cum materia est forma ita etiā sine materia ⁊ quicquid absolutum est materia cum forma ⁊ ecōuerso totum illud sine forma ⁊ ecōuerso. ergo cum esse per se in genere ⁊ generari ⁊ corrūpi ⁊ habere ꝓpriam passionez cōueniat per aliquid absolutuz ⁊ alicui absoluto. ita bene pueniūt ista partibus diuisis sicut cōiunctis. ¶ Hoc contra illam solutionem contra vnum dictum in secūda solutione ꝙ compositum generatur tamen nō est termin⁹ generationis. ¶ Arguo sic Illud quod per se primo generatur aut cōparatur ad generationē sicut subiectū/aut sicut termin⁹ a quo/aut sicut ad quem vel in quem/aut sicut efficiens non est dare plura per se respiciētia generationem vt videtur. Sz planuz est ꝙ illud generatur puta compositum nō comparatur ad generationem sicut materia vel subiectuz nec sicut generans vel agens qz nihil generat seipsum. Nec sicut termin⁹ a quo quia terminus a quo ꝓz est eo quod generatur etiam duratione. Nihil autem est prius seipso duratione ergo sicut terminus ad quez ⁊ per se terminus eius. ¶ Secūdo sic. Terminus per se primus generationis ē eē ⁊ ens quia sicut generatio habz ꝓ termino a quo nōn esse vel nō ens. Ita ꝓ termino ad quē habet esse vel ens. Tunc sic illud est per se primus termin⁹ generationis cui per se primo puenit eē. Sz hoc est compositum ſm omnem philosophiam ⁊ omnes theologiam. Cum ḡ compositum generetur. Planum est ꝙ compositum est per se primus termin⁹ generationis. ¶ Tertio sic. Illud est per se termin⁹ generatiōis quo posito generatio terminat ⁊ quo

Impugnātur ꝑ fate solutiones.

q̄ circūscripto generatio non ēminaī quocūq; alio posito p possibilevel ipossibile. Sz posito ꝓposito a generāte generatio terminata est. Jpso aūt circumscripto nō est terminata: qz compositum est p se finis intentions agentis. Quid enim vult haberevl intendit habere generans pro termino fue actiōis principaliter intento nūquid cōpositus similes sibi nō autem materiam vel formā: sed simile sibi compositum ergo. rc. Et ideo dico q est ꝓtradictio manifesta. dicere q aliquid per se primo generaī nō sicut subiectum vel materia rq illud nō est terminꝰ generationis. r ita illud dictum nihil valet. ¶ Unde dico q duplex est terminus generationis. Unꝰ est terminus tanq̄ illud quod generatur r fit ens i actu r cui primo cōuenit esse per se primo rprincipaliter a generāte tanq̄ effectus eius ristud est cōpositum r de tali dicitur Septimo metaphi. q materia nō fit nec forma sed compositū nec es nec ſpēra sed ſpera enea. Alius est terminus quo qui ē forma r est illud quo compositum est r quo sicut parte formali compositum terminat generationem r est per se terminus generationis nō per accidens sicut albedo rnigredo vel alia accidētia sicut albedo. vl album per accidens edificat non tamen est p se primus rprincipalis terminus. Primus dico intētione: licet forte sit prior origine sicut partes toto: sed de hoc nō curo. Et ideo dicitur forma generari p accidens eo modo quo per accidēs distinguitur cōtra primo nō eo modo quo distinguitur cōtra principaliter vel contra per se. ¶ Quarto Sicut se habet creatio ad illud quod creatur tanq̄ ad terminū sic generatio ad illud quod generatur. Sed illō qd creatur est terminus creationis. ergo rc.

Duplex terminꝰ generationis.

¶ Contra aliud dictuz ad rationem de corruptione q in corruptione corrūpitur aliquid absolutum.

Puta cōpositum: r dicitur q ad mentem philosophi verum est in hys q̄ generantur ex elementis ex quorum cōpositione vel mixtione resultat forma aliqua corporalis: nō sic autez quorum forma est incorruptibilis Puta anima.

¶ Dico primo q ex hoc habeo propositum. scz q saltem in compositis quorum forma nō est incorruptibilis compositum aliquid addit super materiaz r super formam. Probatio qz idem corrumpitur r generatur. hoc est planuz. Sed compositum ſm te generatur r nō forma licet sit terminus generationis. ergo compositum corrūpitur. Sed aliquid absolutum positiuū corrūpitur r nō materia nec forma nec ista simul qz simul acciperent non esse et ita post corruptionem non essent. ergo totum dicit aliquid absolutum vltra partes. ¶ p̄. Dico q ad mētem Aristotelis est q in omni corruptione aliquid positiuū substantiale corrūpitur quodcūq; sit illud sicut in omni generatione aliquid positiuum absolutum adquiritur quod prius non erat saltem i generatione creature secus est in generatione diuina que est omnino alterius rationis: quia intētio Aristotelis est q illud generatur est substantia rnō p̄existens generationi: sed siue accipias partes. puta materiam r formaz cōiunctim siue diuisim totū quicquid habetur de substantia non est nisi materia rforma quarum neutra nec simul cum alia generatur nec diuisim: licet forma nō preexisteret duratione. ergo rc.

¶ Contra solutionem de causis intrinsecis r causato vel effectu earum.

Quando dicitur q compositum nō est aliud a materia et forma. ¶ Dico q nō soluitur argumētuz: qz argumentum probat oppositum. scz q cōpositum quod est effectus causarū intrinsecarum simul acceptarz sit aliud ab ipsis etiam vt sic qz causa est ad cuiꝰ esse sequitur aliud. Jstud aliud nō est nisi effectus. g. ¶ p̄. Quando dicitur q materia est causa forme in recipiēdo quero que causa vel intrinseca vel extrinseca. Non extrinseca: quia nec efficiens nec finis. Planum est r si aliquod istorum tamen nō est ad ꝓpositum. Aut intrinseca Non forma planū est Nec materia planuz est: qz omne cuius materia est causa intrinseca est cōpositum ex materia rforma. Sed forma nō est composita ex materia rformavt patet. ergo rc. ¶ p̄. Materia est ex qua res fit cuz insit. Sed materia nullo modo ēst forme. ergo materia non est causa forme. ¶ p̄. Quādo dicitur q forma est causa materie: Probo q non: quia causa est ad cuiꝰ esse sequitur aliud. Sed ad esse forme nō sequitur materie. ergo forma non est cā materie qz esse materie precedit et est prius origine vel generatione non sic illud cuius forꝫ est causa intrinseca ¶ Secūdo qz vel est causa extrinseca vel intrinseca. Si extrinseca nō est ad propositum: quia nō loquitur hic de causis extrinsecis. Si intrinseca Dē causatum a causa intrinseca est causatuz a causa intrinseca que est materia r est compositum ex materia rforma. Sed materia nō est compositum aliqd ex materia rforma. ergo rc. Unde patet q illud dictum nihil valet. ¶ p̄. Si materia est causa forme r ecōuerso sequitur q idē est causa suiipsius r posterius seipso r per se circulus in causis rdependētijs. ¶ p̄. Jmpossibile est per quācunq; potentiaz effectum cause intrinsece esse in re r in effectu sine causa intrinseca. Probatio. primo qz causa intrinseca se habet ad effectum sicut pars ad totum. Jmpossibile est autem quacūq; virtute totum esse sine parte. ¶ Secūdo qz alias deus posset supplere vicem intrinsece cause faciendo ipm sine ipa sicut vicem extrinsece cause quod est falsum. Sed materia potest esse sine forma vt probaui supra. et ecōuerso forma sine materia. Apparet de alia rationaliter ergo nec forma est causa intrinseca materie nec econuerso. ¶ p̄. Jdez effectus est qui est a causis itrinsecis r a causis extrinsecis. Sed materia nō ē causa extrinseca naturali sed solum a deo per creationem: ergo nec causatur a causis intrinsecis vt videtur. Nec habet causam aliquam intrinsecā. Unde dico q nihil est dictu q vnum istoz sit causa intrinseca alterius. Sed si forma aliquo modo est cā materie est causa extrinseca puta finis sicut Aristoteles videtur dicere secūdo de anima q materia ē ꝓpter formam r corpus ꝓpter animam sicut ꝓpter finem quo: licet etiam finis quo proprie nō sit causa eius quod est ad finem. rc.

¶ Contra solutionem Ad rationem de magis vno cuiusmodi est totū per se vnū q̄ totum per accidēs.

Quādo dicitur q ratio ē ad oppositum: qz quāto magis vnuz tanto minus addit. Dico q verū est q tāto minus addit aliquid qd impediat maiorem vnitatem r per se vnitatem: sed tanto magis addit aliquid cui conueniat p se vnitas preter illa que licet vniantur per se quia vnum est, per se in potētia ad aliud nō tamen sunt vnū absolutum per se: sed illud quod resultat ex ipsis sicut effectus. Unde aliud est vniri per se r causare vnū per se sicut est de materia rforma. ¶ Unde Nota q materia rforma licet causent aliquid vnum p se scz compositum nō tamē sunt vnum per se sed sunt duo entia ab inuicem distincta. Aliud est eē vnum per se quia primum est distinctorū sicut r vnio. Secundum est alicuius in se idistincti r ab alio quocunq; distincti et hoc est in proposito nostro ipsum totum. Unde bene dico q totū per se intrinsece nō includit accidens aliud a partibus absolutis sicut totum per accidēs quod vnionem includit qz impediret vnitatem per se: licet totum per se bene p̄supponat vnionem partiū suarum. Si enim totuz substantiale per se vnum nō diceret nisi partes non diceret aliquid absolutum nisi materiam r formam r quicquid de absoluto diceret totuz dicerēt partes esse diuisiue sicut probatum est supra r ita totū nō plus haberet entitatem per se vnam absolutam q̄ partes diuise quod est absurdū r falsuz imo ex hoc sequitur q esset minus vnum q̄ totum p accidens quod saltem cum partibus includit partiū absolutarum vnionem r habet maiorem vnitatem q̄ partes diuise. rsic patet q solutiones ille parū valent.

Nota de materia rforma.

¶ Contra solutiones alteri?

Ad illam rōnem de generatiōe ē tum ad id qd dicit. Primo q aliquid absolutū positiuum puta natura tota terminat generationē non tamē compositum ipm qz compositum includit cōpositionem rp consequēs respectuz ad quem generatio nō potest terminari. ¶ Dico q ista duo plane ꝓtradicunt qz quero de natura illa tota Aut ē simplex aut est cōposita. Non est simplex. patet etiā p ipos qz tota includēs materiam r formam ergo est composita. ergo sicut natura terminat generationem ita raliqd cōpositum r si cōpositum nō terminat nec natura. Quādo dicit q cōpositum includit cōpositiones.

Cōpositum bifariam capitur.

¶ Dico q cōpositum vno modo accipitur formaliter r includit isto modo cōpositum sicut relatiuū relationē. Alio modo materialiter pro toto cui cō uenit illa cōpositio vel partibꝰ eius. Et isto modo non includit intrinsece cōpositionē licet cōcomitetur vel presupponatur r nihil includit nisi absolutum. ¶ p̄. Cōtra ipsam qz natura vel quiditas nō generaī. 7. Methaphisice. Sed cōpositū vel suppositum habēs naturam. Quādo dicit vltra q tota natura absoluta nō est aliud a materia r forma absolutum tamē alio modo se habet et hoc sufficit ad hoc q natura terminet generationē r nō materia nec forma. ¶ Quero de illo modo aut est aliquid absolutum vel respectiuum ex quo est aliquid reale. Si aliquid absolutum r illi addit natura super partes habeo ꝓpositum Si respectiuum. Contra ꝓpter hoc negas compositum terminare generationem qz includit respectum. ergo similiter propter hoc debes negare naturam terminare generationem qz includit istum modum. ¶ p̄. Planū est q aliquis respectꝰ vel modus respectiuus nec ēter minus generationis nec ratio terminādi generatō nez ſm omnes. Jdeo de isto modo quero. aut ēvnꝰ aut plures. Si vnus indistinctus simplex r indiuisibilis. Quero de subiecto eius. aut subiectum suuꝫ est materia/aut est ipa forma/aut aliquid aliꝰ. Nō materia quia tunc forma nō pertinet ad terminum generationis. Nec forma qz tunc materia nō pertinet ad ipm. ergo aliquid aliud quod dicit natura. Illud ergo aliud aut est absolutum aut relatiuum Nō respectiuū per te: qz natura nihil dicit respectiuum ergo absolutum r sic habeo ꝓpositum r sic dico q illa solutio nihil valet de illo modo qz ille modus alius a partibus aut est substātia aut accidēs. Si substātia habeo ꝓpositum. Si accidēs ergo cū natura dicat illum modum ad hoc vt possit termiare generationem: sequitur q natura per aliqd accidens terminat generationem quod est truffa.

q̄ datur corruptio sine gñatiōe.

¶ Contra aliam solutionem

De corruptione quādo dicitur q per corruptionē desinit esse aliquid absolutum. Concedit r dicit q hoc requiritur q aliquid aliud ex corrupto generetur nō video: secundum dictum esse verū qz quando generatur vermis ex speciebus illis in sacramēto. Quero quid substātiale corrūpitur. Planum ē q nihil qz nō est ibi substantia aliqua. Et qua ratiōe corruptio vnius est generatio alterius eadez ratione ecōuerso. Et tamen ecōuerso nō est. ergo nec illud. Similiter quādo anima infunditur corpori in vltimo instāti dispositionis quā facit agens naturale r tunc homo generatur qz tunc homo primo ē filius: quero a te quid corrumpitur ibi planum est q nihil precipue ſm te qui ponis gradus formarū. Sed omnes forme precedentes manent vel saltem illa corpora que sola prefuit inter illas quattuor quas tu ponis. ¶ Similiter etiam dico q quando homo corrūpitur r desinit esse hominis substantiale nihil generatur. r ideo dico q illa solutio est falsa: quia dico q est dare corruptionē sine generatione. Unde r dico consequēter q xp̄us sicut fuit vere mortuus r desijt esse substantialiter homo. Jta fuit vere corruptus loquēdo de corruptione q̄ opponitur generationi licet nō fuerit corruptus accipiēdo p incineratiōe corruptionē. Et isto mō accipiē corruptio ab oīb⁹ doctorib⁹ i illa auctoritate.

Ad August. r dionysium

Non vabis sanctum tuum videre corruptionē nō q distinguātur inter mortez r corruptionē. Jta q sit aliqua mors r nō sit corruptio. ¶ Ad auctoritates vero additas pro eis de Augustino. r dionysio Dico q accipiunt ibi mortē precise pro priuatiōe vel carentia anime siue vite in corpore quod natuz est recipere animam siue vitam r sic est verus dictū eorum. Sed nō accipiunt pro mutatione per se terminata ad nō esse nature rtotius compositi substātie que cōcomitatur mortem vel econuerso. Et tilla dicitur corruptio. Et vico q per illā corrūpitur entitas substantialis totius ꝓpositi. Jta q corruptō non solum consistit in diuisione sed in desitiōe substantie rnature totalis absolute. ¶ Aliter pōt dici q in morte hominis nō corrumpitur nec desinit esse aliqua substantialis natura partialis quia nec anima nec corpus cuiꝰ opposituz fenserūt aliqui r habet locum in alijs quorum forme nō omnes sunt corporales r nulla incorruptibilis cuiusmodi est aīa nostra. quare rc. ¶ Preterea contra illud q i corruptione aliquid absolutum positiuum corrumpitur quero quid est illud. Non est materia nec forma quia ides generatur rcorrumpitur. igitur tota

natura. ergo ipsa dicit aliquid positiuum absolutū vltra ista qđ est ꝓpositum. ¶ Ꝑ q̄ sint in hoīe quatuor forme reputo impossibile ꝛ falsum sicut dicaꝫ alias. Nec est impossibile q̄ tres forme vel substātie fuerint sepate in morte. Sed vna substātia simplex anima rationalis. Illud etiam dictuꝫ q̄ mors nō dicat nisi separationē est nullum. Et ideo dico q̄ in xp̄o vere fuit corruptum aliqđ absolutū positiuum quod dicit ipm totum vltra partes.

¶ Contra aliam solutionem

Ad rationem de causis intrinsecis quando dicitur Primo q̄ causatum a causis itrinsecis nō est aliqđ absolutum ab ipsis. Cōtra. Primo q̄ sit aliud Secundo q̄ absolutum. Effectus causatus ab aliquibus est alius a suis causis quia effectus quicūq; et cuiuscūq; cause est posterior natura sua causa p se dependens ab ipsa. Alias demōstratio per formaꝫ non esset a priori. Similiter de materia nihil autem idem est posterius natura seipso nec dependens a seipsovel ex seipso. Sed oē causatū a causis intrinsecis est effectus earum. ergo ꝛc. ¶ Secūdo q̄ absolutum q̄ si est aliquid aliud. eo q̄ nichil cāt seipsum. Nec plura causant seipsa sicut nihil generat seipsum. Aut illud aliud est absolutū aut respectiuum. Nō respectiuuꝫ. Causatum em̄ a causisintrinsecis ꝛ materia est ꝛ forma nō est respect⁹ sꝫ substātia ꝛ natura: respectus em̄ nō ē ꝓposit⁹ ex materia ꝛ forma. ergo aliquid aliud absolutum. ergo ꝛc.

¶ Contra aliud

quod dicit q̄ debet intelligi illa descriptio cause famosa de causis extrinsecis tm̄. Dico q̄ nō est verū sicut iā probaui Et sicut patet par oēs ponētes eam Sicut Boetius in Thopicis et in tractatibus multis vbi premittūt eam sine distinctione ad tractandū de oībus causis. Quod dicit etiā de illo modo cōsequēte effectū nō est propositū et planū est q̄ in descriptione accipitur illud aliud p effectu. ¶ Preterea satis argutū est supra cōtra illum modum.

¶ Contra solutionem Adra

tionē de assūptione nature a verbo bene dicit q̄ fuit tota natura q̄ primo assūpta est et fūdauit respectū vnionis ad verbū ex hoc sic corpus nō est primo assūptū. Nec aīa p te sed aliud vnū p se substātialiter quod est substātia et fundamentū immediatum talis vnionis vnice ꝛ simplicis quod nō potest esse nisi aliud vnū absolutū quod non est materia et forma nec sil' nec diuisim sicut pluries deductuꝫ est supra ꝫ ꝛc. ¶ Qꝫ etiā vnio partiū ꝓsequaf naturā est impossibile q̄ si consequetur et est posterior tunc in illo priori ptes non sunt vnite ꝛ sic est natura priusq̄ partes vniantur q̄ causant naturā quod etiam est falsum vt patet Sit enim corpus distans ab anima oportet ea prius approximari et per consequens vniri quare ꝛc.

Contra auctoritatū solutiones.

¶ Contra solutiones auctoritatū.

Contra illam de. a. ꝛ b. qñ dicitur q̄ extendē hoc nomē aliud oportet q̄ cōpositū dicat aliqđ aliud a partibus q̄ saltez dicit actualem vnionem partiū que consequitur naturam Nec est de conceptu eius non tamen aliquid absolutū. Ho ocest plane contra mentem Aristotelis primo q̄ in illo capitulo vltimo reuertitur super quod quid est substātie vt ostendat quomodo est vnum. Ad cuius vnitatem planum est q̄ nō cōcurrit respectus sed entitatem ei⁹ vnam absoluta m accepit per/ab/fillabā que distincta ꝫm ipsum a partibus. a. ꝛ. b. Et licet ibi exemplificet de partib⁹ materialib⁹ q̄ sūt a. ꝛ. b. respectu simile. ¶ Ad intētionē tm̄ adducit hoc ad probandū de quod quid est compositō ex materia et forma et partes materiales in exēplo posuit q̄ magis erat manif estum ī tota q̄ materia et forma que sunt partes essentiales. Ex quo patet q̄ nō valet euasio eius secunda quam ponit licet. n. series textus videatur concludere de forma que est pars que nec est elementuū nec ex elementis. et que reꝗritur vltra materiam ad compositum et vltra partes materiales tm̄ nō vltimate ꝓpt̄ seipsaꝫ sꝫ ꝓpter formam totius qua formaliter et adequate totum qđ quid est vnum est et nunq̄ esset magis p se vnū in genere vel predicamento q̄ ens per accidens nisi adderet aliqđ forma totius super materiam et formam. Modo predicto Et illud additum est ex elementis quia totū hoc potest etiam cōfirmari quod in constitutione fillabe ꝫm Priscianum consonās est sicut materia et vocalis vt forma Michilominꝰ aliquid tm̄ vltra ad fillabā requiritur. Sed de ista confirmatione parum curo Accipio tm̄ q̄ sicut aristoteles arguit de. a. ꝛ. b. respectu fillabe ab vel ba. Ita potest argui de materia et forma respectu cōpositi substantialis quo d est per se vnum ꝛ oportet necessario q̄ addat aliquid absolutū quicqđ sit illud siue Aristoteles hoc intendat ibi siue non.

Priscianus.

¶ Contra istam solutionem

de auctoritate Auicēne Dico q̄ licet exemplificet et loquatur de partib⁹ materialib⁹ tm̄ dico q̄ hoc ipsum intendit de partibus essentialibus sc̄z q̄ totum addit aliquid super eas nō tm̄ sicut partem: vt ibi. Et Aristoteles idez in. 6. metha. sicut oportet q̄ intēdant per premissas rationes: ꝛ q̄ cōmentator idem intendat. Unde nec Auicēna vnq̄ concederet istam q̄ humanitas sit anima ꝛ corpus. Eodem modo dico de cōmentatore in illa auctoritate hec de tertio articulo.

Ad rationes ꝑmi.

¶ Quantum ad quartum ar

ticulum restat soluere ad rationes et auctoritates aliorum. ¶ Ad primā rationem primi dico ad maiorem q̄ alteri additū vel alijs sicut pars superaddit parti nō includit illud vel illa quibus superadditur: sed dico q̄ superadēs alijs sicut totū partib⁹ bene includit illa sicut est in proposito. Tu dicis. Idem nō superadditur sibi ipsi nec numerak cōtra seipsum. Dico q̄ verū est totaliter idē. Et ideo dico q̄ totum non superaddit sibi ipsi puta toti nec pars sibypsi. Sed totuꝫ partibus vel parti. ¶ Ad secūdum dico q̄ totū compositum in concreto acceptum vt homovel suppositū hominis habēs humanitatem qđ superaddit proprium entitatem totius vt totū est super partes est per se primus terminus generationis ꝛ illud qđ generatur. nō autē humanitas sic in abstracto. Sed dico q̄ vbi totū haberet hanc entitatem per se vnā partibus superaddentē nunq̄ sic per se generaretur. Aū dicis vltra q̄ humanitas nō gnaf/cōcedo. Nec ꝓtra me licet humanitas aliquid addat super partes. ¶ Ad tertiū ad maiorē qñ dicis q̄ ē quod addit aliqđ vltra partes est precise ꝫm illud additū aliquid plus q̄ partes quibus superaddit. Dico q̄ verum est q̄ addit aliquid sicut aliam parteu vltra partes. Sed de illo quod addit aliqđ sicut totū supra omnes partes Dico q̄ licet aliquid vltra partes et pluq̄ partes q̄ est totū non tm̄ prescindendo partes sic q̄ nō includat partes sicut dictum est supra. Si queras qđ sit illud plus. Dico q̄ est entitas specifica compositivel ipsummet totum compositū secundū proprīam entitatē specificam formalem includentem partes sicut pluries dictum est supra et est substantia per se ī genere nō autē partes. Si dicatur hic q̄ cō positum si aliquid addit absolutū addit seipsum et nō aliquid aliud sed ipsum intrinsece includit partes ergo addit partes super partes ꝛc. in infinitus et sunt ibi plures materie et plures forme in infinitum Dico q̄ addit entitatem propriā causatā per se vnā et a partibus aliā sed nūq̄ prescindēdo partes sic q̄ partes intelligantur ex vno latere et totū super addens includēs ptes ex alio latere Sꝫ sic sp q̄ sup addens intelligatur includere partes quib⁹ superaddit ꝛ sic partes non habentur bis sed tantum semel. Nec addūtur partes partib⁹ sicut ymaginatur argumentū et sic sicut fieret si vnum adderetur ad totū cōstitutum ex alijs partibus nō ēcludens primas partes Tunc enim partes adduntur partibus sicut ꝛ totum alteri totovel alijs partib⁹ a suis ¶ Ad quartum dico quod illud supadditum nec est materia nec forma nec ista simul sed est compositum ipsum. Et tu dicis tunc compositi esset compositum. Dico q̄ non quia non dico q̄ compositum addat super compositum sed dico q̄ super partes et tunc nō est compositi cōpositum sed partium est cōpositum Tm̄ dicis q̄ ymo qz partes sūt ipsum compositum Tunc dico q̄ est falsū ꝛ petitio manifesta propositi. Ad quintum dico q̄ diffinitū nichil est extra intellectum vltra diffinitionē completam et perfectam quecunq; sit illa. Aū dicis q̄ corpus et anima materia ꝛ forma sunt difinitio totius cōpositi. Dico q̄ falsū est sed sunt partes diffinitionis sicut sunt partes diffiniti. Aū dicis de septimo metaphi. Dico q̄ philosophus nunq̄ dixit ibi q̄ essent diffinitio ipsa sꝫ bene q̄ sūt partes diffinitionis et ingrediuntur diffinitionem. ¶ Si dicas q̄ ymo qz quādo queritur quid est homo cōuenienter respondetur q̄ est corpus ꝛ anima. Dico q̄ q̄ respondet hoc nō respondet cōuenienter qz nec corpus nec anima et ita parū sicut diuisim predicātur per se primo de homine sicut de diffinito. Ita q̄ valde improprie et incōplete et credo q̄ falsē respondet. Sed bene potest respōderi dicendo q̄ homo est substantia constituta ex aīa et corpore. Unde partes debent poni in obliquo non in recto et in hoc distinguitur diffinitio data per materiā et formam a diffinitione data per genus et differentiam qz ibi quelibet parsponitur in recto Et ratio huiꝰ est qz q̄libet concretiue dicit totam essentiā diffiniti licet vna ꝫm aliam formalem rationem q̄ alia et predicatur quelibet p se primo modo de diffinito. Unde bene dico q̄ super genus et differentiā diffinitio hoīs nichil addit nec homo etiā. Secus autē

Cōpositus quid addat.

est de materia ꝛ forma que sunt partes essentialiter distincte quarū neutra dicit totā essentiā sed parte nec simul accepte dicunt essentiam sed partes eius Unde dico etiam q̄ diffinitio hoīs data p ptes nō est corpus et anima/sed substātia constituta ex corpore et anima ¶ Ad sextū dico q̄ totum per se puta homo non addit supra partes illā vnionem partium sicut aliquid extrinsecū sibi vel de ratione sua sed entitatē propriā absolutā sicut dictū est supra ¶ Dico tm̄ q̄ illā vnionē partiū necessario presupponit priorem natura ꝛ ratiōe intelligēdi sicut ego probaui supra: ꝛ ideo dico q̄ maior illius est falsa. ¶ Ad minorem in qua dicitur q̄ illa vnio est respectus: immo q̄ nichil preter partes. Dico primo q̄ istud est cōtra te magis q̄ contra aliquē aliū. Secūdo dico q̄ est falsum: immo est respectus sicut dicam infra: ¶ Primū probo: quia si vnio nichil est preter vnita nō aliter se habēt adinuicem vnita q̄ nō vnita quia q̄ forma de non vnita fiat vnita et nichil addꝛaf ī ipa: nec ī materia nō ē itelligibile nec plus faciūt vnū q̄ nō vnita: hoc ē ꝓtra te dictū ī toto: qz sp fugis ad ista simul accepta vel vnita. Preterea Si vnio nichil ē p istā vnionē vel simultatē nō pōt attribui ptib⁹ nec esse q̄ se in gñe nec p se gñari nec corrūpi nec propria passio aliqua positiua. ꝛ tamen aliter non euadis omnia illa argumenta. ¶ Dices vnio nō ē nichil. Sed ipsum cōpositū cō tra cōpositum per te nichil icludit vltra partes vel vltra vnita ꝛ vnio nichil dicit vltra vnita. ergo idē qđ pri⁹. Si dicas q̄ addit aliquid. Aut illud est ad absolutū: ꝛ sic habeo propositū Aut respectiuum: ꝛ sic nō est nisi vnio. ergo vnio addit vel dicit aliquid preter partes vnitas qđ est contra te: ꝛ habeo q̄ cō positū substantie absolutū per se ꝛ intrinsece includit respectū qđ est falsum et impossibile. ¶ Secundo probo q̄ vnio est respectus ꝛ per cōsequēs q̄ illud dictum est falsum. Primo sic. Illud qđ non potest intelligi a quocūq; itellectu ꝛ ꝫtum est ex parte sui nō intelligēdo aliud est essentialiter respect⁹ vel aliquid respectiuum. Patet quia omne absolutum nō includens aliud: vt sic quia est ad se non ad aliud potest intelligi sine alio. Sed vnio partis ad partē puta forme ad materiam non potest intelligi a quocūq; nō intelligēdo aliud ab ipa vnione. quia ipsa nō potest intelligi nō intelligēdo materiam vt patet. Qꝫ em̄ intelligatur vnio forme ad materiaz nō intelligēdo materiam est ꝓtradictio: sic q̄ intelligatur paternitas nō intelligendo filium. ergo ꝛc. ¶ Secōdo sic forma quādo actu vnitur materie aliter se habet ad ipsam materiaz q̄ prius. Aut ergo ꝫm aliquid absolutū. Aut ꝫm aliquid respectiuum Non ꝫm aliquid absolutū: quia forma ex cōiūctione sui cū materia nichil adquirit absolutum: ergo vel ꝫm nichil vel ꝫm aliquid respectiuuꝫ non secundum nichil ergo ꝫm aliquid respectiuū. Sed hoc non est nisi ꝫm vnionem: ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Si vnio fozme ad materiā nichil adderet sup formam vnitā. Sequeretur q̄ forma aliqua manēs eadē nō posset separari a materia: quia vnio est eadē essentialiē sibi. Sed hoc est falsum. Patet de aīa rationali q̄ addit aliquid. Non absolutū q̄ respectiuum. ¶ Quarto sic. Vnio accidētis absoluti ad subiectū est respect⁹ q̄dā ꝛ aliqđ aliud ab accidēte: qz est inherentia quedā sine qua accidēs absolutū potest poni et esse ergo similiter vt videtur vnio forme ad

Nota de diffinitione hoīs.

Vnio fit respectus.

qr eñ aĩa rõnalis ptes tales nõ hz: ꝙ ꝓnis nõ ẽ extensa nec extẽdibilis nec ꝑ se nec ꝑ accidẽs: iõ non divisibilis ad divisionẽ corꝑis. ¶ Scõo sic Jlli quod ẽm se nõ hz ptes sed est ipartibile ẽm se repugnat eẽ partibile ꝙ qõcũqz aliud sicut ꝑz de ꝑncto ⁊ de aĩa. Sed nature corꝑoree vℓ extẽse nõ repugnat divisibi ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Si natura extẽsa nõ hz ptes sibi intrinsecas alias a partibus quantitatis sequitur ꝙ tota subest toti quantitati ⁊ tota cuilibet parti. Sed hoc est falsum. Tunc enim ratio non apparet quare quantitas informare non posset aliquid ſpirituale quod nullam habet partem. ¶ Quarto sic. Jmpossibile est ꝙ substantia corporea sit eq simplex in genere suo per priuationem partium sicut substantia incorporea. Sed planum est ꝙ ita esset simplex sicut illa nisi intrinsece in suo genere haberet partes. ergo ⁊c.

¶ Dico igitur breuiter ꝙ quecunqz natura extendibilis per quantitatez siue per se siue per accidens habet seipsa intrinsece partes alterius rationis a partibus quantitatis. Et dico ꝙ sicut substantia tota prior est sua quantitate. ita partes substantie sunt priores partibus quantitatis ⁊ sicut tota substantia per q̃titatem extenditur ita pars substãtie per partem quantitatis ⁊ si tales partes nõ haberet substãtia ipa nũq̃ posset ꝙ q̃ti-

tatem extendi. Habet ergo partem z partem ex se sed nō habet ex se partē extra partem sed ex quāti tate: habere eīm partem extra partē nihil aliud est ꝟ esse quātū. Unde ī substātia ꝟta nō est dimēsio aliqua alia ab ipa quātitae licet sint alie ptes a ptibus ꝟtitatis. Eadem eīm forma z idē actus q̄ materias actuat z quo materia actualiter sicut z vnica tantum ꝓuatio talis forme est in materia. Uſi nullomodo ponēda est vna dimensio distincta ex parte subiecti a dimensione que est forma vel quātitas z accidēs inherens tali subiecto.

¶ Ad primum aliorum dico q̄ omne diuisibile ēm se est quātū. Sed dico q̄ nulla natura ꝓprie loquēdo diuisibilis est nisi p ꝟtitatem licz natura substātialis corpea formaliter extendibilis per ꝟtitatem ēm se habeat partes z alterius rōnis a ptibus ꝟtitatis: q̄ impossibile ē q̄ subiectum z forma inherēs sint eiusdem rōnis. Uſi ēm se non est diuisibilis sed per ꝟtitatē quare ꝛc. Uerum est uſi q̄ agens aliquod puta deꝰ sine omni quātitate posset separare partes tales substātie ab inuicem vt essent distincte in actu z nō eēnt partes vnite ipsius substātie totalis vniꝰ. Sed hoc nō eēt ꝓprie loquēdo diuidere q̄ diuisio nō est nisi quāti

corpꝰ organicum phisicū. ¶ Ad scōm dico q̄ corpus phisicū organicuz pōt accipi vel ꝟtum ad id qd̄ est substātiale de ipso vel in ipso vel quātum ad accidētia que in sunt ipi substantie cuiusmōi quātitas ē. Mō dico q̄ aia ē actꝰ informās substātiam corporis nō aūt ꝟtitatez eiꝰ licet bene isti informatiōi ꝟexigatur quātitas sicut dispositio sicut dictū est supra de ꝟtitate ipa ī materia. Non ergo oꝫ ymaginari aliquā dispōnē consubstantialem corpori q̄ quā sit organicū z median tē q̄ informeꝫ ab aīa iō nō valet. ¶ Ad tertiū dico q̄ substātia corporea ex se hz partē z partez sed nō partem extra partē nisi p quātitatez. ¶ Uſi dicis q̄ imo q̄ est receptiua partis extra partē ipsiꝰ ꝟtitatis. Dico q̄ verum est ipsa est receptiua ꝟtitatꝫ sed ex hoc nō seq̄tur q̄ ex se habeat partē extra ptē nisi in potentia sed per quātitatez habet hoc ī actu sicut p quātitatē quāta est z ī actu formaliter. Sic etiam nō oꝫ q̄ substātia ex se sit alba lz sit receptia albedinis. ¶ Dices q̄ imo adhuc ꝟtitas ēm se hz partem extra ptem q̄ aut partez intra partē z sim cum parte aut partē extra ptem. Non partē in pte q̄ tūc pars quātitatis cū ptevel in parte recipitur z sic etiā ꝟtitas nō haberet partē extra partē quia oꝫ eā recipi p modū sui recipientis z subiecti ꝫ adhuc seq̄tur q̄ partem extra partem. Dico q̄ substantia nec hz partē in parte vel extra partē nec extra partē ēm se sed per ꝟtitatē licz hēat partē z ptem nō ex quātitate quarū neutra est intra alia vel extra aliam nisi p ꝟtitatē superuenientē eis lz benevna nō sit alia ꝓter ꝟtitatē quātitas ergo ī substantia recipiꝫ que primo hz partē extra partem et partē ꝟtitatis in partib⁹ substātie z tūc prio ī actu ps est extra partē et ante nō nisi in potētia. ¶ Ad Quartū dico q̄ accidēs diuisibile pmanēs nō recipitur nisi in subiecto diuisibili actu vel potentia. Modo dico q̄ subā corporea ex seipa diuisibilis ē in potētia nō in actu z p ꝑs est receptiua ꝟtitatꝫ per quā diuisibilis in actu dato q̄ ex seipa nullam habeat dimēsionē. ¶ Ad cōfirmationē de pmētatore dico q̄ forma nō recipiꝫ in materia nisi mediā te quātitate eo mō quo dictū est supra z si ante ꝟtitatem recipetur indiuisibiliter in actu recipetur ſz tamē diuisibiliter in potentia q̄ esset ibi ꝟtitas in potētia. q̄re. ꝛc. ¶ Ad quintū de puncto dico q̄ si materia vel substātia corporea nō haberet ptes illas sibi intrinsecas nō eēt diuisibilis actu nec potētia sicut nec punctꝰ. Uūc aūt dico q̄ hz partes z diuisibilis est ēm se in potētia z in actu p ꝟtitatez q̄ est accidēs nō aūt p aliquā dimēsionē sibi ꝓsubstātialē. ¶ Ad 6ᵐ dico q̄ subā diuiditur p corporeū z incorporeū sīc p hīs ptes z nō hīs loqndo de ptibus illis substātie corpee intrisecis z ꝑs q̄ diuisibile ī potētia ex se z ex se z p nō diuisibile ñ tñ diuisibile illō in potētia hz ex se aliquā dimēsionē: q̄ ex se nō est indiuisibile in actu ſz p ꝟtitatē hz habet hoc quare ꝛc. Uſi sicut substātia incorporea nec est nec esse ꝑt diuisibilis ita substātia corporea pōt esse et est diuisibilis sicut hīs tales partes supradictas. Subā aūt incorporea nec habet nec habere potest eas. Hec de tertio articulo.

¶ Ad primum principale dico q̄ pōt exponi dictū Aristo. de accidētib⁹ termiat⁹ Taliū eīm materia nō est subiectū nisi cū forma vt terminata sunt sicut dictū ē supra. Uel hoc dicit q̄ materia lz sit subiectū dimēsionis intermiate z precedētis aliquā formā in materia ipa: tñ nūq̄ ē sine omni forꝫa. ¶ Ad scōm dico q̄ substātia poz ē accidente: sed nō quecūq̄ sustātia poz est quocūq̄ accidēte. Sed in ꝓposito dico q̄ materia poz est illa dimēsiōe interminata: sed nō oꝫ q̄ forma sit poz illa. ¶ Ad 3ᵐ dico q̄ mria ēm se ē in actu existēdi substantiali q̄ quidē actꝰ est dria entis postꝫ creata est z istud sufficit ad hoc vt sit ēm se subiectū dimēsionis interminate. Nec oꝫ q̄ pus ī actu p aliquā substantialē formā: sed illa pōt substētare tale accidēs nō mediāte forma prioꝛi sicut formā substātialem nō mediāte alia poꝛi forma. ¶ Ad 4.ᵐ dico q̄ illa dimēsio licet det aliqd̄ ee in actu ipsi materie nō tñ dat eē subāle specificū z cōpletū et ideo nō oꝫ q̄ forma substantialis superueniens sit accidēs.

¶ Questio quarta Distin. 12ᵉ.

¶ Quarto ꝙro Utꝝ materia sit ꝓncipiū idiuiduationis in rebus. ¶ Uidetur q̄ sic. 5º. metaphiſi. dr̄ q̄ illa sū vnū nūero quoꝝ materia est vna. Sz vnitas nūeral z ī diuidualis sūt idē. ergo. ꝛc. ¶ Sedo sic. Prio de celo dr̄ Az q̄ dicit hoc celū dicit materiam z q̄ celum non est plurificabile quia constat ex materia tota sua. Sed hoc non esset nisi materia esset principium in diuiduationis. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. 12. metaph. dicit phūs q̄ si eēnt ꝑles motores ꝑmi celi in eis esset mria. ita q̄ exꝑssevr ibi dicere q̄ nulla nā multiplicabilis evel idiuiduabilis nisi p mriam. q̄ ꝛc.

Primo celi.

12. meta.

¶ Quarto sic. 7. metaphi. dr̄ q̄ in hijs q̄ sunt sine mria vel in sepatz a materia idē ē q̄quid ē cū eo cuius est. Sed in talibus impossibile est esse plura in diuidua habentia quod quid est sicut etiam impossibile est esse plura quod quid est igitur materia videtur esse principium indiuiduationis in reb⁹ quare z cetera.

7. meta.

Indiuiduū quō capitur.

¶ Contra illud in quo secundum se nichil est distinctum non est principium distinctionis nec per consequens indiuiduationis. Sed in materia que vocatur fundamentum nature nichil est distinctum ēm commētatorem secūdo methaphi. ergo ꝛc. ¶ Scdo q̄ ꝟtitas ēm aliquos est principiū indiuiduationis ēm alios forma ipsa substantialis secūdum alios natura ipsa totalis ex se ēm alios esse actualis existentie concurrente duplici negatione nō ergo materia vt videtur.

¶ In ista questione sic procedam ¶ Primo dabo intellectū questionis et ponā plures opiniones de principio indiuiduationis cū modis earum et arguam contra eas et soluam ad motiua eaꝝ ¶ Secūdo ad euidētiā positionis quā intendo tenere inquiram vtrum natura indiuiduationis habeat aliquā vnitatem extra intellectum z realē minorē tñ vnitate singulari et indiuiduali et priorem illa. ¶ Tertio pono positionem quam intendo tenere et ipsam declarabo z obiciam cōtra eam et soluā ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quantum ad primum dico q̄ indiuiduum potest accipi pro intentione prima vel secūda. Acceptū vero p intentione secunda dicit vnum respectum rationis factum per intellectum circa ipsum vt res est prime intentionis ad intellectu per suum actum comparandi ipsum singulare ad illud cuius est in diuiduum puta ad speciem vel ad genus vel post concretum talis respectus rationis ēm q̄ huiusmodi et istomodo non intendo loqui de indiuiduo nec de indiuiduatiōis prīcipio in ista questione. Sed accipiendo. Indiuiduum pro re prime intētionis ēm q̄ est aliquid extra intellectum cui repugnat diuidi in plura quoꝝ quodlibet sit ipsum et per consequēs predicari de pluribus talibus. Quero quid est illud intrinsecum per quod repugnat tali in diuiduo sic diuidi ī plura et non quero quo formaliter repugnat ſz quo fundamentaliter tanꝫ proximo fundamento quia formaliter repugnantia repugnat Sed quero quo fundamentaliter tanꝫ proximo fundamento et immediato talis repugnātia. Et non est aliud querere nisi quid est illud per quod aliquid est hocvt per qd̄ hic lapis est singularis vel hic homo ꝓuta. Sortes est hic z in diuisibilis in plura quoꝝ quodlibet sit ipsum. Sic igitur intellecta questione de principio indiuiduationis sūt multe opiniones.

De ꝓncipio indiuiduationis ꝓria opinio.

¶ Prima est q̄ materia ē prīcipium indiuiduationis. Ad hoc cū auctoritatib⁹ adductis in principio questionis adducuntur alique ratiōes. ¶ Prima est ista Illud est principiū indiuiduationis per quod vnum indiuiduū distinguitur ab alio Sed hoc est per materiam quia generans non generat aliud nisi propter materiam septimo methaphi. ergo ꝛc. ¶ Secunda ratio Illꝰ per quod conuenit indiuiduo subiici oibꝰ que sūt sui generis est principium indiuiduationis quia subiici omnibus z omnia predicari de indiuiduo est indiuidui proprium. Sed hoc cōuenit indiuiduo per materiam q̄ etiam omnibus subiici z actuari ab ipsis cōuenit materie. Est enim subiectum sim pliciter primum in genere substantie vt patet ergo ꝛc. ¶ Tertio sic illꝰ est principiū idiuiduatiōis qd̄ tollit ab indiuiduo ne sit diffinibile nec per se intelligibile quia indiuiduum ēm q̄ huiusmodi non est diffinibile septimo metaphiſice Sed hoc tollit materia ab indiuidio ne scilicet sit per se diffinibile apparet septimo methaphi. quia partes materiales ad diffinitionem non pertinent ergo et cetera. ¶ Quarto sic. Illud est principium indiuiduationis quod est primum potentiale ad vnitatem vel pluralitatem. Sed hoc est materia q̄ est primū receptiuum et subiectum ratione cuius receptum est vnum puta forma si materia est vna et plures si materia est plures ꝛc. ¶ Uidetur ergo istis q̄ oīs forma materialis de se est multiplicabilis et consequēter quelibet natura ratione forme Sed q̄ sit hec et indiuidua hoc est per materiam ī qua recipitur forma et artatur vel determinatur et per consequens indiuiduatur vnde et formam quancunq̄ impossibile est indiuidualiter plurificari nisi sit materialis propter quod etiam ponūt consequenter q̄ in angelis in quibus non est materia impossibile est esse plura indiuidua sub eadem specie specialissima sicut dictum fuit supra recitando opinionē ipsorū.

¶ Sed contra istam opinionem Dico q̄ in se est falsa et quod illud quod vltio concluditur ex ipsa est erroneū et periculosū. Pro bo igitur q̄ materia non est principium indiuiduationis Prīa ratio ¶ Illud qd̄ ex se non est iplurificabile eiusdem rationis non est principium indiuiduationis quia hoc repugnat indiuiduo vnde tale. Sed materia non est iplurificabilis. immo ex se plurificabilis sicut et forma. ¶ Probatio per philosophū septimo metaphi. quia materia in communi pertinet ad diffinitionem speciei z per cōsequēs est aliquid cōmune et plurificabile ergo ꝛc. ¶ Secunda ratio Illud quod est idem numero in duobus entibus indiuidualiter et numero distinctis non est principium indiuiduationis Sed materia est eadem numero ī generato z corrupto que sūt in diuidualiter z numeraliter distincta ergo ꝛc. ¶ Dices q̄ salua vnitate nature illa sunt idem numero quoꝝ materia est vna non sic aūt de generato et corrupto: quia non sūt eiusdem nature licet eiusdē materie ¶ Contra primo quia argumentum factū concludit q̄ sunt idem numero et per consequens q̄ sunt eiusdem nature multo fortius. ¶ Secundo quia etiam illo posito adhuc sequitur inconueniēs contra te. Ponamus q̄ ex aqua generetur ignis z iterum ex illo igne generetur aqua. Planum est q̄ aque prime et secunde est eadem materia et natura eiusdem rationis ergo sunt eadem aqua ēm tuam solutionem igitur per naturam redīt eadem aqua numero contra te et contra aristotelem secundo de generatione quare. ꝛc. ¶ Tertia ratio Si materia est precisa causa indiuiduationis causa in causis precisis sicut affirmatio est causa affirmationis Ita negatio negationis sequitur q̄ vbi non est materia nō est aliquod indiuiduum. Sed in angelis secundum te. non est materia ergo nulla est ibi indiuiduatio nec aliquod indiuiduum quare ꝛc. Nec species nec genus per consequens. ¶ Quarta ratio quia si materia est principium indiuiduationis quero per quid anima separata est indiuidua. Non

per materiaz quia a materia separatur Nichil autē est indiuiduum per aliquid a quo separatur secundum esse ergo per nichil aliud quare ꝛc. ¶ Dices ꝙ per habitudinē ad materiam ad quam inclinat anima. ¶ Contra quia habitudo ista fundatur in anima ipsa Si tñ est aliquid in actu Magis autez habet relatio ꝙ sit hec per fundamentum ꝫ econuerso. Sicut enim ꝓsupponit fundamentum Ita hecceitatem vl singularitatem fundamenti ergo ffi damentū puta anima non est hec per talem habitudinem. ¶ Preterea quero de illa habitudine per quid est hec Non per materiā quia separatur a materia sicut anima Nec per animam quia tūc anima ꝓius esset hec contra eos igitur per seipsam vel p aliquid additum intrisecum sibi quare ꝛc. ¶ Quinta ratio Illud quod ex se est ita indiuidua bile sicut aliud non est principium indiuiauationis quia tūc esset processus in infinitum. Sed materia est huius modi vt ps 7o. methaphi. vbi aristoteles distiguit materiam in materiam in communi et materiā hāc sicut et formam sicut carnem in carnem hanc carnē et carnem in communi et os. et animam in animaz in communi ꝛ hanc animam quare ꝛc. ¶ Sexta ratio. Si materia est principium indiuiduationis formarum materialiū sequitur ꝙ in eadē materia vel subiecto nō possunt esse simul plures forme numero differentes Sed hoc est falsum quia in eadē materia vel subiecto possunt esse plures forme materiales alterius rationis vel specie differentes ergo ꝛ numero. ¶ Dices ꝙ nō possunt esse plures forme ī eadem materia solo numero differentes sed si cum hoc differant specie et natura sit alterius et alterius rationis in ipsis bene possunt. ¶ Contra hoc ꝓimo quia materia vna non est minus principium vnum indiuiduationis respectu formarum alteriz rationis ꝫ eiusdem ratiōis ergo equaliter de vtriz ꝫ est impossibile. ¶ Secundo qz argumentū concludit ꝙ oēs forme quecunqz sunt in eadem materia vel subiecto sunt eadem forma numero quia principium indiuiduationis earum est idem numero ꝛ per consequens ꝙ sunt idem substantie quia q̄ sūt vnum numero sunt vnum specie. Similiter etiam sequitur ꝙ redire potest idem accidens numero qz accidens prius et posterius eiusdem rationis in eodem subiecto sunt idem accidens.

¶ Dico igitur ꝙ materia nō

est principium indiuiduationis pluſꝫ forma vl aliquid quod ex se est commune Et si dicas ꝙ hec materia sp restat querere per quid est hec. ¶ Scdo dico ꝙ illud cōclusum corelarium est falsū ꝛ errone um ꝙ vbi non est materia impossibile est esse pluralitatem indiuiduoꝝ sub eadez specie supra sicut apperuit in vna questione in qua adducebantur articuli excōmunicati parisienses contra istud dictū Ultimo dico ꝙ ipsi deberent cum hoc concludere ꝙ nec in separatis a materia est aliquod indiuiduū sicut probatum est supra.

¶ Ad primam rationem ipso

rum dico ꝙ generans a genito bene distinguitur ī materia habent enim aliam et aliam materiā. Ita etiam aliam ꝛ aliam formā sed non sequitur ex hoc ꝙ materia sit principium indiuiduationis supradictum. Restat enim querendum vltra per quid materia est alia et alia sicut per quid est hec vel hec. Licet ergo materia bene cōcurrat ad indiuiduationē rei materialis sicut causa intrinseca illius rei nō tñ est principium formale indiuiduatiōis supradictū. ¶ Ad secūdū dico ꝙ equiuoce cōuenit materie subiici oīb⁹ sui ḡneris ꝛ īdiuiduo qz idiuiduo substā tie conuenit subiici omnibus sui generis in surſuz tanꝫ predicabilib⁹ de ipso non sic autem materie conuenit subiici formis sui generis sed sicut actuā tibus et perficientibus ipsā vt partē ad constituti onem alicuius compositi vel compositoū ipſusgeneris et ideo nō opz ꝙ conueniat illud indiuiduo per materiam nec ꝙ materia sit principium indiuiduationis. ¶ Ad tertium dico ꝙ materia vñ materia non tollit ab ī diuiduo ꝙ sit diffinibile Tuz quia materia pertinet ad diffinitionem speciei Tū quia indiuiduum immateriale ita parum est diffinibile sicut indiuiduū materiale. Cū probat qz partes materiales non pertinent ad diffinitionē. Dico ꝙ accipit ibi partes materiales ꝓo partibus pertinentibus ad indiuiduum vt indiuiduū est nō autē ꝓo materia vel partibus materie vt materia est sicut accipit partes formales partes pertinentes ad quiditatem quā frequenter vocat formam quarum vna est materia in cōpositis sicut magis dicetur in fra. De intelligente dico ꝙ īdiuiduum absolute loquēdo est intelligibile et directe et licet non ab intellectu nostro forte ꝓo presenti statutū non repugnat hoc ex pte sua. ¶ Ad quartū dico ꝙ magis concludit oppositum qz eo ipso ꝙ est primum potētiale ad omnia Puta ad vnitatem vel pluralitatē eo ipso est maxime indeterminata et non est ex se vna vel plures nec per consequens principium indiuiduationis vel distinctionis vt sic accepta.

¶ Ideo est alia oppinio ꝙ for

ma est principium indiuiduationis in genere substantie. ¶ Ad hoc sunt rationes et auctoritates. Prīa rō ē ista. Eodē ē aliqd et ēvnū qz idē estēe et vnūesse Sz ꝙ formā aliquid est vel habet esse qz forma dat esse ergo et vnum esse et per consequens indiuiduum esse. ¶ Secunda ratio Eodem est aliquid indiuiduum et terminus generationis. Probatio qz generatio terminatur ad singulare et indiuiduum Sed forma est aliquid terminus generationis Forma est enim terminus quo generationis ergo ꝛc. ¶ Tertia ratio Eodem est aliquid indiuiduum et existens in actu Sed per formam est aliqd ens et existens in actu ergo ꝛc. ¶ Quarta ratio ꝙ illud in numero aliquid est indiuiduum vel vnum numero per quod in specie est vnum specie Sed per formam specificā est aliquid vnum in specie ergo ꝙ hanc formam numero est vnum numero et indiuiduum. ¶ Ad hoc sunt auctoritates Prima est cōmentatoris: secundo de anima ꝓmentato: septimo vbi philosophus diuidit substantiam in materiam et formam et compositum Dicit ꝙ forma est ꝙ quā indiuiduum fit hoc. ¶ Secunda est eodem libro et ꝓmēto Compositum nō est vnū nisi per formam. ¶ Tertia est eodē libro cōmento nono. Indiuiduum est indiuiduum per formam. ¶ Quarta est septimo metaphi. cōmēto quinto vbi dicit ꝙ substātia demōstrata nō est vna nisi per formam Sed ista opinio etiaz michi videtur falsa licet magis appropinquet veritati ꝫ prima. Probo enī ꝙ forma nō

est principiū indiuiduationis mō supradicto. Illō quod eiusdē rationis existens non est in plurificabile sed plurificabile non est principium indiuiduationis. alias enim indiuiduū esset plurificabile. Sed ē forma huiusmodi sicut dictū est superius et probatū est de materia ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic Illud quod est ratio conuenientie indiuiduoꝝ nō est principium idiuiduationis Sed forma est principium cōueniētie vel ratio conuenientie īdiuiduorum ī specie qz dat esse specificum ergo ꝛc. ¶ Tertio sic Illud quod pertinet ad quiditatem vel ad rationem speciei non est principiuz indiuiduationis vt patet quia principium indiuiduationis non ingreditur rationē spēi sicut nec indiuiduum. Sed secundum oēs quicquid sit de materia forma pertinet ad rationē speciei et q̄ditatē ergo ꝛc. ¶ Quarto sic Illud non est principium indiuiduatiōis quo non repugnat alicui diuidi in plura quoꝝ quodlibet sit ipsum. ps ex predictis sed forma vel ꝙ formam vnde forma non repugnat alicui diuidi ī multa sicut nec speciei vel quiditati includenti forma ergo ꝛc. ¶ Dico igitur de forma sicut de materia ꝙ non est principium indiuiduationis supradicti.

¶ Ad primum aliorum dico

ꝙ forma vnde forma non dat esse indiuiduale vel singulare sed magis esse specificum scilicet forma talis specifica et ita per consequens non dat esse in diuiduale numero vnū sicut proximū fundamētuz indiuisionis vel repugnātie ad diuisibilitatē licet bene concurrat vt cōsequentia cū materia eodēmodo quo dictum est supra de materia. Si dicas ꝙ nō forma absolute sed hoc restat querere per quid est hoc. ¶ Ad ām dico ꝙ forma est terminus quo generatiōis et totum compositum substātiale est terminus quod Sed dico ꝙ forma non potest ex hoc concludi principium vltimatū indiuiduatiōis. forma enī ex se licet sit forma tñ ex se non est hoc et dato ꝙ esset hec tñ oportet ꝙ per se compositū habeat aliā hecceitatē sicut aliā ētitatēaptib⁹. Forma ḡlz sit causa ītrinseca indiuidui substātie tñ sicut dictum est supra de materia non est principiū indiuiduationis supradictū cū sit eque cōicabilis vel plurificabilis sicut ꝛ species vl natura specifica ¶ Ad tertium dico ꝙ forma numero vna est principium causale essendi vnum numero et specie Et dico ꝙ per ipsā est aliquid vtrūq; causaliter sed non formaliter et tanꝫ immediato et proximo fundamento repugnantie ad diuisionem. ¶ Ad quartum de existente in actu eodem modo sicut de vno numero. ¶ Ad oēs auctoritates dici potest ꝙ per formam est aliquid vnum numero vel indiuiduum non sicut per immediatum et proximū fundamētū repugnātie ad diuisionē sed sicut per causā intrinsecā ꝓprincipaliorem eius quod est vnum numero vel indiuiduum sicut actus est pars principalior ꝫ potentia alicuius compositi ex materia et forma actu et potentia et ideo non concludunt Nam sicut probatū est supra forma cum ingrediatur rationem speciei non est minus communis ꝫ species ipsa vel quiditas speciei et per consequens non potest esse principium indiuiduationis. Si dicas ꝙ hec forma est principium restat questio per quid est hec sicut de tota natura speciei.

¶ Ideo est tertia opinio que

ponit ꝙ natura est hoc per se ipsā et indiuiduatur ex seipsa nec oportet ad aliquid aliud concurrere ꝫ ad ipsammet naturā specificam adhuc tñ multiplicabilis est p partibilis per ꝫtitatem et per consequens vbi est natura specifica sine ꝫtitate ibi est indiuidium et natura indiuidua sine partibilitate vel multiplicatione. ¶ Quod autem natura specifica ex se sit hec et indiuidua. probatur primo sic Aut est ex se hec aut per aliquid additum Si ex se habetur propositum Si per aliquid superadditum queritur de illo superaddito sicut de primo et ita vl erit processus in infinitum quod est impossibile vel stabitur in primo quod est propositum. Confirmatur quia illud aliud superadditum esset posteri⁹ natura et ꝓsupponeret indiuiduatiōem. ¶ Secundo sic. Eo ipso ꝙ aliquid est extra intellectum est aliquid singulare nec oportet querere aliam causam quia hec est conditio necessaria entis extra intellectū puta esse singulare Sed natura seipsa formaliter est extra intellectum sicut per intellectum vl aliquid ab intellectu est ām quid infra intellectum ergo ꝛc. ¶ Tertio sic Cū aliquid cōuenit alicui simpliciter et alterum ām quid non est querenda causa alia eius quod sibi conuenit simpliciter sed magis quod secundum quidꝫ aduenticie. Sed nature reali simpliciter conuenit esse singulare vel indiuidualem ām quid vero vniuersale primi ergo nō est querenda causa nisi qz est in re seipsa sed secundi bene puta quia ē ī intellectu ergo ꝛc. ¶ Quarto sic quia per idem formaliter habet esse et vnum esse ꝛ per consequens est vnum numero vel indiuiduale sed seipsa est ergo seipsa vna est et per consequens indiuidua quare ꝛc. Sic ergo natura materialis seipsa est hec ꝙ tñ sit diuisibilis hoc conuenit sibi per ꝫtitatem quia sibi ex se conuenire non potestqz de se est hec ita. et ita ex se non potest esse partibilis vl diuisibilis ꝛ cum hoc non videatur nisi per ꝫtitatē sequitur propositū eoruz vt videtur. ¶ Confirmat etiam per Porphirium qui in specie specialissima iubet quiescere Et per Boecium qui nullam mentionem facit de diuisione speciei indiuidua. Inuentes per hoc ꝙ vltra differentiā specificam et athomam speciei specialissime non est aliqua vlterior differentia per quam natura sit hec vel indiuidua sed seipsa est hec et indiuidua licet nūeretur ꝛ multiplicetur per ꝫtitatē sicut per causam extrinsecā aliquomodo. ¶ Sed ista opinio multipliciter intelligi potest et secundus quēlibet intellectū est impossibile et īplicat contradictionem potest enim sic intelligi ꝙ natura specifica ex seipsa vltimate sit hec et indiuidua: sic ꝙ licet per ꝫtitatem multiplicetur tñ ipsa in ratione substantie non numeretur sed fit vna vel vnica numero indistincta sub oībus ꝫtitatibus licet ꝫtitates sint multe et vt ꝫta numeretur Et tunc dico ꝙ ista opinio est falsa et ad ipsam sequuntur incōuenientia multa tā ī phia ꝫ in theologia. In theologia sequit istud incōueniens primo ꝙ non solum natura diuina subsisteret eadem numero in pluribus suppositis actu distictis sed etiam natura creata sicut humanitas tota vna et eadem numero in sorte et platone et oībus aliis quod est inconueniens: qz illud attribuitur nature diuine ꝓpter eius illimitatē et infinitatē ¶ Scdm

Diuersi sen⁹ hui⁹ opinionis cū reprobationibus.

inconueniens est q̄ conuerso vno pane in alterum in corpus ch̄risti omnes panes conuerterētur quia non sunt nisi vnus panis numero ēm subst̄ātiā ēm quam panis conuertitur atq; pluificetur ēm q̄titates et sic q̄titates omnium aliorū panū manent sine subiecto. ¶ Tertium inconueniens est Error ille pessimus commentatoris q̄ in omnibus hominibus esset vnus numero intellectus q̄ natura humana ex se ē hec et q̄ ꝓ̄ias alia velit̄ellect⁹ imo ēt materia vīcorp⁹ et sic sīyn⁹ hō saluatur oēs saluāt̄ur si vnus dānatur oēs dānantur. Sequuntur etiā ī cōuenientia quia positio ista peior est q̄ positio platonis quam imponit sibi aristoteles Et reprobat septimo metaphi. q̄ plato posuit substantias huius et illius ydeatā separatā tū ab hoc vel ab illo. Sed isti eandē numero substātiā huius et illius sub diuersis accidentibus ita q̄ nō differunt nisi per accidentia. Unde plato posuit vnitatem ydee quasi respondentē vnitati speciei predicabilis de indiuiduis Sed isti ponunt vnitatez nature numeralē et predicabilē de multis ¶ Secū dū inconueniens q̄ ī eodem subiecto naturaliter et simul erunt diuersa accidentia plura eiusdem rationis quod est contra illud quinti metaphi. Plures enī q̄titates indiuiduorum simul essent in natura illa vnica indiuisibili quare ꝛc. Sequūtur etiam incōuenientia in philosophia naturali ¶ Primo q̄ vna substantia generata vel creata nunq̄ poterit alia eiusdem rationis generari quia non est nisi vnica singnlaris in sua ratione Alioquin generaretur idē bis vel ꝓduceretur ꝓductione totali Nec valet si dicas q̄ immo q̄ q̄titas est alia et alia generatio per se ad q̄titatē non terminatur sed ad substantiam quare ꝛc. Et similiter potest argui de corruptione ¶ Secundo sequitur contra philosophiam q̄ posito vno motu eiusdē rationis ponātur oēs alij eiusdē rationis et cum semper cū qualibet ratione mot⁹ sit aliquis motus in re sequitur q̄ omnia mobilia mouēt et q̄ nichil quiescit quod est inconueniens ¶ Alio modo potest predicta opinio intelligi q̄ licet natura specifice sit hec ex seipsa et vltimata sui generis differētia tū sub q̄titatibus pluribus correspondenter pluificatur modo sibi ꝓprio et in se sicut ille q̄titatis pluificantur nec est eadē numero sub pluribus q̄titatibus Et isto modo etiā includit cōtra dictionē manifestā q̄ dicit q̄ natura ex se ē hec et per consequens impluificabilis et postea dicit q̄ pluificatur sub q̄titatib⁹ et diuiditur in partes quarū quelibet recipit predicationē totius sicut homo predicatur de sorte et platone que duo manifeste contradicunt. ¶ Secundo q̄ si substātia vel natura secūdā se pluificatur sub q̄titatibus et substantialiter hoc non est per aliqua sui generis Sicut etiā substantia accidentaliter non pluificatur nisi per aliqua de generibus accidentiū ita nec substantialiter nec per aliqua de genere substantie et ita non solum per q̄titatem substātia pluificatur quod est contra ipsos. ¶ Tertio quia sicut substātia ꝓior est accidēte vel q̄titate Ita pluificatio subē ꝓior ē pluificatione accītis igit̄ ꝓia nō ē p se oāz. ¶ Quarto q̄ q̄ro de illis pluribus⁹ substātijs sub illis q̄titatib⁹ aut se totis distinguntur substātialiter et sic non sunt eiusdem speciei vel generis directe quia in nullo cōueniūt quod est absurdum scilicet q̄ sortes et plato non sūt eiusdē speciei vel

Alius fē sus p̄dicte opi.

generis Aut in aliquo cōueniunt ꝛ aliquibus distinguntur. Sed planū est q̄ natura non distinguntur sed magis cōueniunt quia eiusdem rationis ergo aliquibus nature superadditis distinguntur: ꝛ per consequens natura seipsa non est hec contra primū dictum ipsorū Sic igitur dico q̄ opinio ꝓmissa ē falsa q̄ocunq; intelligatur et q̄ natura ex se non ē hec nec indiuiduationis principium.

¶ Ad primū ꝓo ipsa dico q̄

deductio illa ad procedendum in infinitū vel ad stādum in primo non habet locum nisi vbi primum se cūdū ꝛ tertiū vniformiter se habēt. ¶ Ad illud q̄ queritur sicut est de vno et ente bene probat cōmentator quarto metaphi. q̄ non distinguntur realiter q̄ ens non est vnū per aliquid superadditū: quia illud superadditū conformiter se haberet ad esse vnū sicut et ens et sic esset processus in infinitū Sic autem non est in proposito quia nō se habent vniformiter ad indiuiduari natura ipsa ꝛ illud superadditum quod est differentia idiuidualis per quam idiuiduatur quia natura proprie indiuiduatur sed est ratio indiuiduandi et ita non oportet procedere in infinitū Sicut nec hic corpus est album nō seipso sed aliquo superaddito puta albedine Albedo aūt non est alba nec seipsa nec aliquo alio sed est ratio essendi album. Vel dic q̄ concludit q̄ aliquo essentialiter distincto superaddito non indiuiduatur natura. ¶ Ad ēm dico q̄ natura seipsa formaliter ē extra intellectū tī secūdū esse nature non ēm esse ī diuiduale sed magis per aliquid additū tī essentialiter sibi idez in separabile a natura extra intellectum. ¶ Ad tertiū Dico q̄ licet nature extra itellectū simpliciter conueniat esse hanc vel singularē tī non est ex se precise sed per aliquid additū sicut multa cōueniūt sibi simpliciter nō ꝓ itellectū ꝫ ēm q̄d q̄ aliquid superadditū. ¶ Ad quartū sicut ad ēm prius fuit respōsum. ¶ Ad porphirū Dico q̄ plato iussit quiescere in natura specifica non quia seipsa esset indiuidua sicut tu accipis quia tunc nō posset ꝓ se predicari de pluribus numero differētibus Sed quia indiuidua licet per se sint in genere quia tī sūt infinita saltē in potentia ꝛ de ipsis nō est scientia ab arte sunt relīquenda. ¶ Ad Boecium per idem potest dici q̄ ꝓpter hoc dimisit diuisionē speciei in indiuidua. vel potest dici q̄ reducitur diuisio speciei in indiuidua ad diuisionē totius in partes materiales q̄ ad indiuiduū pertinet subīci omnibus sui generis quod ē ꝓprietas vel conditio materie aliquomodo vt dictum ē vel etiā potest dici q̄ potest redduci ad diuisionē generis ī species q̄ sicut ꝓ plures differētias specificas diuiditur genus in species. Ita per plures differentias indiuiduales diuiditur species in indiuidua. ¶ Unde non est athoma respectu idiuiduorū sed respectu specierū quia non potest diuidi in plures species sicut species subalterna.

¶ Ideo est alia opinio que ponit q̄ principium indiuiduationis est actualis existentia concurrente tamē duplici negatione Quarum vna est non diuidi infra se et alia est non eē aliud et ita diuidi ab alio et ista duplex negatio consequitur in re vel cōcomitat ipsam actualē existētiā Ita q̄ actualis existentia in re est proximū funda-

mentū vnitatis indiuidualis que cōsistit formalit in illa duplici negatione vt dicunt. ¶ Quod autē per se actualis existentie indiuiduetur natura tāq̄ per principiū indiuiduatiōis supradictū. ¶ Probatur primo sic Illud est principium indiuiduationis ad quod generatio primo terminatur quia ad indiuiduum vt singulare est et hoc primo terminatur generatio. Sed hoc est esse existentie esse ī actu generatio enim ad esse in actu terminatur ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic vltima vnitas rei debet scilicet conuenire per vltimum actum tanq̄ per ꝓximū et īmediatum fundamētū. Sed vnitas indiuidualis ē vltima vnitas rei et perfecta Esse aūt existentie est vltimatus actus ergo ꝛc. ¶ Tertio sic Esse ī actu quod est esse existentie et esse intellectu sunt opposita et vniuersale et singulare vel indiuiduum sunt opposita sed ꝓ esse in intellectu est natura vniuersalis ergo per existere ī effectu est res ꝛ natura particularis. ¶ Quarto sic Illud est principium idiuiduationis quo existente vnico res est vna et quo multiplicato res multiplicatur. Sed esse actualis existentie est huiusmodi quia vnius rei vnicum est esse ergo ꝛc. ¶ Quinto sic q̄ per esse actualis existentie distinguitur vnum indiuiduū ab alio. Ms autē vnitas indiuidualis formaliter consistat in illa duplici negatione ꝛ nichil dicat positiuum satis apparet. quarto metaphisice de vno q̄ nichil positiuum addit super ens sicut probat ibidem cōmentator vna vero istarū negationum est idiuisio actualis et potentialis reiin partes subiectiuas de qb⁹ dicatur ipsa sicut superius de inferiori. Secunda negatio est non esse aliud sed magis distinctus ab alio et sunt ille negationes que cōmuniter ponunt concurrere ad rationem vnius scilicet indiuisio ī se et diuisio distinctio ab alio tī specificatur vt cōcurrunt ad vnitatē numeralē modo predicto. ¶ Alibi tñ videntur dicere isti q̄ natura de se est diuidua et diuisibilis et per consequens non est de se indiuidua ꝫ per aliquid tollitur ab ista diuisibilitas ꝛ fit indiuidualis indiuisibilis. Et dicunt vltra q̄ illud aliud a natura non potest esse aliquid positiuum q̄ vel illud esset absolutū vel respectiuum. Nō potest dici absolutum q̄ nec est materia nec forma nec aliquod accidens ēm ipsos. Nec relatiuum q̄ relatiuum vel relatio illa ꝓ supponeret fundamētū hoc et singulare. et ita non posset sibi dare esse hoc vel singulare igitur restat q̄ per solam negationez vel negationes solas illas duas predictas sit natura illa indiuidua et singularis et q̄ aliquid positiuū nō sit principiū indiuiduationis.

Contra primam opinionem,

¶ Sed contra btrunqz modū

dicendi Arguo quia neuter videtur michi verus. ¶ Contra primum de esse actualis existentie Arguo primo sic Illud non est principium indiuiduationis modo predicto quod non includitur in ratione indiuidui sed est extra rationē eius Sed eē actu alis existentie non includitur in per se conceptu in diuidui. Ita enim accidit huc homini q̄ existat in actu sicut accidit homini q̄ est extra rationē eius ergo ꝛc. ¶ Secundo sic Illud non est principium indiuiduationis quod est posterius indiuiduo ꝓprima substantia in genere substātie Sed actualis existētia prime substantie est posterior natura ipsa prima substantia Probatio q̄ prius natura est per se in genere q̄ existat. Accidit enim sibi q̄ existat ad hoc q̄ sit in genere vel saltē per existere non pertinet ad gradū generis aliquē Sed planum est q̄ prima substantia per se est in genere vt prima substantia est et singularis ergo ꝛcet. ¶ Tertio sic Illud non est principiū indiuiduatiōis alicuius nature absolute quod non dicit aliud absolutū q̄ indiuiduum nature absolute est absolutū Sed esse actualis existentie ꝓout distinguitur a natura non dicit aliquid absolutū sed dicit respectum ad primū efficiens saltem secundum illos alterius positionis et forte quod est verum ergo ꝛcē. ¶ Quarto arguit ab aliquibus Illud q̄ eiusdē rationis existens est plurificabile non est principium indiuiduatiōis q̄ omne tale commune est et indeterminatū ex se determinabile per aliud. Sed esse actualis existentie est huiusmodi sicut et esse essentie vel essentia ipsa ergo ꝛc. ¶ Quinto sic ab alijs Non repugnat singulari q̄ intelligatur ꝓteritum vel futurum non existit ḡ existere non constituit indiuiduū ¶ Sexto sic Essentia sortis ēm opinantē est ab eterno et planū est q̄ singularis est sicut eterna Sed ab eterno non existit ergo existere non est principium indiuiduationis. ¶ Dico igitur secūdū primas tres rationes precipue q̄ minorem prime rationis reputo dubiam q̄ esse actualis existentie non est principium indiuiduationis.

¶ Contra secundum modum

dicendi de solis negationibus. Arguo sic primo. Illud non est principium indiuiduationis quo fūdamentaliter non repugnat alicui diuidi in plura de quibus predicetur Sicut patet ex intellectu questionis sed per negationem non repugnat alicui diuidui immo per negationē repugnat Si enī per negationez aliquid repugnaret alicui hoc esset ꝓpositū negationis et ita ligno non albo repugnaret esse album quod est falsum: licet enim non sit album non tī repugnat sibi esse album: q̄ tūc nunq̄ posset esse album Similiter etiā in proposito licet natura non esset diuisa vel indiuiduū non esset diuisum sibi tamē ex hoc non repugnaret diuidi vel esse diuisum nisi esset in aliquid aliud ab illis negationibus. ¶ Secundo sic Illud non est principiū indiuiduationis quod non cōstituit cū natura vnum per se subīcibile respectu omnium predicabiliū de indiuiduo. Patet nā omnia superiora per se predicantur de indiuiduo Sed negatio nō potest hoc cōstituere cum natura q̄ ex positiuo et negatione nō fit aliquid vnum per se ꝛc. ¶ Tertio sic Illud non ē principium indiuiduationis in aliquo genere quod non est aliquis actus q̄ per actum vltimatū per se ordinabilē ī genere ē idiuiduatio Sed negatio est aliquis actus sicut nec aliquod ens ergo ꝛc ¶ Itē impossibile est q̄ illud quod ē maxime substātia principaliter per negationē cōstituatur in esse illo substantiali Sed indiuiduum substantie est primo maxime et principaliter substantia vt patet in predicamentis et vt prima substantia ergo ꝛc. Per negationem enī non cōuenit prime substantie q̄ sit perfectior q̄ secunda substantia vt videt. ¶ Quinto sic. Imperfectio aliqua non videtur alicui repugnare nisi ꝓpter aliquā perfectionē tali imperfectioni incompossibilez Sed diuidi est imperfectionis in natura creata. Patet quia non inuenitur in

Contra secundam opinionē

natura diuina propter sūmā actualitatem et perfecti onē. Sed negatio non dicit perfectionem ergo non repugnat alicui rei diuidi propter negationez et per cōsequēs non ē principium indiuiduationis oportet ergo necessario reducere ad aliquid positiuum et ad aliquā affirmationem que sit causa indiuisibilitatis et illud non potest esse natura ipsa vt probatū est igitur aliquid aliud.

¶ Ad primum pro actuali existentia. Dico q̄ indiuiduum actu existēs terminat generationē primo sed nō oportet ppter hoc q̄ p existere sit indiuiduum licet bene cōcomitetur existere ipsū principiū indiuiduationis. Ita q̄ si existere ponatur termin⁹ generationis. Tūc licet generatio sit singularis et existētis non tñ vt singularis sed vt existētis. Si aūt non sit terminus generationis sed magis totū indiuiduū existēs tunc non valet minor rationis ¶ Ad secundū dico q̄ existere non ē vltimatus act⁹ ordinabilis in genere modo predicto sed accidit cuilibet ordinabili in genere q̄ vt sic est in genere ipsum existere est extra rationē eius licet sicut puto res non est in genere metaphisico ī actu nisi existat ī actu ¶ Ad tertiū dico q̄ esse in re ⁊ in intellectu nō sūt opposita nec oportet q̄ si res est vniuersalis p esse in ītellectu q̄ propter hoc sit singularis per esse in re. Verū est tñ q̄ singularitatē ī re cōcomitatur actualis existentia. Unde sicut res est vniuersalis in intellectu ita ē singularis in re et in effectu. ¶ Ad quartū dico q̄ illud est principiū indiuiduatiōis quo multiplicato alterius rationis res primo multiplicatur sicut principio formali non sicut cōcomitatiuo vel sicut consequutiuo et quo vnico res primo est vna singulariter. Sed hoc non est actualis existentia sicut probatum est supra sed aliquid prius ipsa. ¶ Ad quintū dico q̄ indiuiduum nō primo singulariter distinguitur ab alio p suā actualem existentiā sed per aliqd prius ¶ Ad illud pro puris negationibus dico q̄ illud vltra naturā quo primo repugnat indiuiduo diuidi in generibus absolutis est aliquid absolutū nec est materia nec forma Sed sicut dicetur infra ī vltimo articulo questiōis. In generibus relatiuis est aliquid relatiuū sicut et natura relatiui. Nō enī essentialiter distingūtur vel forte ad aliquid aliud sicut etiam in illo tertio articulo apparebit.

Communis opinio.

¶ Est igitur alia opinio vltima ḡtū ad istū articulū et est opinio communiter loquentiū q̄ ḡtitas est principiū indiuiduationis ḡtitas scilicet indiuisa et licet sit communis est tñ multū mirabilis. Quod aūt ipsa ḡtitas sit principiū indiuiduationis p̄dicaf materialiter. ¶ Primo sic Illud est principiū indiuiduationis indiuisum existēs quod p sui diuisionem est principium multiplicationis ıdiuiduoꝝ in aliqua natura Sed ḡtitas est huiusmodi q̄ sibi primo cōuenit diuidi in partes eiusdē rationis sicut patet quinto metaphi. ergo et cuilibet natura alteri per ipsā cōuenit hoc Cū ergo species diuiduatur ī idiuidua sicut in partes eiusdē rationis. Oportet q̄ hoc sit p ḡtitatē ḡtitas igitur est principiū idiuiduatiōis ¶ Secūdo sic. Illud est principium indiuidnationis per quod multiplicatū primo distingūtur indiuidua et partiūtur forme materiales. Sed ēm commētatorem de substantia orbis hoc est ḡtitas q̄ forma nō non partitur vel multiplicatur nisi q̄ recepta ī alia et alia materia vel alia et alia parte materie que nō est alia et alia nisi per ḡtitatē. Unde et materia sine ḡtitate ē indiuisibilis primo phificoꝝ ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Illud est principiū indiuiduationis et vnitatis materialis indiuisū existens cuius diuisio est principiū multitudinis que est numer⁹. Sed ḡtitas cōtinua est huiusmodi Unde et in nō ḡtis non inuenitur numerus ḡtitas quare ⁊c. ¶ Ad hoc respōdetur esse auctoritates plures q̄ natura substantialis indiuiduetur per accidentia et precipue per ḡtitatē propter rōnes predictas. ¶ Prima ē Boecij de trinitate vbi dicit q̄ tres homines tātū hic et nunc distingūtur Sed hic et nunc oriūtur ex ḡtitate sicut et tēpus et motus q̄ omne mobile et temporale est ḡtū ergo ⁊c. Unde et locū nominat ibidē expresse Boecius quē impossibile est eundē fingere duobus indiuiduis vel corporibus sicut dicit ibidē. Locus aūt ḡtitas est. ¶ Secunda auctoritas est. Da mascēni in elementario capitulo quīto vbi dicit q̄ ypostases et indiuidua alicuⁱ nature distingūtur carecteristicis proprietatibus quarū ꝑcipuā videtur ponere ḡtitatē vt q̄ homo sit longus vel brevis vel huiusmodi. ¶ De accidētibus aūt q̄ per ipa indiuiduetur substantia sunt multe auctoritates. ¶ Dicit enim damascenus in logica sua capitulo nono q̄ substātiales differētie circa materiam considerantur et speciē constituūt accidētia aūt ypostazū sūt cōstitutiua. ¶ Secūda est eiusdē in sentētys libro tertio ca. 6. vbi dicit q̄ ypostases non differūt ēm substātiā sed tñ ēm accidens. ¶ Tertia est. Auicēne quito metaphi. ca. primo Equinitas vt natura est equinitas: sed vt accipitur cū conditionib⁹ accidētalib⁹ et materialibus dicitur hec natura. Itē ibidē dicit q̄ materie querunt accidētia quib⁹ indiuiduatur natura Itē cōmentator. 8. ethicoꝝ cōmento vltimo dicit q̄ sofronides sofronici filius non est alius nisi q̄ per accidentia ab inuicem separantur hoc videtur etiam dicere. Porphirius q̄ indiuidua differūt suisaccidentibus quorum multitudinē in vno repertā impossibile est in alio reperiri quare ⁊c.

Boeti. Dama. scenus. Idem. quicēna.

¶ Sed cōtra istam opinionē arguendo probabo. ¶ Primo q̄ nullū accidens quodcunq; sit illud est principium indiuiduationis substantie. ¶ Secundo probabo hoc idem specialiter de ḡtitate. Pro primo. ¶ Arguo primo sic Illud non est principiū indiuiduationis ipsius substātie quod secundum totum genus suum est posterius ipsa substātia ēm totū genus suū. Probatio q̄ nūq; prius in suo priori dependet a posteriori. Sed substātia ēm totū genus suū est prior accidente ergo ⁊c. Minor probatur. 7. metaphi. Substantia est prior accidēte suo natura diffinitione et tempore. Et p̄mētator eodē. 7. p̄mē. 7. dicit q̄ idiuiduum substantie prius est indiuiduo accidētis Dices q̄ prima substantia non est prior accidente sed posterior est aliquo accidente. ¶ Contra substantia prior est accidente ergo maxime substantia maxie prior est accidente Sed indiuiduum substantie vel prima substantia maxime est substantia in predicamentis ergo ⁊c. Dices iterū q̄ substantia prior est ī essēdo ꝫ accidēs prius est ī diuidēdo ꝛpticulādo, idem causaliter depēderet a seipso et esset pri⁹ ⁊ posterius seipso Sed accidēs effectus substantie tam ḡ sui subiecti Conditio aūt requisita ad causandū est singularitas q̄ actiones vel causationes nō sūt nisi singulariū ergo ⁊c. ¶ Septima ratio quia tñ genus et predicamentū substantie sit perfectissimū et per cōsequēs sibīpsi sufficiens plusq̄ nulla alia genera nulla ratio apparet quare mendicet ab illo genere suā indiuiduationē sed oportet dicere q̄ nō habet min⁹ sua indiuidua ex se ḡ genus accidētis quodlibet per quod poneretur indiuiduari Unde ymaginor q̄ substantia mendicet suam indiuiduationem ab aliquo genere alieno. Tunc probo specialiter de ḡtitate q̄ nō est principiū indiuiduationis substantie quo variato in maius vel min⁹ ⁊ nō manēte eodē in numero totaliter substantia tñ manet totaliter eadē in numero. Sed in rarefactione vel condensatione alicuius substantie ita est q̄ ḡtitas augetur vel minuitur et nō manet totaliter eadem Substantia vero manet totaliter eadē numero Sed in rarefactione et condensatione alicuius substantie ita est q̄ ḡtitas augetur vel minuitur et non manet totaliter eadem Substantia vero manet eadē numero nisi fiat aliquid aliud ḡ rarefactio vel condensatio ergo ⁊c. ¶ Secundo sic Si ḡtitas esset principium indiuiduationis substantie Aut illa esset ḡtitas terminata aut interminata. Non ḡtitas terminata quia illa vt sic presupponit hanc formā et determinatam vel hanc substantiam sicut dictū est supra Nec ḡtitas interminata quia illa manet eadem in generato et corrupto secūdū illud quod est vt dictū est supra de materia vel manere potest et tñ generatū et corruptū non sunt idem numero nec specie frequēter ergo ⁊c. ¶ Si dicas q̄ natura generati et corrupti variatur et ideo numerus. Contra hoc argutū est supra in opinione de materia. ¶ Si dicas etiam q̄ nō manet tota ḡtitas eadē que prius sicut nec materia. Cōtra saltem virtute diuina posset contineri et cōseruari tota et generatus et corruptum non essent idem. Item rum nec potest negare de parte aliqua quin maneat et tñ pars forme generati in illa materia cū illa ḡtitate non est eadē cum parte forme corrupti que precessit in eadē materia. ¶ Secundo sic per se terminus generationis est per se vnus Sed si ḡtitas esset principium indiuiduationis hoc aliquid et in diuiduum substantie quod est per se terminus generatiōis nō esset per se vnus q̄ ex substantia ḡtitate non fit aliquid vnum per se ergo ⁊c. Et potest ista ratio etiā extendi ad alia accidentia. ¶ Quarta ratio. Si ḡtitas esset principium indiuiduationis corporis christi. Sequeretur q̄ virtute verborum sacramentaliū et per se ḡtitas corporis christi esset sub speciebus et non solū cōcomitāter. Sy hoc est falsū etiam ēm ipsos et ēm omnes quia ibi nichil est virtute verborū et per se et directe nisi in quod transsubstantiatur: panis in ḡtitatē vero nō transsubstātiatur. Tunc enim non esset transsubstātio sed transaccidentatio ergo ⁊c. Cōfirmatur hoc quia sub ḡtitate separata in sacramēto prius posset ponere deus aliquā substantiam ⁊ tūc illa esset eadem cū conuersa parte et sic eadē vel esset vel nō esset ¶ Ad hoc etiam possunt adduci aliquē rationes superius de materia precipue illa de aīa separata a ḡtitate per quid ē hec Sed nō curo. ¶ Di-

Nota.

co igitur ẽm premissas ratiões ꝙ ꝯtitas nec aliqꝺ accidens est principiū indiuiduationis substantie. Sed sicut de substãtia ita de ipsis accidẽtibus restat querere per quid indiuiduantur in genere suo et oportet ꝙ substantia et quodlibet accidẽs ꝙ aliquid sui generis indiuiduetur et habeat superiora et inferiora sui generis de quibus fũt indiuidua ipsa. Nec valet dictũ aliquoꝝ ꝙ licet ꝯtitas absolute accepta non sit principiū indiuiduationis tñ vt situata vel habẽs sitũ qz vel hoc intelligitur de situ qui est modus ꝯtitatis ẽm ꝙ partes eius fũt i ipsa vt in toto et tunc est positio et differentia ꝯtitatis et conuenit partibꝫ ẽm habitudinẽ ipsarum adinuicẽ et ad totũ. Et tunc planũ est ꝙ nichil absolutum dicit sup ꝯtitatẽ et ꝙ cõsequẽs si aliquid dicit respectũ qui nõ potest esse principiū indiuiduationis in natura absoluta sicut dictũ est supra et etiaꝫ pro ba tũ est de quibuscũqꝫ accidentibus ꝙ nõ possunt indiuiduare substantiam. Aut intelligitur ille situs pro situ qui est predicamentũ et cõuenit partibus ꝯtitatis non i comparatione ad totũ sed ad locũ continẽtem et circũscribentẽ totum et hoc etiã stare nõ potest. Tum quia similiter talis situs accidẽs est et respectus. Tum quia dato ꝙ substãtia ꝯtita esset in vacuo adhuc esset indiuidua: et tñ non esset situata. Tum quia duo corpora possunt esse in eodẽ loco: et habere situs suos per cõparationeꝫ ad eundẽ locum in tñ ꝙ ẽm alios etiã sunt in eodẽ situ: et habẽt eundem situm: licet situs multiplicẽtur ẽm me sicut et partes corporũ situatas: et tñ manẽt duo corpora numeraliter distincta: ꝯ etc. Dico ergo ꝙ oportet querere aliud principium indiuiduationis in substãtia. quare etc.

¶ Contra Cōmētatorem ar/guitur aliter primo: q; nō est magis possibile q; in diuersis suppositis sit simul eadē per se forma eorū q̄ diuersa materia loquēdo de suppositis creatis ꝛ natura finita ergo nō minus nūerab intellectus q̄ corpus p̄cipue si est forma sicut superius ꝓbatum est ꝛ deductum ꝓtra eum ꝛ sicut etiam sibi imponit ab aliquibus. ¶ Scōo quia principia singularia ꝛ ꝓportionalia ad ipa igitur sunt numerata ꝛ nūerabilia sicut ꝛ ipa ꝛ patet p̄cipue de forma q; ipa numeratur in oib⁹ alijs sicut ꝛ ꝓposita ipa ꝛ sicut materie ipsorū primo pfectibiles per formas igitur ꝛ aīa nūeratur sicut ꝛ corpora. Nec valet si dicas q; hoc corpus nō est primo pfectibile hui⁹ intellectus Sed corpus humanū in cōi ꝛ in qualibz specie sua sicut forte diceret cōmētator. Primo q; diceretur ab aliquibus sicut ꝛ forte diceret Commētator q; corporis in cōi nulla est vnitas realis sed tm̄ rōnis ergo nō est ꝓpria materia ꝛ per se primū perfectibile intellectus. Secūdo q; dato q; haberet talē vnitatem aliquam realem nō tamen illa est ꝓportionata vnitati nūerali q; intellect⁹ est hoc aliq̄d. ¶ Secundo cōfirmatur q; homo se toto cū sit vera spēs ꝛ per se in predicamēto vel genere dicit aliq̄d nūerabile in suppositis a quibus potest abstrahi sicut vniuersale ab indiuiduis ꝛ per ꝑs impossibile est q; intellectus qui est forma eius ꝛ pars ītrinseca sit ex se hoc aliquid ꝛ īmultiplicabile multo magis q̄ de proxima materia que est corp⁹ vel etiā de remota simul existente in diuersis hominibus. Principia enim particularium sunt particularia ꝛ vniuersalium vel cōium cōmunia precipue de principijs intrinsecis. Patet hoc septimo ꝛ duodecimo metaphisice. ¶ Quarto quia potest queri a Commentatore que est illa copulatio quaz ponit ꝛ que ē causa per se actiua illius copulationis ipsius intellectus ad corpus ꝛ quo modo est possibile q; tot corporibus idem intellectus numero copuletur ꝛ cum quasi continue varietur talis copulatio flm corruptiones hominum particularium quo mō cōtinue intellectus varietur ꝛ mutetur ꝛ quō idem numero intellectus ꝓius sit vbiq; omnibus corporibus ꝛ huiusmodi absurda multa. ¶ Et non videtur q; a prima causa vel ab intellectu agente q; ista sunt eterna ꝛ similis intellectus possibilis. Ab eternis autem ad ineternum non procedit aliquid nouum nec intellectus vnit seipsum. Tunc essi idem generaret seipm̄ vel pars totum nec generans naturale quod producit ipsum corpus quia non habet aliquam potestatem super intellectum cū sit omnino deformis. quare ꝛc. Nec potest dicere q; sit vnica vnio eterna vel copulatio increata vel creata sicut intellectus licet corpora varientur ꝛ multiplicētur Hoc essi est impossibile quia illa copulatio cum sit respectus ad corp⁹ necessario variatur ꝛ multiplicatur sicut suus terminus qō est corpus sicut ꝛ alij respectus.

q; ista positio cōmēta. est erronea,

¶ Dico igitur primo q; positio Cōmentatoris est erronea ꝛ falsa ꝛ absurda et nullam habens apparētiam. Nec habet mentē sui magistri Aristotelis vt videtur multis. Putant enim q; posuit intellectum esse formam humanam ꝛ multiplicari secūdus corpora humana id est sicut corpora. ¶ Tamen vnus ponit Aristoteli vnum alium modum ponēdi. Distinxit enim Aristoteles vt dixit inter intellectum substantiam ꝛ intellectū potentiam. Intellectum vero substantiam posuit substantiam separatam scīm esse incorruptibilem vnicam ꝛ infinitam in genere intelligentiarum separatarum ꝛ proximam in ordine entiū forme humane ꝛ imaginationi tanq̄ forme nobilissime īter formas naturales secundo phisicorum. Ipse autē vlterius posuit totum vniuersum cōnexum secundum actionem ꝛ passionem. ¶ Et iō dicit vltra q; intellectus substantia causat in imaginatione nostra vel corpore intellectum potentiam que est vna vis ꝛ virtus accidētalis recepta in fantasia ab ītellectu substantia ex ꝓiunctione sui ꝛ proximitate ad ipsum intellectum sicut instrumētum coniungitur principali motori sicut etiam obiectum ex coniunctione sui ad intellectum agentē intellectiuitatem ꝛ cālitatem super actum intelligēdi ꝛ posuit q; illa vi intelligimus tanq̄ forma nostra ꝛ potentia intellectiua ꝛ q; illa vis multiplicatur sicut et corpora humana vel fantasie ꝛ q; illa vis corruptibilis est per accidens ꝛ corrumpitur ad corruptionem subiecti. puta fantasie vel corporis. Nec tamen est vis organica quia non conuenit fantasie ab intrinseco secundum seipsam sed ab extrinseco puta ab intellectu substantia separata secundum esse vnica numero causante omnes tales vires vel virtutes i fantasijs hominuz. ¶ Et isto modo declarari possent omnia inconuenientia secundum Aristotelē vt⁹ vꝫ.

¶ Sed dico q; iste modus ponendi nihil valet in seipso. Secundo q; non fuit mēte Aristotelis vt puto. Primū ꝓbo sic. Act⁹ primus corporis phisici organici non est accidens: sed substantia quia est substantialis forma. Sed intellectus hominis est actus corporis phisici. ꝛc. Patet scōo de aīa ꝛ probatum est supra. ergo ꝛc.

Contra modū im positum Aristo.

¶ Secundo sic. Ex accidēte ꝛ substātia nō fit aliquid vnū per se sed per accidēs. Si ergo intellect⁹ hominis est vnū accidēs sequitur q; homo cū includat intellectum nō est aliquid vnū ꝛ sic nō est spēs specialissima ī genere substātie. ¶ Tertio sic. Ab aliquo accidēte vel rōne accidētis nō accipitur differentia specifica alicui⁹ substātie: sed ab ītellectu hominis vel a toto homine ratiōe intellectus accipitur differentia specifica hominis que est rōnale. quare ꝛc. ¶ Quarto sic. Nō est min⁹ nobile intellectiuū in homine q̄ vegetatiuū ꝛ sensitiuum. Sed vegetatiuū ꝛ sensitiuū sunt substātie in hoīe. ergo intellectiuū puta in quocūq; formaliter est potētia intellectiua in eodē est substātia intellectiua q; potentia ītellectiua vel est idem cū subā intellectuali vel accidēs eius: Si ergo in corpore vel fantasia ē potētia intellectiua ops ponere ibidē subām intellectualē tanq̄ subiectū vel quasi subiectū immediatum talis potētie. Illam aūt voco substātiam ītellectum. ergo redit ꝓpositus. ¶ Ultimo q; videtur difficile quō virtus aliqua īmediate recepta i fantasia ꝛ educta de potētia fantasie q; aliter non pōt ipam cāre intellectiua creata sit p̄cipiū comp̄hensionis vniuersalis cū videatur eē quāta ꝛ extensa ꝛ organica ꝓsequēter. Nihil iō valet iste modus.

q; precedens modus non fuit Aristotelis,

¶ Secundo ꝓbo q; nō fuit de mente Aristotelis q; vniformiter ponit aīam intellectiuam esse formā substātialem sicut vegetatiuaz ꝛ sensitiuam scōo de aīa. ¶ Secūdo q; de eadē forma semp loquitur q̄n dicit q; est actus ꝛ q; est separabilis ꝛ differt ab alijs sicut perfectum a corruptibili quocūq; dicat hoc siue assertiue siue dubitative. Sed planum est q; ipse nec asseruit nec dubitauit q; accidens posset esse sine subiecto imo simpliciter ꝛ sine dubitatiōe posuisset q; nō potest esse sine subiecto ergo ꝛc. ¶ Tertio q; de formis subālibus loquitur. 12. metaphi. Vbi dicit q; intellect⁹ forsan est separabilis ꝛ manet post corruptionē hominis. Cōius dicitur q; Aristoteles posuit vniformiter nobiscū aīam intellectiuā vel substātiaz numerari sicut ꝛ corpora humana.

¶ Dico igitur q; positio fidei

fidei' positio,

etiam si nō esset fides ꝛ nō curreret nisi ratio est rōnabiliter inter oēs ꝛ potest melius sustineri scilicet q; substātia intellectus est forma corporis humani intrinseca homini sicut ostēsum est supra. ¶ Scōo ex hoc sequitur q; numeretur sicut ꝛ corpora humana. Tum q; ipossibile est q; forma specifica sit vna numero in pluribus indiuiduis eiusdē speciei sicut nec eadē natura nūero ipsius speciei pōt esse in pluribus indiuiduis. Tum q; ꝓprius actus ꝛ fōa requirit ꝓpriam materiā ꝛ ecōuerso scōo de anima. Tum q; alias seqrentur omnia incōueniētia supi⁹ contra Cōmentatorē adducta cui⁹ positio fuit pessima sicut ostēsum est supra. Euacuat em̄ totā fidē nostram quasi q̄tū ad merita ad demerita ꝛ penas ꝛ premia ꝛ iō excōicata est opinio sua Parrhisius in pluribus articulis vt p̄z intuēti ꝛ quasi tota scriptura sacra clamat contrarium contra ipsum.

Ad motiua ꝓ arist. adducta.

¶ Ad motiua ¶ Ad primū dico q; Aristoteles fuit tot⁹ pplexus ꝛ dubius de ītrinsecis superius adducta ꝓ ipso. corruptibilitate aīe vel substātie intellect⁹: licet iactauit aliquādo verba q̄bus videtur dicere q; est corruptibilis ꝛ passibilis. Diceret ergo Aristoteles q; intellectus est corruptibilis si voluisset vitasse infinitatē actualem stante eternitate mundi vel stātibus suis principijs ꝛ si posuisset cum hoc intellectum incorruptibilē. Dico q; ꝓtradixisset sibi ip̄licite affirmādo ꝛ negādo infinitatē actualem. Nec est inconueniens hoc sentire de aristotele. Puto em̄ q; in multis ꝓtradicit sibiip̄i ip̄licite sicut ꝛ multo ꝛaiozes ipso ꝓtradixerūt sibiipsis. Sic p̄z q; excellētib⁹ doctoribus imponitur ꝓtradictio tota die. Sed ē alia via soluēdi q; nō oz ponere infinitatem actualez q; nec mundus nec hō vel intellectus est eternus nec flm indiuiduū nec flm speciē ꝛ ita negatur p̄ncipiū Aristotelis. 8. phisicoz negādo ifinitatē actualem cum ipso in tertio phisicoz saltem de facto ꝛ ponendo intellectū numerari sicut ꝛ corpora ꝛ intellect⁹ esse incorruptibilis.

¶ Ad secundum dico q; difficile esset Aristo. si poneret ītellectū incorruptibilē ꝛ nō posse aliquid intelligere nisi ꝓiunctū cum fantasmate ꝛ corpore cui⁹ ponet ipm̄ esse formaz tamē ipse responderet sicut nos rīdemus q; intellect⁹ p statu pñtis ꝓiunctiōis quā experimur naturaliter nō intelligit aliq̄d nisi ex fantasmate: sed ꝓ statu separatiōis bene. Vnde nō caret intellectus ꝓpa operatione tm̄ esset argumētū difficile ꝓtra eum q; intellect⁹ sepatus naturaliter appetit vniri corpori ꝛ tm̄ corp⁹ idem nūero nunq̄ reuertitur flm ip̄m ꝛ per ꝑs suus naturalis appetit⁹ frustra est q̄d est impossibile ꝛ diceret q; vel intellect⁹ est corruptibilis vel si est incorruptibilis nō hēt appetitus vel inclinationez naturalem ad corp⁹ post eius separationem. Sed ad hoc etiā sequitur inconueniens q̄ nō posset bñ vitare flm principia sua: ꝛ iō fuit tot⁹ dubius ꝛ pplexus vt dicūt aliq̄ q̄d additur q; tunc essent plures intelligētie separate non mouētes.

¶ Dico q; hoc haberet cōcedere si poneret intellectum incorruptibilē ꝛ formā multiplicatā: ꝫ nō puto q; poneret nisi ꝓtradicēdo sibiip̄i in aliquibus. Fides autem istam difficultatem nō patitur. Ponit enim multas potentias carere ꝑpetuo suis operationibus sicut potentiam generatiuam in patria nec tamen esset frustra sed ad perfectionem habentis: hoc tamen non ponit de intellectu sed ponit q; intellectus separatus habet propriam operationē que est ītelligere ꝛ cum hoc ponit q; non perpetuo erit separatus sed in resurrectiōe reunietur corpori propio. Et quod additur vltra nullum est inconueniens fidei ponere sibi multas intelligentias separatas non motrices vel non mouentes: nec sunt frustra quia intelligunt ꝛ dato q; nihil intelligerēt adhuc non essent frustra sed ad decoremz ꝛ perfectionem vniuersi. quare ꝛc.

¶ Ad tertium motiuum dico q; si Aristoteles poneret intellectum incorruptibilem ꝛ a parte post posuisset eternum a parte ante ꝛ non habuisset inconueniens de ante sicut nec de post ꝛ dixisset vniformiter de ante sicut de post. Tu dicis infiniti homines fuerunt vel sunt in potētia ergo infiniti intellectus ab eterno. Respondendum est ad hoc sicut ad primum de infinitate actuali q; in hoc contra dixisset illi principio.

Si aũt nõ posuisset intellectũ incorruptibilẽ tunc nõ hz difficultatẽ in isto articulo. Fides aũt negat maiorẽ huiꝰ argumẽti qz nõ oportet ꝙ incorruptibile a parte post sit eternũ a parte aũ nisi sit necesse esse puta deus intellectꝰ aũt nõ est necesse eẽ hz possibilis fuit creari de nouo a parte ante sicut etiam adnihilari a parte post licet non corrumpi. ¶ Ad quartũ diceret Aristoteles si posuisset intellectum incorruptibilem ꝙ intellectꝰ nõ numeratur ꝑ quantum sic ꝙ quãtus sit principiũ formale sue numerationis licet numerus amborꝫ sit equalis sed sua differentia indiuiduali ꝓpa quã habet etiam separatus Si autem posuisset intellectum corruptibilem adhuc non puto ꝙ illud posuisset z nichil valeret argumentũ qz intellectus nõ maneret separatus. Fides aũt dicit ꝙ licet intellectus cõformiter numeretur sicut z corpus ẽ tum põt tamẽ manere separatus a quãto z nũeratus z nõ video quõ istud saluaretur si corpus vel ẽ tum poneretur ratio sue numerationis vel indiuiduatiõis huiꝰ vel illius intellectus sicut ponũt aliqui quorum opinio si nõ esset aliud videtur mihi falsa.

De nũeratione ītellectꝰ,

Adrões ꝑ Lommẽ adductas.

¶ Ad primam rõnem pro cõmentatore. Dico ꝙ est verisibilis. Intellectꝰ enim non facit vnitatez realẽ numeralẽ in obiecto: sed si facit vnitatẽ illa nõ est nisi rationis. Unde vnitas vniuersalis facta ꝑ intellectuz nõ est nisi vnitas rationis z tũc ꝓcludit cõtra ipm ꝙ intellectus ẽ vnꝰ ẽm rõn ẽ vnitate vniuersali nõ aũt vnus ẽm rem z vnitate numerali sicut ponit. Preterea etiã intellectus nõ solum facit aliqua plura vnũ ẽm rõnem: sed etiam alicꝺ vnum ẽm rem distinguit in multa ergo sequitur ex ista rõne si est bona ꝙ est distinctꝰ z nõ est vnus sicut distinguit obiectum. ¶ Ad secundum dico ꝙ species intelligibilis recepta formaliter in me z in te sicut accidens inherẽs intellectui nõ est vna imo plures sicut z intellectꝰ z queli bet singularis est ꝓpria differentia indiuiduali et spirituali sicut z intellectus. Nec talis particularitas vel singularitas impedit ꝓprehensionẽ vniuersalis sicut nec vnitas numeralis ipsius intellectus quã ponis. Et qñ dicis vltra ꝙ ab ipsis posset abstrahi aliqua species. Dico ꝙ põt ab ipis abstrahi species sicut vniuersale a particularibus ꝙ moduz obiecti. Sed illa non est vna species tertia alia ab istis distincta ab eis sed eadem eẽtialitercũ istis z nũerata in istis sicut iste sunt plures z tũc nullus ẽ ꝓcessus in infinitum: sed stat ꝓcessus talis abstractionis ad generalissimũ qualitatis ī quo omnes tales species reponũtur. Vel si ponatur ꝙ ꝑs intelligatur per speciem z species alia abstrahaꝫ a spẽ Tunc dicunt ꝙ nõ est incõueniẽs ꝓcessus in infinitum in talibus sicut nec in actibus. ¶ Ad cõfirmationem de obiecto intellecto ꝙ est idem intellectui meo z tuo ergo z intellectꝰ nihil valet. Ita enim argueretur ꝙ nõ est nisi vnus visus oim videntiũ aliquod idem obiectum. Si autem accipias intentionem intellectam ꝓ specie vel obiecto vt in specie vel in actu intelligendi tũc idez est sicut de specie z actu intelligendi z tũc intellectũ est aliud in me z ī te. ¶ Ad tertium de doctrina. Dico ꝙ alia nũero est scientia discipuli a sciẽtia magistri. Ita ꝙ aliaz noticam numero generat magister in discipulo ꝙ habeat in intellectu suo nõ tamẽ directe z imediate z per se attingendo ad intellectuz discipuli sicut generans naturale ad materiam vel subiectum sed indirecte per accidens ꝓponendo signa sensibilia discipulo quibus mouetur sensus z postea fãtasia z tandem per fantasmata cũ intellectu agẽte mouet intellectus possibilis ad cõsimilem scientiam notitie magistri vel doctoris. Si enim esset eadem numero sciẽtia discipuli z magistri nõ eẽt necessariũ ꝙ magister doceret discipulũ sicut dictũ est supra z ideo frustra intromisit se iste hereticus ꝓmentator de docendo z est mirabile quõ doctrina eius tantũ appciata est a fidelibus z catholicis aliquibus.

¶ Ad quartum dico ꝙ est argumẽtum bonum cõtra illos qui ponũt aias multiplicari ꝑ corpora vel materias qz in perpetuum nõ saluabũt quõ aie separate numerentur. Et ideo dico ꝙ ꝓncipiũ illõ ẽ falsum ꝙ forme eiusdem rõnis non numerãtur nisi pe materiam partem cõpositi sicut superius est ostensum. Et si cõmentator hoc sensit nego eum cũ oib⁹ qui hoc sentiunt. Hoc de scõo articulo.

¶ Quantum ad tertium re/

bona qõ de subã ītellectꝰ,

Resolutio precedentium

stat iquirere. An possit demõstrari veritas ista scz ꝙ substantia intellectꝰ est vere forma substãtialis ī homine perficiens corpus eiꝰ z informans z ꝑ ois vtrum numeretur sicut et corpora: licet eim de hac veritate apud fideles nõ sit dubium: tñ dubium est vtrum hoc possit demonstrari et ostẽdi rõne efficaci z euidenti ex naturalibus z ad ꝙ se nota reduci.

¶ Et dicunt aliqui ꝙ nõ ꝓt demõstrari sed sola fide tenetur. ¶ Ad hoc aũt adducũtur alique rationes. Prima est ista Illud quod latuit tantũ phm quãtꝰ fuit Cõmentator nõ potest demõstrari nec ostendi efficaciter per rationem naturalem vt videtur. Sed hoc latuit cõmentatorem: quia in hoc errauit sicut dictum ẽ prius. ergo ꝛc. ¶ Scda ratio. Impossibile est demonstrare ꝙ aliquid nõ quantum vel extensum sit per se forma substãtialis quanti vel extensi. Probatio quia ex hijs que nobis apparent in sensibus videmus ꝙ omne receptũ formaliter in quãto est quantum saltem per accidens. Et ratio huius est quia materie et forme est vnum esse et per consequens impossibile est vt videtur ꝙ vnum sit extensum et non aliud nec per se nec per accidens. Sed anima intellectiua est simpliciter inextensa z per se et per accidens sicut in sequenti articulo ostendetur ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Impossibile est demonstrare ex apparentibus ꝙ sit aliqua forma alicuius materie que non sit in potentia materie. Ita ꝙ materia sit transmutabilis ad ipsam virtute naturalis agẽtis quia cum materia non possit dici recipere formam nisi per transmutationem z nulla transmutatio nobis appareat que non sit ab agente planum ẽ illud quod est assumptum. Sed substãtia intellectus nõ est talis forma quia est forma nõ educta sed ꝙ creationem habita z ab extrinseco. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Substantia cuius potentia nec est actus corporis nec alicuiꝰ ptis corpis nõ põt demõstrari ex apparẽtibꝰ eẽ forꝫ corpis qz iõ vr iudiciũ õ potẽtia et substãtia. Sed substãtia intellectus est huiusmodi sicut dictum est supra: quare ꝛc. ¶ Quinto sic. Si hoc posset demonstrari quero quid esset mediũ in demonstratione ista. Aut enim esset demonstratio per aliquid prius. Aut per aliquid posterius de monstratio propter quid vel quia est. Non propter quid: qz quicquid prius adduceretur posset negari ex apparẽtibus. Si eim adducas descriptiones vel diffinitionem Aristotelis de anima põt negari nec est euidẽs ꝙ ista descriptio sibi cõueniat. Nec a posteriori: qz hoc esset ab operatiõe intelligẽdi in homine cuius principiũ oportet esse formã hominis sicut supra dicebatur: qz diceretur ꝙ non est euidẽs nec demonstratũ ꝙ principium operationis conuenientis alicui sit formaliter intrinsecũ sibi sicut patet ẽm vnum magnũ doctorez qui ponit ꝙ essentia diuina in prima est ratio intellectui creato intelligẽdi alia: z tñ planum est ꝙ non est forma eius nec intrinseca sibi faciens vnũ in esse cũ ipso: quare ꝛc. ¶ Sexto sic. Impossibile est demonstrare ꝙ substãtia habens appetitum contrarium appetitui alicuius sit forma alterius: quia talis substãtia illi nõ ꝓportionatur. Sed intellectus z corporis sunt cõtrarij appetitus. 3. de anima: ẽ ꝛc. Intellectus eim naturaliter appetit semp esse z corpus naturaliter continue tendit in corruptionẽ. Similiter vnus appetitus fertur circa bonũ vt nunc. Alius circa bonũ simpliciter qõ est frequẽter cõtrarium quare ꝛc.

¶ Videtur ergo istis ꝙ non est demonstratuz nec demõstrabile naturaliter alicui ꝙ substãtia intellectus sit forma corporis humani constituens vnum esse hominis cũ ipso. Sed ad saluãdum omnia apparẽtia naturaliter sufficit presentia ītellectus ad corpus per insistentiam sine informatione.

¶ Sed videtur michi

sicut etiã dicit vnus doctor ꝙ hoc est sufficienter demonstratum ex apparẽtibus z his que experimur certitudinaliter sic ꝙ nullus bene dispositus potest ea mẽte negare. Homo eim certitudinaliter experitur se intelligere z ꝙ intelligit formaliter. Sed hoc est ꝓpossibile nisi substãtia intellectualis sit sibi intrinseca ẽm esse z planum est ꝙ non sicut materia ergo sicut forma ẽ ꝛc. Minor patet per hoc ꝙ nullus itelligit formaliter nisi vel seipso vel aliquo sui sit subiectũ intellectionis. Subiectum aũt intellectionis est intellectus potẽtia qui vel est idem ꝙ intellectus substãtia vel accidẽs eius. Impossibile est eim ꝙ aliquid recipiatur formaliter in aliquo z illud nõ habeat potẽtiã receptiuã sibi intrinsecam z est contradictio manifesta. Sicut etiã ꝓpossibile est ꝙ alicui cõueniat aliquid z illud non habeat potentiam actiuam intrinsecam sibi. Alioquin enim posset z non posset. Ita ꝙ siue intellectus sit passiuus tm siue intellectiuus cum hoc sufficienter demonstratũ est ꝙ substantia intellectus est forma corporis humani intrinseca homini. ¶ Nec valet si dicas ꝙ homo non experit se intelligere: sed magis intellectũ separatum ab ipo ẽm esse tamen copulatum sibi sicut posuit commentator: quia experiri ipsum intelligere non est nisi intelligere. Nec potest esse actus alterius potentie ꝙ intellectus. Sicut ergo experitur intelligere ita intelligit ipsum intelligere: z sic siue illud intelligere sit sui siue alterius adhuc sequitur ꝙ formaliter intelligit z propositũ vt videtur necessario est cõclusum. Alioquin immediate reducũtur negantes ad contradictionẽ sicut patet sicut ꝙ est euidẽs ꝙ agere ẽm formã presupponit esse vel nõ est ẽm illã formam sine esse: quia alioquin vnũ nichil posset agere nisi oporteret ꝙ esset ens aliqua entitate ꝙ esset sibi principium operandi: ita sufficienter probatuz est ꝙ substãtia intellectus est forma hominis intelligẽtis: quia certitudinaliter experitur homo z intelligit se intelligere z habere operationẽ circa vniuersalia z separata z entia rationis ad que nulla sensitiva vel imaginativa attingere potest: ideo ꝛc.

¶ Ad primũ aliorũ dico ꝙ cõ/

Nota solu,

mentatorz errauit circa hoc sicut cecus: si tñ hoc negauit nec est aliquod argumẽtum si cõmentatorz nõ vidit hoc: ergo nõ est. Ignorauit eim multa z erratuit circa multa naturaliter cognoscibilia nec intellectus suus fuit regula aliorũ. ¶ Ad scdm dico ꝙ maior propositio est falsa: quia aliquid nõ ẽ tũ nec extensum potest esse principium intelligendi in homine ipso z ita demonstratur esse forma eius: qz sicut transmutatio substantialis facit scire materiaꝫ ita operatio fecit vel facit scire formam. Sicut ergo homo quia transmutabilis est substantialiter et corruptibilis scitur habere materiam partes sui et formam: quia intellectiuus est cum hoc ꝙ est corruptibilis. Ad probationem dico ꝙ ex apparẽtibus non videmus omne receptum in aliquo quãto esse ẽ tum: sed bene videmus aliqua recepta cuiusmodi sunt omnes forme corporales nec ex apparentibus apparet nobis oppositum precipue de talibus formis cuiusmodi est anima que non est corporalis vel corporea: sed spiritualis. ¶ Quando dicis vltra ꝙ materie z forme est vnũ esse. Dico ꝙ non imo sunt duo esse constituentia vnũ tertiũ esse. Sũt enim materie z forme duo esse sicut et due essentie: licet constituant vnã tertiam que est essentia cõpositi z est possibile ꝙ vnum sit extẽsum puta corpus et reliquum non nec per se nec per accidẽs z ita homo se toto non sit quãtus: sed sua parte que est corpus vel materia sua. ¶ Ad tertium dico ꝙ possibile est ex apparẽtibus et his que experimur demonstrare ꝙ substãtia intellectus est forma hominis et perfectio formalis corporis humani sicut deductuz est supra nõ obstante ꝙ non sit educta de potentia materie z ꝙ materia non transmutetur per se z directe ad ipsam ab agẽte naturali. Verũ est tamẽ ꝙ ex trãsmutatione materie ad alias formas z ex apparẽtibus transmutationum naturalium nõ arguitur hoc: sed ex operatione hominis sicut supra z nõ plus concludit argumentum. ¶ Ad quartum dico ꝙ maior est falsa. Non obstante enim ꝙ potẽtia intellectiua nõ sit actus corporis ẽm seipsam nec alicuius partis corporis: tamen necessario oportet eã demonstrabile est ꝙ forma vel substantia cum qua est idem essentialiter vel accidẽs eius sit forma intelligẽtis z non sit separata ab intelligẽte homine ẽm esse sicut superius est deductum. Alioquin eim potẽtia nichil esset intelligẽtis: z ita non posset intelligere: z per consequẽs non intelligeret. ¶ Ad quintum dico ꝙ hoc potest demonstrari a posteriori per operationez hominis que est intelligere sicut et Aristoteles demonstrat in. 2. de anima. Quãdo dicis ꝙ non: quia nõ oportet principium operationis esse intrinsecum operanti faciendo vnum in esse cum ipso. Dico ꝙ imo. Alioquin sequitur contradictio ꝙ possit ī operationẽ z nõ possit. ¶ Añ dicis de essentia diuina in beatis vel in patria. Dico ꝙ essentia diuina nullo modo est ratio intelligẽdi intellectui creato sicut principium quo z quẽad

modum intellectus intelligẽdi in intelligẽte: sed in ratiõe obiecti primarij qõ dicitur esse ratio cognoscẽdi obiectorum secũdariorum nisi etiam dicatur q essentia diuina vel deus per voluntatem suã supleat causalitatem effectiuam quã habet intellect⁹ vel habere potest: ⁊ tunc talis operatio non esset ip sius intellectus vt agentis: sed tm̃ vt patientis per aliquã potẽtiam passiuam vel receptiuam quã potest supplere deus. ¶ Ad sextum dico q corpus ⁊ anima intellectiua proprie loquẽdo non habẽt appetitus naturales cõtrarios: imo conformiter proportionabiles: qz corpus naturaliter appetit perfici ab anima ⁊ aia naturaliter appetit pficere corp⁹ pus de appetitibus autem animalibus vel appetitu voluntario qui frequẽter sunt cõtrarij nichil ad propositum: ideo non concludit. Hec de tertio articulo.

q aĩa corpus. ⁊ corpus aĩaꝫ perficere exoptat.

¶ Quantum ad quartum articulum.

Aĩa ĩtellectĩa an sit tota ĩ toto ⁊ tota ĩ qualibet parte ⁊c.

An scilicet forma que est ipsa anima intellectiua sit tota in toto corpore ⁊ tota ĩ qualibet p te eius videretur q non per aliquas rationes difficiles. ¶ Prima est ista. Forma extẽsa nõ est tota in toto corpore ⁊ tota in qualibet parte. Patẽt de oĩbus formis extẽsis quarũ pars est in parte subiecti vt patet de diuisionẽ. Sed aĩa est forma extẽsa. Zõ probatur. Tum qz recipitur in corpore quanto per modũ recipientis. Tum qz potẽtia eius est quanta sicut visus precipue ẽm ponẽtes q vegetatiuũ sensitiuum ⁊ intellectiuum sunt vna substãtia anime ⁊ q potentie anime sunt idem essentialiter cum anima. Et q visus sit potẽtia extensa. Patet qz eius opatio est extẽsa sicut ⁊ species recepta ⁊ obiectus visibile ẽtum. Tum quia ẽm ponentes vnam tantum formã in homine ipsa est per se subiectũ ẽtitatis: quia materia subiecta cum forma causa est omnium accidẽtium que sunt in ea. Tum quia vegetatiuum ⁊ sensitiuum sunt forme extẽse in homine: et tm̃ sunt idem essentialiter cũ intellectiuo: vt dictum est supra: ergo ⁊c. ¶ Secũda ratio est ista. Illa forma nõ est tota in toto ⁊ tota in qualibet parte q̃ est act⁹ corporis physici organici: qz quelibet pars nõ est corpus physicum organicum. Sed anima est huiusmodi: g ⁊c. ¶ Tertio sic. Si anima esset tota in tato ⁊ tota ĩ qualibet parte sequeretur q simul per se totã posset moueri ⁊ quiescere. Sed hoc est falsũ quia quies est priuatio motus: priuatio autẽ ⁊ habitus nõ insunt simul eidem: g ⁊c. Probatio quia mota vna parte corporis moueretur anima: qz motis nobis mouẽtur omnia que sunt in nobis ⁊ quiescẽte alia parte eadem ratione quiesceret: ⁊ planus est q simul vna pars potest moueri ⁊ alia quiescere ergo ⁊c. ¶ Confirmatur: quia tũc anima posset simul recedere a se ⁊ accedere ad se sicut vna pars corporis potest accedere ad aliã ⁊ alia recedere ab eadem: quare ⁊c. ¶ Quarto sic. Si anima esset tota in toto ⁊c. Sequeret q quelibẽt pars corporis haberet esse humanũ: ⁊ ita quelibet pars esset homo. Hoc autẽ est falsum: ergo ⁊c. Consequẽtia patet: quia forma specifica cõmunicat esse speciei vel esse specificum oĩm illi qõ informat. Et confirmatur qz nulla pars tũc depẽderet ab alia ⁊ q̃libẽt eẽt equa pricipalis qõ est falsum. ¶ Quito sic. Si aĩa tota est ĩ pede abscisso pede abscindit aĩa ⁊ separat a reliquo: ⁊ sic nõ manet homo. Sed hoc est falsum: ergo ⁊c. ¶ Vltimo: quia si anima est in qualibet parte corporis tota quelibet potẽtia eius tota est ĩ qualibet parte corporis: ⁊ sic frustra deseruiunt diuerse partes organice diuersis potẽtijs etiaꝫ sequitur q homo ita intelligit in pede vel in aure sicut ĩ corde vel in capite que nõ videtur conuenientia: quare ⁊c.

q aĩa intellectĩa est tota ĩ toto ⁊ tota ⁊c.

¶ Sed istis non obstantibus

dico q anima intellectiua ẽtum ad substãtiaꝫ suã et potẽtias abstractas que sunt intellectus ⁊ volũtas est tota in toto ⁊c. ¶ Ad hoc autem probandũ Probo primo q hon est forma extẽsa nec extendibilis per se nec per accidẽs ⁊ est necessariũ preambulum ad propositum. ¶ Hoc autem probo pmo sic. Nulla forma reflexiua per suam operationẽ super seipsam ⁊ illa que sunt in ipsa est ẽtum. Nullũ enim reflexiuum super se eo modo quo intelligens seipsuꝫ supra se reflectitur est ẽtuꝫ ẽm Proclum. Sed anima intellectiua est huiusmodi: quia intelligit seipsam ⁊ ea que sunt in ipsa: ergo ⁊c. ¶ Secũdo sic. Nullus intellectus vel intelligẽtia est quãta vel extensa siue per se siue per accidẽs: quia nulla forma ẽta vel extẽsa est principium cõprehẽsionis alicuius obiecti vniuersalis sicut intelligentia quecũq. Sed anima est intelligẽtia quedam: quia infima in genere intelligẽtiarũ ⁊ creata in orizonte eternitatis g ⁊c. ¶ Secũdo sic. Forma que ĩ sua operatione abstrahit a ẽto est forma nõ extẽsa aliquomodo. Nulla eĩm forma extensa attingit in sua operatione ad obiectum non ẽtum vel in materiale seu spirituale. Sed anima intellectiua abstrahit ab obiecto ẽto quia potest intelligere immaterialia ⁊ spiritualia: patet per metaphisicum: ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Forma que potest naturaliter subsistere sine ẽto non est quãta nec extensa aliquomodo. Sed anima intellectiua est huiusmodi: quia separabilis est: g ⁊c. ¶ Quinto sic. Forma que non debilitatur in sua virtute vel operatione ad debilitationem quãti non est extẽsa: quia non sequitur legem quãti. Sed anima intellectiua est huiusmodi quicquid sit de sensitiua de qua minus videtur: ẽto enim plura et plus intelligit tanto ẽtuꝫ est ex se est habilior ad intelligẽdum. Vnde non fatigatur ẽm se: quare ⁊c. ¶ Vltimo sic. Quia si anima esset quãta per se vel per accidẽs esset diuisibilis per se vel per accidẽs. Sed hoc est falsum. Tunc eĩm posset queri de partibus sic diuisis ad diuisionẽ corporis quãti vtrum maneant vel corrumpantur si corrumpũtur pari ratione tota anima est corruptibilis qõ est falsum. Si maneant tunc constituunt supposita substantia intelligẽtia vt videtur ⁊ possunt mereri vel demereri ⁊ sic vna pars anime potest dãnari et alia saluari que sunt inconuenientia ⁊ est ratio theologica.

q aĩa in tellectĩa est tota ĩ toto ⁊ tota ⁊c.

¶ Sic igit̃ dico q aĩa non est

quãta vel extẽsa nec per se nec per accidẽs. Nõ eĩm est subiectum ẽtitatis ẽm se: ⁊ ideo non est ẽta p se nec extẽditur per ẽtitates habẽdo partem extra partẽ sicut alie forme que licet non sint subiecte ẽtitati concurrunt tamẽ cum ẽtitate in idem subiectum sic q per accidens extenduntur ⁊ habent partem extra partẽ sicut albedo ⁊ alie tales forme corporales. ¶ Isto preambulo probato probo ꝓpositum: scz q anima intellectiua est tota in toto ⁊ tota in qualibet parte. Illud qõ est actus et formia alicuius totius primo ⁊ non habet partem ⁊ partem: sed est simplex et indiuisibile est totum in illo toto ⁊ totum in qualibet parte. Probatio quia ex quo est actus totius: primo oportet q sit in illo toto primo ⁊ ita in omni parte disposita illius totius. Sed quia non potest habere partẽ ⁊ partẽ oportet q in qualibet parte sit totũ. Sed aĩa intellectiua est forma ⁊ actus totius corporis physici organici hũani pmo vt pt̃s. 2. de aĩa: g tota est in toto ⁊ tota in qua libet parte per se: tm̃ primo est in toto ⁊ ex cõsequẽti in qualibet parte signata vel signabili. ¶ Secũdo sic. Anima simplex applicato quãto. Aut applicatur ẽm ĩdiuisibile quãti. Aut applicatur sibi ẽm ẽtitatem vel diuisibile. Sed anima nõ applicatur corpori vel forma ẽm sua indiuisibilia: qz est actus corporis organici. Punctus autẽ vel indiuisibile non est aliqd organicũ nec pars organici sicut nec ẽtuꝫ nec pars quãti: g ẽm suum diuisibile. Est igitur tota in toto quãto corpore diuisibili ⁊ per consequẽs tota in qualibet parte: quia partem ⁊ partẽ non habet. ¶ Tertio sic. Vniformiter est aĩa in toto corpore ⁊ partibus eius ẽm informationeꝫ sicut angelus ẽm locationẽ vel in loco. Sed angelus est in loco vt totus in toto corpore ⁊ totus in qualibet parte sicut dictũ est supra: g aĩa intellectiua est tota in toto corpore ⁊ tota in qualibet parte.

Nota.

¶ Sic igitur dico q anima ĩtellectiua tota est in toto disposito ⁊ tota in qualibet parte disposita.

Dico bene eĩm sunt alique partes que nõ sunt animate aliquando que tamen partes sunt corporis animati ẽm alias partes suas sicut patet in plantis per simile quarũ alique partes sunt viue ⁊ virides ⁊ alie mortue ⁊ sicce: sic frequẽter suo modo et in homine. Patet de paracliticis: quare ⁊c. ¶ Dices forte q nõ. Tum quia tunc anima naturaliter esset simul in pluribus locis. Tũ qz distaret a seipsa in vna parte ⁊ alia. Dico ad primũ q anima proprie nõ est in corpore sicut ĩ loco: quia nõ est subiecto distincta a corpore. Ad secundũ dico per idem q nec proprie distat: quia nõ est in corpore sicut in loco nec in partibus sicut in locis quia est in eis tanꝫ forma in materia. Preterea etiã qz nec partes adinuicem sunt distincte nec a toto: quare et cetera.

¶ Ad primũ aliox dico q aĩa intellectiua nõ est extẽsa nec per se nec per accidẽs

Ad primã probationem dico q licet recipiatur in quãto non tm̃ sic per modum recipientis vt sit quanta: sed per modũ recipientis sic: quia natum est anim̃ am recipere ⁊ anima nata est ipsum perficere: licet omnino nõ quãta. Nec oportet q ꝓ oĩa receptũ sequatur legem recipientis: quia cũ recipiens se habeat in ratione potentie: tunc receptum sic se haberet per modum potẽtie ⁊ non per modum actus qõ est falsum. ¶ Ad secundam probationem dico q ẽm ꝓncipia que ego tenui videretur debere dici q in hoĩe est duplex potẽtia visiua et sic etiã suo modo de oĩb⁹ potẽtijs organicis. Una est remota q̃ est consubstantialiter idem cum essentia anime que est vnica substãtia in homine sicut dictum est in precedenti questione ⁊ illa nec est extẽsa per se nec per accidẽs: sed est in toto corpore ⁊ ĩ qualibet parte corporis tota sicut deduxit argumẽtum. Alia vero est potẽtia proxima que est actus accidẽtalis toti⁹ cõiuncti ex prima potẽtia ⁊ organo vel saltem organi ⁊ illa est educta de potẽtia subiecti ⁊ corruptibilis ⁊ extẽsa: non autem prima potentia: ergo visiua proxima extensa est. Zõ potest probari per actum vt videtur ⁊ per obiectum ⁊ nichil est contra me sicut patet. ¶ Aliter videretur posse dici q potẽtia visiua non est extẽsa in homine nec aliqua alia potẽtia anime. Quando probatur q immo per actus et speciem vel obiectum. Dico q ista nõ concludit nisi extensionem organi receptiui istorum. s. actus ⁊ speciei ⁊ concurrẽtis ad creandum saltẽ actũ ipsuꝫ Ita q totum coniunctum ex potẽtia ⁊ organo recipit ⁊ causat actum: sed magis ratione potentie causat et ratione organi recipit ⁊ ita arguitur ẽtitas in organo magis ẽ in potẽtia. Cõtra istud tamen sunt dubia aliqua que dimitto gratia breuitatis.

q duplex est potentia visiua in hoĩe.

¶ Ad tertiũ dico siue ponatur in homine vna forma siue plures non oportet animã esse quantaꝫ nec extensam nisi ẽm illos qui ponũt q materia est pura potẽtia ⁊ q non potest esse subiectũ alicuius accidẽtis nisi concurrẽte forma sic q totum compositum sit subiectũ ẽtitatis per se totum contra quos concludit istud argumẽtum. Secundũ alios nõ cõcludit qui ponunt materiam aliquod ens in actu extra intellectum qõ est subiectum ẽtitatis ⁊ esse potest eo modo quo dictũ est supra de dimẽsionib⁹ terminatis ⁊ non terminatis distin. 12. Quãdo dicis q materia subiecta cũ forma sic. Dico sicut dixi supra distin. 12. q hoc intelligẽdum est de accidẽtib⁹ vt terminata sunt. Et vt terminata sunt verũ est q presupponunt formã sicut perfectionẽ materie: sed non sicut per se subiectum nec partẽ subiecti sed sicut perfectionẽ ratione cuius determinãtur ad talem terminationem. Et tunc dico cõsequẽter q nõ oportet quãlibet formã extendi ⁊ ita nichil contra animã. ¶ Ad quartam probationẽ dico q vegetatiuum ⁊ sensitiuum si accipiantur pro perfectionibus substãtialibus non extẽduntur in homine nec per se nec per accidẽs sed accipiendo pro potentijs dicendum est sicut supra de visu.

Aĩa qđ.

¶ Ad secundam rationem dico q anima est actus corporis physici organici primo sed nõ oportet q cuiuscũq est actus secũdario ⁊ ex consequẽti q sit organicum.

¶ Ad tertiam dicitur q non est incõueniens aliquid simul totũ moueri ⁊ quiescere non per se sed per accidẽs ad motũ vel quietẽ alterius sicut est in proposito. Aliter dicitur q motus ⁊ quies nõ sunt formales dispositiones anime: sed solum partium ipsarum corporis: et ideo nõ repugnãt circa animã sed circa eandẽ partem corporis bene repugnarẽt. Anima ergo dicit mota vel quiescẽs ad motum corporis vel quietem non quia motus ⁊ quies sint formales dispositiões eius: sed qz est aliquid moti vel quiescentis. ¶ Ad cõfirmationem eodem modo diceret. ¶ Ad quartam dicitur q quelibet pars corporis nõ potest dici homo nec cõpositum ex anima ⁊ aliqua parte sed compositus ex anima ⁊ toto corpore dicitur homo quia anima respicit totũ corpus sicut primum perfectibile suum. Verum est tm̃ q partes bene dicuntur humane vel animate sicut illa que fũt hominis

Quid dicitur hõ.

Probat aĩa ee to taĩ toto.

totius ꝛ animati. ¶ Ad quintaꝫ dico per abscisionem partis non amouetur anima a corpore residuo necessario: sꝫ magis amouetur ab illa parte. Ita ꝙ anima desinit illam partem informare. ¶ Ad sextam dicēdum est de potētijs que sunt intellectus et voluntas et de quibuscūq; alijs consubstantialib⁹ ꝙ sunt in qualibet parte sicut anima ipsa nō autem accidētales potētie sed indeterminatis organis sicut dictū est supra: ꝛ tunc dicēdum ꝙ homo ita bene intelligit in pede sicut in corde. ¶ Quando dicis vltra ꝙ tunc quelibet pars esset eque principalis in corpore. Dico ꝙ non oportet dato ꝙ omnes agentur. Corpus enim habet propriū esse preter animā et partes suas diuersas dispositiones ꝛ mixtiones vel complexiones accidentales et vna nobilior ꝯ alia quare ꝛc. Hec de quarto articulo.

¶ Ad primum principale di/

co ꝙ anima non est per se subsistens sicut suppositū aliquod. Tunc esset non posset esse forma alicuius: sed bene est subsistēs pro tāto: quia naturaliter potest subsistere sine corpore ꝛ materia sua sic tamē ꝙ semp apta nata est vniri corpori quotienscunq; ponetur in effectu ꝛ tale subsistens incōplete ꝛ imperfecte subsistit ꝛ potest esse forma alterius. ¶ Ad secundum dico ꝙ forma per suam essentiaꝫ est actus materie non quia vnio actualis forme ad materiaꝫ sit essentia formevel de essentia sua sed est accidens et respectus quidā sicut dictuꝫ est distin. 12. sed pro tanto per essentiam. quia sua essentia est immediatum fundamētum ꝛ proximū talis vnionis non mediāte aliquo addito ꝛ apta nata est ad ipsaꝫ sicut lue ad ferri sursum suo modo. Et hoc posito dico ꝙ illa vnio cū sit accidētalis forme potest non esse vel naturaliter sicut in proposito vel supernaturaliter sicut in alijs formis ꝛ hoc ipa forma manēteyel durante. ¶ Ad tertium dico ꝙ concludit principium proximū intelligendi vniuersale cuiusmodi est potētia ipsa intellectus nō sit actus corporis: sed non cōcludit de intellectu substātia cum qua intellect⁹ potētia est vnum in esse ꝛ cū homine ipso licet non informet corpus. ¶ Ad quartū dico ꝙ nō oportet vniuersaliter qꝛ corporis non est potētia intellectiua actus: actus nec alicui⁹ partis corporis sicut dictum est supra: ꝛ ideo nec actus intelligēdi est corporis nec alicuius partis corporis. Dico tñ ꝙ intellectus substantia est actus corporis. ¶ Preterea etiam non oportet ꝙ cuius vt partis est potentia ꝙ eius sit actus vt denominati per talem actū: sed cuius vt totius suppositi habētis est potētia eius bene est actus ꝛ ita dico ꝙ hominis est actus ītelligēdi qui intelligit: non autem corporis: quare ꝛc.

Fora propter q̄d ē act⁹ materie.

¶ Distinctionis Decimeseptime.
¶ Questio Tertia.

De' paradiso terrestri.

¶ Erto quero cir/

ca presentē distinctionē vtrū Paradisus terrestris sit locus cōueniēs habitationi humane. ¶ Probatur ꝙ nō: qꝛ locus q̄ nō est corporalis nō est cōueniēs habitationi humane. Sed sic est de paradiso terrestri. Nam si esset locus corporalis verisimile esset ꝙ aliquis philosophorum huius mūdi tractantium de locis ꝛ partibus mūdi fecisset aliquaꝫ mentionē de ipso. Sed hoc est falsum. Patet in cōmographia Julij cesarꝫ ī libris alfragani ꝛ Ptholomei qui omnia climata describūt etiam nec Plinius nec Solinus aliquā fecerunt de ipso mentionem: ꝯ ꝛc. ¶ Secundo sic. Dato ꝙ sit locus corporalis adhuc nō videtur habitabilis: qꝛ locus cōueniens habitationi humane est ī confinio triū elemētorum. s. aque terre ꝛ aeris. Sed paradisus excedit in altitudine regionē elementarem. Pertingit enim vsq; ad globū lunare ꝛm Magistrū in litteraꝫ: ꝛ dicit quidaꝫ doctor ꝙ hoc est dictum Bede: ergo ꝛc.

Damas. Solin⁹. Martianus.

¶ Tertio sic. Locus qui excedit summitatē altissimorum montium nō est locus conueniens habitationi humane. Nam de monte olympo dicit Martianus ꝙ est ita altus ꝙ nec ibi vapor siccus qui est materia venti. Nec vapor humidus qui est materia impressionis humide ꝛ Solinus cōfirmat per hoc ꝙ illa que imponuntur are Jouis super illum montem posite nec dissimilatur ventosis spiritibus vel pluuijs diruuntur sed voluente anno cuius relicta fuerūt nulla reperiuntur. Cum ergo ꝛm Aristotelem. 1. metheorum vapores ascēdant vsq; ad superiorem partem aeris ꝛ ibidē impressiones ignee generētur ꝛ ille mōs excedat superiorem partē aeris et per consequēs ille locus qui excedit summitates altissimorū montium. Patet ꝙ talis locus non est habitabilis. Sed paradisus terrestris est huiusmodi. Nam aque diluuij ascēderunt. 15. cubitis super altitudines montium: ꝛ tamē paradisum terrestrē non ascēderunt sicut haberetur. ca. 10. in littera in fine. Et Damascen⁹ dicit hoc plane lib. 2. c. 11. vbi dicit de paradiso terrestri ꝙ est situs in oriente oīm terra altior positus: quare ꝛc. ¶ Quarto sic: Paradisus cōmuniter dicitur esse sub equinoctiali circulo. Sed locus ille vel plaga est inhabitabilis ꝛm philosophum. 2. metheorum deventis ꝛ patet per rationem: quia causa inhabitationis vel non habitatiōis sub altero tropicorum est accessus solis ad zenithe capitis eoꝝ qui essent ibi. Et hoc fit bis in anno sub equinoctiali ergo duplo est inhabitabilis quare ꝛc.

Damas. Isidor⁹.

¶ Contra

Isidorus libro ethymologiarū cap. primo dicit sic de paradiso non est ibi frigus ꝛ estas: sed perpetua aeris temperies: est etiam locus omni genere ligni cōsitus ꝛpo miferarum arborum. Unde hebraice ganē id est ortus deliciarum nuncupatur: ergo est locus conueniēs habitationi humane. ¶ Secūdo quia hoc dicit Damascenus lib. 2. c. 11. sc. Hic est paradisus diuinus manibus dei in eden plantatus gaudij ꝛ exultationis vniuerse promptuariū. Edem enim voluptas interpretatur. Et sequitur in oriente ꝙ omni terra celsior positus tēperamēto vero ꝛ tenuissimo ꝛ purissimo aere circū fulgens plātis ꝛ semper floridis comatus ꝛ bono odore plenus: ergo vt videtur erat ꝛ est locus habitabilis.

Damas.

¶ In ista questione sic proce/

dam. ¶ Primo ostendam ꝙ paradisus terrestris in quo positus fuit. Adam post plasmationē cuius de limo terre in campo Damasceno fuit ꝛ est locus corporalis. ¶ Secundo inquiram de situ vel loco eius. ¶ Tertio inferam vtrū sit locus conueniens habitationi humane vel non. ¶ Vltimo ad rationes principales.

¶ Quātum ad primum dico

ꝙ licet sermo scripture in Genesi loquētis de paradiso possit exponi spiritualiter de paradiso spirituali hominis circa deuꝫ ꝛ creaturas delectādo spiritualiter in eis. Tamen sicut probat Augustin⁹. 8. super Genesim dico ꝙ fuit locus corporalis et est qđ probat Augustinus: quia hoc narrat Moyses hystoriographus ꝛ ita debet ad litteram dictū suū intelligi de paradiso tanq̄ de loco. Unde ꝛ ibidē dicit ꝙ aliter sunt accipienda verba christi in euangelio ꝛ aliter verba euangeliste. Nam narratio xpi frequenter debet accipi allegorice ꝛ nō ad litteram veram esse: ꝛ tunc accipitur ꝛm intentionem christi proferētis. Sed narratio euangeliste ꝙ christ⁹ hoc narrauit vel dixit: debet semp accipi ad litterā vera esse. Et similiter dico de narratione Moysi hystoriographi diuini: quia ergo narrauit ꝙ plātauerat dñs deus paradisum voluptatis a principio et alia que ponūtur in Genesi de paradiso ad literam debent ista intelligi tanq̄ de loco vere corporali.

ꝙ padi. terref. fuit locus corpalis.

¶ Et cōfirmatur hoc: quia alias vacillabit veritas scripture de his que narrātur ibi ꝛ pari ratiōe quādo narratur christus mortuus fuisse ꝛ in sepulchro queuisse posset exponi spiritualiter tantū ꝛ nō ad litteram qđ est hereticus. ¶ Ad hoc est auctoritas scripture ecclesiasticis. 20. dicitur ꝙ Enoch translatus est in paradisum. Sed ꝓstat ꝙ Enoch⁹ viuus est in corpore ꝛ nunq̄ ipsum mortuum fuisse. Sed in tēpore antichristi occidēdum: ergo nō est trāslatus ad paradisum spiritualem qui modo in visione dei ꝛ fruitione: quia hoc viatoribus permanēter nō conceditur: sed oportet ꝙ prius debitū mortis soluatur: igitur paradisus ille est locus corporalis.

Damas.

¶ Hoc confirmatur per Damascenū lib. 2. cap. 11. vbi determinat hoc expresse: licet etiaꝫ exponatur spiritualiter cū hoc: sed dicit ꝙ fuit ꝛ est locus corporalis vbi dicit sic. Verūtamen michi videtur qm̄ sicut homo sensibilis simul intelligibilis conditus est: ꝛ sic huius sacratissimū templuꝫ sensibile simul ꝛ intelligibile ꝛ duplicē habens occasionem. Corpore enim diuinissima regione et super pulchra sicut hystorice dicimus cōmorans diuinitatus. Unde ponit ꝙ paradisus fuit loc⁹ corporalis Ade ꝛm corpus. Hec de primo.

¶ Quātum ad secundum de

situ padisi terrestris sunt multe opiniones. ¶ Prima est ꝙtum ad altitudinē ꝙ est ita alte situatus ꝙ attingit vsq; ad globum lune: ꝛ transcēdit naturaꝫ corruptibilē propter loci puritatem. Sed ista opinio est falsa: qꝛ immediate sub globo lunari est spera ignis: ꝛ tūc paradisus terrestris esset in igne vel loco ignis qđ est inconueniens. Ignis em̄ etiam in propria materia calidus est nō solum lucidus: ꝛ ipsum consumeret vt videtur. ¶ Alia est opinio ꝙ situatur ꝙtum ad altitudinē supra medium interstitium aeris in superiori interstitio. Alij ꝙ in medio interstitio. Alij ꝙ in infimo interstitio. Sed primū non potest stare. Nam supremū interstitiū aeris et pars illa est quasi tota inflāmata. Tum ꝓpter propinquitatem ignis cui coniungitur. Tum propter velocitatem motus corporū celestium causantium ibi calorem. Similiter etiam scm̄ non stat vt videtur: quia in medio interstitio aeris est nimia frigiditas: quia radij solis in parte illa minime reflectunt et ita non est interstitium inconueniens.

Prima opinio ō situ paradisi terrestris.

Secūda opinio.

Tertia opinio.

¶ Est ergo opinio cōmunis

ꝙ stat in infimo interstitio aeris sicut ꝛ alie habitabiles terre. Sed ꝯtū ad hoc vna est opinio ꝙ situs paradisi potest intelligi duplex. s. respectu orientis ꝛ occidētis ꝛ metarum Herculis ꝛ Alexandri ꝛ situs iste dicitur longitudo vel potest intelligi respectu meridiei ꝛ aquilonis vel septētrionis ꝛ dicitur situs iste vel distantia latitudo magis. ¶ Quantū ad primū dicūt ꝙ paradisus situatus in oriēte: vnde antiqua littera Genesis habet. Plātauerat dominus deus paradisum ad orientem ꝛ causam assignat quidā doctor quia oriens ꝛm Aristotelem. 8. phisi. ꝛ. 2. celi ꝛ mundi est dextra pars celi ꝛ mundi est dextra pars celi: ꝛ ideo locus nobilior in celo: et per consequēs iustum est ꝙ nobilior locus terre puta paradisus terrestris sibi supponatur: quare ꝛc.

Sit⁹ paradisi duplex.

¶ Quātum vero ad situꝫ eius respectu aquilonis et austri vel meridiei ꝛ septētriōis dicitur ꝙ est in medio inter vtrumq; polum sub equinoctiali ꝛ hoc quia ille locus ꝯtum ad naturā influentie corporū celestium est tēperatissimus. ¶ Hoc autem probatur sic a quodam. Quanto sol magis cito recedit a locis habitatis super que mouet tāto minus generat calorem: quia mora agentis super patiens fortificat ꝛ intēdit effectum potissime in illis que inducūtur successiue per motū sicut calor. Sed sol multo citius recedit ab habitatione eorum sub equinoctiali ꝯ ab alijs: quia cum sol mouetur super equinoctiali describit maiorem circulū paralelū vtriq; tropico ꝯ describat cū mouetur sub altero tropicorum ꝓ ꝯto equinoctialis est maior vtroq; tropicorū: quia diuidit speram per equalia tropicus nō. Et quali vero tēpore pertransit sol sub equinoctiali sicut ab altero tropicorum: quia vtrūq; in vna die naturali. Cum ergo mobile velocius moueatur super spacium maius ꝯ super minus in equali tēpore. 6. phisicorū sequitur ꝙ sol velocius transit sub equinoctiali ꝛ minus ibi moretur: ꝛ per consequēs ꝙ minus generet de calore ꝯ sub altero tropicorū.

Damas.

Auicen.

¶ Istud cōfirmatur per Auicēnam qui ponit terram tēperatissimam sub equinoctiali libro animaliū ꝛ primo canoñ. sentē. 2. summa. 3. doctrina prima. ca. 8. ꝛ intitulatur de accidentalibus aeris impressionibus vbi dicit sic. Cūq; regiones attenderimus certificatum erit nobis ꝙ si fuerit locus qui inhabitetur sub equatione diei oportet esse propinquiores equalitati dispositionis qm̄ dispositiones eorum erūt nobiliores ex eo ꝙ videtur ꝙ terra que est sub circulo equationis diei est circa equalitatē. Unde ꝛ concludit ibi ꝙ sub equinoctiali regiones temperatissime ꝛ sub tropicis calidissime ꝛ posteq; ille regiones que a tropicis elongātur ꝯtitate. 15. graduum versus polos. ¶ Ratio autē Auicē. quare sub equinoctiali est locus tēperatus est ista: qꝛ. s. sol minus immoratur super zenith capitis eorum qui habitāt ibi ꝯ respectu habitātium sub tropico et ita minus generat de calore. Adora enim agētis super passum plus facit de effectu vel ad effectū loquēdo de effectu qui successiue generat sicut calor vt patet. Si quis velociter transiret iuxta ignē fer-

uentissimum vel maximum non sentiret tantam lesionem nec fieret ita calidus sicut qui diu mozaret et si magis distaret ab illo igne. ¶ Sz autem Sol minus immozetur. Probatur z bene qz in tepore equali sol ī duplo plus declinat ab equinoctiali cū recedit ab ariete in taurum ꝫ faciat cuz magis accedit ad tropicum tanto in equali tempore minus declinat sicut patet in tabula declinationis secundum Ptolomeum vel Arzacelem z causa huiꝰ est obliquitas zodiaci que maioꝛ est cum magis accedit ad equinoctiales Ita ꝙ plus recedit sol z declinat ab equinoctiali in quinq; diebus ꝫ accedat ad tropicuꝫ vel recedat ab eo in quadraginta diebus.

Contra hāc opi. de situ paradisi terrestris.

probi parētes electorū nō fuissent geniti: tamē ipsi electi ydem numero fuissent generati. Nam cū aliquid de substātia parētum non ingrediatur fetum sed superfluum alimēti: z idem semen z idem menstruum potuit ab alijs parētibus ministrari: et ita idem fetus generari sicut etiā idez alimētum potest sumi a diuersis. A diuersis enim in numero potest idem in numero in eadē numero meteria generari: vt videtur sicut a diuersis calefacientibus pōt idez calor numero in eodem subiecto generari. Sic etiā suo modo in proposito idem homo potest generari a diuersis hominibus ex eadem muliere z alius et alius ab eodē ex eadem vel in eadē muliere z hoc ꝑsue semen viri intret substātiam geniti siue nō. Naz idem alimētum ꝫm materiam ab vtrisqz potest sumi diuisim dico intelligēdo: ideo ꝛc. Similiter etiā non cogit: quia diceretur q stante innocentia z durante statu innocētie deus non preuidisset aliquem reprobum generare. Nec per consequēs aliquē electū ex reprobis generari: sed electos ex electis. Et ita adhuc soli electi fuissent generati.

alia opinio d electi gñatione.

¶ Alij vero dicunt de isto articulo q nō solum illi qui electi sunt nō fuissent generati: sed etiā omnes quotquot nati sunt z sunt nasciturī: tū nullus fuisset reprobatus. Ita q illi qui sunt modo reprobi nō fuissent reprobi sed electi: licet ydem numero fuissent generati. ¶ Hō declaratur sic ab eis qz in priori signo rationis preuisa est z determinata a deo natura humana fore ꝯtum ad omnia ista suppositā priusqz aliqd fuerit preuisum de casu de lapsu alicuius suppositi vel nature i aliquo supposito. Sed post illud primū signum rationis voluntas diuina determinauit aliquos ad gloriam predestinādo eos z isti fecissent primū ordinē electorum inter quos christus homo fuisset primus In tertio vero signo in quo fuit preuisus casus humani generis z aliquorum finaliter discedētium in peccato z reprobatio eorum dicunt q si homo non cecidisset sz stetisset fuissent p̄destinati illi qui sunt modi reprobati z fuisset constitutus secūdus ordo electorū ex ipsis minoris glorie z beatitudinis ꝯ illi de primo ordine. ¶ Et istud videtur probabiliter posse dici stāte innocētia vniuersaliter in oib⁹.

de reprobū generatiōe

¶ Secundo modo dici potest q stante innocētia in parētibus potuerunt reprobi generari z etiā stante malicia in parentibus potuerunt innocētes generari z electi si sic deus ordinare voluisset sed sic nō ordinauit. Ordinauit em vt de peccatoribus z nocētibus peccatores z nocētes vel obnoxij naturaliter nascerent: hec de isto nisi q Notādū q vnus dicit q in statu innocētie nō oportuit tot viros generari quot mulieres vel etiā econuerso. Naz si teneatur q plures viri sunt saluati ꝯ mulieres z q soli electi q sunt modo electi fuissent generati. Tunc potest dici q fuissent in statu innocētie plures viri ꝯ mulieres per istum modum ꝫm aliquos: quia vir prolixius vixisset ꝯ mulier. Ita mulier citius fuisset translata ꝯ vir: z tūc maritus remanēs assumpsisset aliā mulierē: z sic omnes adimplessent preceptum. Crescite z multiplicamini.

Secūde nuptie reprobant

¶ Sed quia vt dicūt secunde nuptie nō sunt multum laudabiles etiam in presenti statu minus fuissent laudabiles in illo. Sunt em signū incōtinētie.

¶ Et ideo dicunt aliter q eadem persona potuit esse mas z femina. Nā masculus z femina sunt differentie accidentales. Ita q diuersitas sexus non variat speciem ꝫm Aristotelem. 4. meta. Et sicut sexus nō variat speciem hominis ita nec hic sexus variat hanc personā z tunc illa q̄ nūc est talis sexus fuisset alterius sexus pri⁹. Puta illa que hodie est mulier fuisset heri vir vel que fuit heri vir cras esset mulier z ita fuissent plures viri ꝯ mulieres vel econuerso esse potuit si plures mulieres fuissent saluande ꝯ viri sicut dicunt. Istud est dubium z potius concedēdū est q viri et mulieres fuissent in numero equali sicut superius erat dictum.

¶ Ad primuz principale dico q et ex parte agētis z patientis mulieris fuisset impeditum nec corpus pueri statim fuisset perfectum Ex parte agētis quia oportuisset q generasset decidendo semen modicum. Et ex parte patientis qz vterū habebat non tantum et similiter ministrasset menstruum modicum cuius materia non fuisset tāta q potuisset sufficisse ad tantum corpus. Vel dicēdum est q propzie loquendo nō fuit impedimentum istud: sed magis modus agendi ab imperfecto ad perfectum qui non permittebat q pueri statim essent perfecti ꝫm corpus nec oportet etiam puerū in omnibus assimilari patri: sed ꝫm modum nature possibilem z conuenientem. Tunc em puer nascere tur cum geometria patris. Similiter tunc nunqz a masculo fuisset genita femina: sed tantū masculus ¶ Ad secūdum dico q homo ex nobilitate sue cōplexionis requirit maius tēpus ad sui corporis perfectionem ꝯ aliqua animalia imperfectiora. Unde non oportet q licet sit nobilior q stati possit ambulare sicut pulli gallinarum post matres. Unde z cōmuniter perfectiora in natura pluribus indigēt z citius leduntur ꝯ imperfectiora. ¶ Ad cōfirmationē de Augustino dico q infirmitas carnis fuisset in statu innocētie sicut dictum est: sed non fuisset ibi infirmitas penalis sicut etiā mors fuisset in statu innocentie stante generali influentia et omni miraculo circūscripto tamen non fuisset in penam: quia non precessisset culpa. ¶ Ad tertium dico ꝫm primam viam q non est contra eam: quia ꝫm eā nō fuisset in statu innocentie infirmitas carnis impeditiua saltem intellectus. Secundum aliam dicendum est q imo quia nō fuisset statim in pueris quie tatio humorum nec conueniens cerebri dispositio nec organorum ad deseruiendum intellectui qō tamen oportuisset sicut modo scōm illā viam. ¶ Ad quartum de cognitione diceretur ꝫm illam viā que tenet q potuerunt intelligere statim sicut adulti q argumentum est pro isto. Secundum aliam viā diceretur q ex maiori perfectione cognitionis hominum est q ad ipsam plura requirantur ꝯ ad cognitionem aliquorum imperfectorum animalium sicut dictum est ad secundum illa autem requisita haberi statim non possunt in puero nato ꝫm cursum nature etiam cōstitute. Ad illam in oppositum patet q procedunt z quomodo vijs suis ꝛc.

Infirmitas carnis.

¶ Distinctionum. xxi. z. xxij.
¶ Questio Vnica.

¶ Circa istas duas distinctiones quero vnā ḡstionem. s. vtrum peccatum hominis puta Ade potuit eē venale. ¶ Videtur q non. Primo sic. a statu summe rectitudinis non potest aliquis cadere nisi per peccatū mortale et peccatum graue. Sed status innocētie erat summe rectitudinis: ḡ ꝛc. ¶ Secdo sic. Peccatū ex malicia nō pōt esse nisi mortale. Sed primus homo primo peccare nō potuit: nisi etiā certa electione z malicia qz non ex passione nec ex ignorantia qz ista sunt penalia nec precesserunt culpā: ḡ ꝛc. ¶ Tertio sic. Aut primū peccatum corrūpisset originalem iusticiam: aut nō. Si sic necessario fuit mortale. Si nō tūc aliter in statu innocētie fuisset debita pena: quia omni peccato debetur aliqua pena. Sed hoc est impossibile: ḡ ꝛc. ¶ Quarto sic. Primū peccatum hominis necessario fuit grauissimū. Probatio quia fuit obligatiuum omniū posteriorum ad reatū. Sed tale peccatum non est veniale nec etiam potest vel potuit: ergo ꝛc.

¶ Contra in cuius potestate est peccare in eius potestate est sic vel sic peccare. Sed i potestate hois erat peccare. ḡ sic vel sic puta venialiter vel mortaliter.

¶ In ista questione sic procedam. ¶ Primo inquiram vtrum primū peccatum hominis vel mulieris potuit esse veniale. ¶ Secūdo vtrum peccatū Ade fuerit grauissimū. ¶ Tertio vtrum fuerit ex ignorātia vel certa electione.

An ꝑmū peccm̄ hominis vt mulieris potuit esse veniale,

¶ Quantum ad primum est vna opinio que dicit q homo vel mulier Adam vel Eua nō potuit primo peccare venialiter: sed oportuit q primum peccatum hominis esset mortale. ¶ Ad hoc adducūtur alique rationes posite in p̄n cipio questionis z alique alie adducuntur. ¶ Prima est ista per primū peccatum hominis vires inferiores necessario fuerunt deordinate sed hoc nō potuit esse nisi per deordinationē virium superiorum a deo. Hoc autem est necessario peccatum mortale ergo ꝛc. ¶ Secunda est ista. In hoc est differentia peccati venialis z peccati mortalis: quia peccatuz mortale est deordinatio circa finem puta circa deū Sed veniale circa ea que sunt ad finē. Sed primus homo nō potuit p̄mo deordinari circa ea que sunt ad finē nisi prius circa finē: vt videt: ḡ ꝛc. ¶ Tertia ratio. Primū peccatum hominis nō potuit esse nisi a tēptatione hostis vt patet: quia aliunde non potuit tēptari nec a carne nec ab alio. Sed temptatio hostis nō est nisi ad mortale: ḡ ꝛc. ¶ Dicunt ergo isti q sicut de facto primū peccatū hominis fuit mortale: ita non potuit nisi mortale nec potuit esse veniale. Et cōfirmatur hoc de primo peccato angeli qō nō potuit esse nisi mortale. Sic etiam vt videtur peccatum primi hominis cū esset preditus mente non habens impulsiuum ad peccatum nisi ex electione non potuit esse veniale.

Auctoz opinio.

¶ Sed istis non obstantibus dico q homo potuit primo peccare venialiter nec oportuit q primū peccatū suum esset mortale. Hō probo. ¶ Primo sic. Non perfectius cōiungebat originalis iusticia cū deo in statu innocētie ꝯ modo gratia gratum faciens vt patet: quia illa nō erat quis dignus vita eterna sicut ista. Sed cum gratia gratum faciente stat peccatū veniale. 1. Jo. Si dixerimus q peccatū non habemus ipsi nos seducim⁹ ꝛc. ergo z cū originali iusticia potuisset stetisse peccatum veniale: z ita primus homo potuit primo venialiter peccare. ¶ Secūda ratio. Suppono q aliquis actus ex genere suo est peccatum veniale nec tale fit mortale nisi ex circūstantia aliqua trahente ad mortale varietur ꝫm talem actum aliquē potuit primo primus homo exercere: ergo ꝛc. Potuit dicere mēdacium iocosum vel facere aliquam dissolutionē leuem gloziam vanā sicut frequēter cōtingit in aliquibus actibus etiā multū meritorijs vt predicatione vel lectione vel cantu z sic de talibus: ergo ꝛc. ¶ Tertium sic. Peccatū veniale in hoc distinguitur a mortali. Non quia vnū sit circa finem z aliud circa ea que sunt ad finē. circa vtrūqz enim potest esse peccatum mortale vel veniale. Sed quia vnū deordinatio vel inordinatio cōtra preceptum aliud vero non cōtra preceptum nec ad salutem necessarium: sed vel contra cōsilium vel circa non necessarium ad salutē sed non est verisimile nec probabile: quia omnē ordinationem expedientē primi parentes habuerunt sub precepto et per consequens quin primo potuerūt facere contra aliquam ordinationē consilij vel etiam consilio: ḡ potuerunt primo peccare venialiter. Alioquin nimis fuissent omissi preceptis: quare ꝛc.

Mortalis pcti a veniali distinctio.

¶ Dices igitur q cum lex originalis iusticie nō esset altior nec perfectior simpliciter ꝯ lex caritatis z gratie q potuit secū pati veniale peccatum z nō oportuit q peccatum primuz hominis esset mortale. ¶ Dico tū q de facto p̄mū peccatū hois fuit mortale. Hō probatur. ¶ Primo quia per ipsum fuit spoliatus originali iusticia ¶ Secūdo qz per ipsum fuit perpetuo priuatus visione z fruitione diuina ꝯtum erat ex parte sui. ¶ Tertio quia propter peccatum hominis expiandū oportuit mori innocētem christum. ¶ Quarto quia in primo peccato fecit contra diuinum preceptum vel saltem in peccato cōcomitante cuius primū fuit causa puta contra preceptum de non edendo de fructu ligni scientie boni z mali: quare ꝛc.

q. i. peccatū hominis potuit eē veniale. qō tū fuit mortale.

¶ Ad primuz aliorum dico q dato q vires superiores primo fuissent deordinate non tū quelibet deordinatio a deo vel circa deū est peccatum mortale sicut patet de motu surreptiuo infidelitatis z cōsimilibus: quare ꝛc. Solum enim deordinatio contra preceptum est peccatū mortale si sit deliberatiua. ¶ Ad scōm patet per idē q non quecūqz deordinatio circa finē est peccatum mortale z dato q sit nō oportuit ipsum deordinari primo circa finē: sed potuit circa illud qō est ad finē deordinari primo: ideo ꝛc. ¶ Ad tertium cum dicit de tēptatione hostis q est quedam tēptatio hostis ab hoste z per seipsuz z ista tēptatione peccauit Eua z mortaliter peccauit. Non tū oportuit ipsam peccare mortaliter: sed potuit nō consentire vel surreptiue tantū consentire z non peccasset mortaliter

quid peccatū mortale.

Temptatio hostis duplex.

dato q̄ tēptatio illa nō sit nec eē possit nisi ad mortale ēm intentionē temptātis. Alia est tēptatio hostis per alium: z sic fuit tēptatus Adam mediante muliere z licet ista tēptatio fuerit ad mortale tamē aliter potuit venialiter peccare sicut dictum est supra nec oportuit ipsum sic temptari primo. Hec de primo articulo.

¶ Quātum ad secundum articulum videndum est primo qđ fuit primū peccatū Ade. Secdo an fuerit grauius peccato Eue. Tertio an fuerit grauissimū. ¶ Quātum ad primū dicitynus doctor q̄ primū peccatum Ade fuit peccatū cōmissionis non autē omissionis. Peccatū autē cōmissionis potest consistere in duplici actu voluntatis. s. vel in velle vel in nolle. Modo dicit q̄ primū peccatum consistere nō potest in nolle. Nō enī habet aliquis actum nolendi nisi quia prius habet actum volendi de opposito. Vnde aliquis non potest nolle aliquid nisi quia primo vult oppositū eius. Primus ergo actus peccādi Ade nō fuit in nolle: sed in velle. ¶ Velle autem est duplex sicut amor. Vnū est amicitie quo diligitur aliquid in se et propter se. Aliud est quo diligitur aliquid propter alterum vel alteri: z est amor concupiscētie z primus actus. s. amicitie est maior vel perfectior seu intensior scdo ēm Aristotelē primo posteriorū. Nā propter vnumquodq̄ tale z illud magis. Modo dicit iste doctor q̄ licet in angelo probabile sit dicere q̄ primū peccatuꝫ suum fuerit inordinatus amor sui z amor amicitie nimis q̄ primo intelligebat seipm vel saltem nō posterius alijs tñ in homine pōt dici in Adam. s. qui non primo cognoscebat seipsum q̄ primū peccatū suum nō fuit inordinatus amor sui: sed magis alicui⁹ alterius. Puta mulieris sue quā diligebat amore cōcupiscentie sibipsi ad societatē z solaciū z ita primū peccatū Ade fuit inordinat⁹ amor cōcupiscētie vxoris sue nō concupiscētie carnalis z immūdicie: sed societatis z solacij. Putauit enim eam offendere z turbari nisi de pomo cum ipsa comedisset z ita cōsequēter ad amorem inordinatum sue vxoris tanq̄ ad primū peccatum sequutum est peccatū aliud inobedientie ad preceptū diuinū per esum ligni vetiti. Vnde inobediētia non fuit primū peccatū Ade: sed inordinatus amor concupiscētie vxoris sue. Hec videt fuisse intētio Augustini. 12. super Genesim vbi dicit q̄ Adam peccauit ex quadā familiari z nimia condescēsione ad vxorē suā z amicitia mala ad creaturā qua frequenter deus offenditur ne creatura offendatur.

¶ In isto modo dicendi sunt aliqua dubia. ¶ Primo q̄tū ad hoc qđ dicitur q̄ primus actus peccādi non potest cōsistere in nolle sicut dixerat supra iste doctor de peccato primi angeli licet hic nō dicat non video hoc esse verū. Non enim video quare voluntas nō possit poni aliquid omittere sicut cōmittere. Vnde sicut dicetur infra. Puto q̄ peccatuꝫ omissionis esse potest sine omni peccato cōmissionis. ¶ Scdo q̄ in potestate voluntatis est velle z ita cōmittere vel omittere eque primo sicut z velle z non velle eque primo: quare ꝛc. ¶ Postea contra illud qđ ipse dicit hic q̄ primuꝫ peccatū hominis nō potuit esse in actu nolēdi positivo. Dico q̄ immo. Potuit ēm primo nolle aliqđ vel detestari aliquid quo quid nolle peccasset cōmittere sue nec video: quare nō. Si ēm non posset aliquis nolle inordinate nisi prius volēdo inordinate oporteret q̄ omne peccatū actuale precedens in actu voluendi qđ non videtur verum. Et iam q̄ in potestate voluntatis est velle vel nolle aliquid: et ita nolle sicut velle: igitur sicut primo potest velle ita z nolle z econuerso. Vnde suū motiuū nō valet. ¶ Dices q̄ nolle nō est nisi mali. Nolle autē malum non est malum nec peccatū z ita homo nō potuit peccare in actu nollendi. Dico q̄ nolle potest esse boni sicut z odire. Vnde planū est q̄ dānati oditunt deum z est grauissimū peccatum oditꝰ dei z qua ratione aliquis potest velle oppositum eius qđ est iudicatū bonū z est malum pari ratione dico q̄ potest nolle vel odire bonum.

¶ Quātum ad conclusionem conuenio cum ipso q̄ homo sic peccauit primo peccato cōmissionis sicut ipse dicit z q̄tum ad hoc nichil dico contra eum.

¶ De secundo membro dicit idem doctor z bene sicut z Magister q̄ simpliciter loquēdo primum peccatum Ade fuit minus graue q̄ primū peccatuꝫ Eue. Nam primū peccatū Eue fuit appetitus diuine equalitatis quā pretendit sibi dyabolus in tēptando: z ideo fuit seducta: quia appetiuit simpliciter aliq̄d ipossibile sibi ac si fuisset possibile. Non q̄ reputaret hoc possibile: sed qz hoc appetiuit quasi prius fuisset seducta z putasset hoc possibile qđ tñ non putauit: quia tūc error qui est pena precessisset culpam qđ est falsum. ¶ Primū vero peccatum viri fuit inordinat⁹ amor cōcupiscētie sue vxoris vel mulieris vt dictū est supra z hoc peccatū simpliciter loquēdo non fuit tantū nec ita graue sicut illd vt patet. Vide de hoc. 14. de ci. ca. 11. propter qđ etiā dicit Apostolus ad Thymoteum. 2. q̄ mulier seducta est: nō autem vir ipse est seductus. Peccauit ergo grauius Eua q̄ Adam quia Eua primo peccauit appetēdo diuinā equalitatē saltē interpretatiue peccādo peccato superbie appetēdo propriam celsitudinē non autem Adam. Tñ videt dicere Hieronymus sup illud. ps. Que non rapui tunc exsoluebā q̄ Adam z Eua voluerunt rapere diuinā equalitatē: z ideo amiserunt felicitatē. Quicquid dicatur hic. Augustinus tñ. 13. de ci. c. 13. videt dicere q̄ peccatū eoꝝ fuit superbia vel nimia placētia sui et ita inordinatus amor sui. Et istud potest exponi q̄ ambo aliquo modo appetierunt: sed Eua grauius z magis directe appetendo propriam celsitudinē vel forte etiam ita directe sicut potest fieri diuinā equalitatem. Adam autem minus directe z magis interpretatiue peccādo peccato minori q̄ sit alterū predictorum. quia peccato nimij amoris concupiscentie respectu mulieris.

¶ Tamē licet peccatuꝫ Ade simpliciter z in se nō fuerit ita graue aliquo modo: tñ ēm quid fuit grauius. Primo qz Adam nō habuit tantum impulsiuum tēptatiōis sicut Eua que fuit immediate tēptata ab hoste. Secūdo quia Adam debuit esse stabilior z firmior sicut vir est lapice discretiōis pluꝫ q̄ mulier. Tertio qz p peccatū Ade fuit infectū totum genus humanū z priuatum originali iusticia. Nā ipsam acceperat pro tota posteritate sua sicut perfectior z dignior: nō autem ipsa Eua. Vnde et si Adam stetisset z Eua peccasset genus humanuꝫ infecrum nō fuisset: ergo ꝛc.

¶ De tertio membro scz an peccatum Ade fuit grauissimū. Dico q̄ grauitas peccati vno modo potest attēdi vel penes speciem peccati in se ēm q̄ vnū peccatū ēm speciem totā est grauius alio. Sicut adulterium est grauius simplici fornicatione vel potest attēdi ēm modos z cōditiones peccati q̄tumcūq̄ nō variantes speciē. Sunt ēm multe circūstantie q̄ speciem peccati nō mutāt: tñ peccatū aggrauāt sicut est pctm furari centū libras maius q̄ vnū denarium. ¶ Primo modo loquēdo de grauitate pctī. Dico q̄ pctm Ade non fuit grauissimū: sed multa grauiora fiūt modo z pctm Eue primū fuit simpliciter grauius q̄ peccatū primuꝫ Ade z multa alia fiunt grauiora simpliciter modo q̄ fuerit illud. Si militer etiā si loquamur de peccato secundo qđ fuit comedere de ligno vetito z inobedientia seu transgressio precepti patet q̄ nō fuit grauissimum in se. Naz actus ille nō erat illicitus nec malus de se puta comedere de illo ligno vetito sed tñ erat malum quia prohibitū. Vnde z bene poterat fieri: sed multi sunt actus peccatorum que fiunt q̄ sunt de se mali nec possunt bene fieri: sed semp fiunt dānabiliter sicut odium dei vel blasphemia z oēs actus contra legem nature quorū opposita cadūt sub preceptis vel ipsamet sub prohibitionibus que etiaꝫ mala essent si nō essent prohibita. Et patet per Aristotelē tertio ethicorū q̄ sunt quedaꝫ de se mala z malicie cōuoluta que nō possunt bene fieri. Et Augustin⁹ dicit hoc idē cōtra mēdacium z talia pctā sunt grauiora quare ꝛc. ¶ Sz loquēdo de grauitate ex modo peccādi vel circūstantia sicut superius dicebat peccatū Ade fuit grauissimū z propter grauitatez persone z propter facilitatem vitandi si voluisset z ppter casum nature humane qui inde processit nec hoc arguit maiorē grauitatē peccati in se: qz si minori peccato peccasset nichilominus genus humanū corruisset et grauius forte si pctm fuit grauius sicut potuisset fuisse vel esse nec ista fuit grauissima pena nisi extēsiue nō intensiue sicut exheredatio alicuius nō est grauissima pena que sibi posset infligi: licet extendat se ad totaꝫ posteritatē suam. Hec de secundo articulo.

¶ Quātum ad tertium articulū. An. s. pctm primorum parentū fuit ex ignorātia. ¶ Dicit vnus doctor q̄ ignorantia cōtingit in peccāte tripliciter. Vno modo est ignorātia aliqñ ante peccatū z sic est causa aliquo modo peccati et dispositio ad ipsum z precedit pctm sic q̄ frequenter peccās nō peccaret si sciret z nisi ignorāret. Secūdo modo ignorātia cōcomitatur pctm: licet aliquādo nō precedat sicut dicimus q̄ oīs peccans est ignorās. Nam ex malicia volūtatis peruertitur rectū iudicium practicū rationis. Vnde et qualis est vnusquisq̄ talis finis sibi videtur ēm cōmuniter loquētes. Tertio potest sequi ignorantia pctm ipsuꝫ quasi pena eius. ¶ Item ignorantia potest accipi dupliciter. Vno modo pro nescietia simplici. Alio modo pro noticia erronea vl opinione z talis ignorātia dicitur error. Ignorantia etiā potest esse vel facti in se vel q̄tum ad aliquas eius circūstantias vel aliquā. ¶ Modo ad propositū dicit q̄ peccatū primorū parentum non fuit ex ignorātia que esset error p̄cedens peccatū: qz ēm Augustinū. 3. de libero arbitrio error est pena dānati hominis. Approbare ēm falsa pro veris z reprobare vera pro falsis est pena hominis pro peccato. Sed ante peccatum nō fuit pena: ergo ꝛc. Et hoc est verū tam de ignorantia facti q̄ circūstantiarū: quia in aliquo ante pctm nō errauit z sciuit esse cōtra preceptū diuinū comedere de ligno vetito nec estimauit aliquod bonū q̄ se prouenire. Ita q̄ si fuit in eis aliquis error vel cō comitabat vel sequebatur primū peccatuꝫ. ¶ De alia autē ignorātia nichil dicit sed puto etiā q̄ nec peccauerunt ex aliqua nescientia per se: sed ex electione peccauerunt.

¶ Tamen contra primū dictū ipse instat: qz si Ade vel voluntati sue presentabat per intellectū bonū simpliciter tunc in eligēdo non peccauit. Si bonū apparēs z non existens tūc errauit: ergo vel nō peccauit. ¶ Ad hoc autē respōdet q̄ simpliciter bonū offerebatur z presentabatur voluntati Ade per intellectū. Puta diligere vxorem suā moderate z rationabiliter tñ non voluit nec est vsus sicut apprehendit. Sciuit ēm melius esse deo placere q̄ vxori: z tñ vno reiecto elegit aliud. s. placere vxori z non ex errore. ¶ Unde breuiter prius peccauit q̄ erravit. Et hoc probat: qz si ante peccatū erravit: igitur malum apparuit bonū: et tūc aut ex se apparuit: z tunc circa principiū potuit esse error qđ est falsum. Aut ex aliquo alio veductū z hoc per sillogismū peccantē in materia vel per peccātē in forma. Si per peccātem i forma videt q̄ talis sillogismus nō necessario cōclusisset ei. Putat ēm q̄ habebat sciētiā elenchorū z soluēdi argumēta peccātia in forma. Aut per sillogismū peccātem in materia: z tūc de ppositione illa falsa querit quia aut ex se apparet vera: z sic neminē fallit sicut nec pmū principiū qđ ex se apparet verū vel circa primū principium potest esse error. Aut ex alio apparet falsa: z tunc per sillogismū peccantem in materia vel in forma sicut prius: z sequitur processus in infinituꝫ vel est deuenire ad aliquid qđ de se apparet falsum et neminem fallit: quare ꝛc.

Quātum ad primū principale dico q̄ a statu summe rectitudinis potest aliquis cadere per peccatum veniale aliqualiter licet nō totaliter et vniuersaliter. Sed dico q̄ primus homo a statu innocētie nō cecidisset per peccatū veniale: nec perdidisset originalē iusticiā. Non ēm erat originalis iusticia ita summa rectitudo quin bene cōpateretur secum peccatum veniale sicut dictum est supra. ¶ Ad secundum dico q̄ peccatum ex certa scientia et electione potest aliquando esse veniale: sicut ex certa scientia z electione dicere verbum iocosum etiam mēdacium z sic de talibus. ¶ Ad tertium dico q̄ peccatum veniale nō corrumpisset originalem iusticiam in Adam. Quando dicis: ergo stante originali iusticia z statu innocētie nō potuit esse debitor pene cōcedo de pena correspondēte mortali. Vel dic q̄ non sequitur. Nam aliter potuisset satisfecisse pro peccato veniali eliciendo intēsiorem actum caritatis. Sic enim possunt deleri

Qđ fuit primū peccatū ade

Vellevn plex.

Augusti.

dubia circa hanc opi.

grauitas pcti penes qđ.

quo primū pctm ade fuit grauissimū z quo non.

q̄ primū pctm homīs fuit cōmissionis.

Primus peccatuꝫ Ade an primo pec cato eue grauius fuerit.

Aplus.

Hieron.

quo peccatū ade fuit grauius pctm Eue: et econtra.

Ignorātia ī peccāte quo tuplex.

Ignorātia dup.

q̄ Adaꝫ pri⁹ peccauit q̄ errauit.

venialia: ꝛ ita nō fuisset debitor alicuius pene: nisi pro tāto qꝫ fuisset debitor intēsionis actus caritatꝫ qui proprie nō est dicēdus pena nec penalis cum sit summe liber ꝛ volūtarius. ¶ Ad quartū iā respōsum est supra quomodo seqla pene ad posteros nō arguit maiorem per se grauitatē peccati Ade: sed bene arguit ꝙ Adam acceperat originalē iusticiā pro tota posteritate ꝛc.

De seqla pene.

¶ Distinctionis Vigesimetertie.
¶ Questio Unica.

¶ Circa distinctiōez vigesimātertiam quero vnam questionē. s. vtruz deus possit creare vel facere aliquā volūtatez impeccabilē per naturā ¶ Videtur ꝙ sic deus pōt facere voluntatē impeccabilem per gloriā additā voluntati sicut patebit in volūtatibus electorū vel beatorum. Sed deus potest alicui volūtati concreare gloriaz sic ꝙ illud qđ est modo supnaturale esset generale. Preterea etiā pōt creare aliquā voluntatē ex suis naturalibus vnitiue ꝛ perfectionaliter cōtinētem hāc voluntatē ꝛ gloriam suā qua est impeccabilis: ergo potest facere voluntatē impeccabilē naturaliter. ¶ Scdo sic. Natura spiritualis est nobilior cp̄ corpoalis. Sed deꝰ potest facere aliquod corpus nō potēs deficere ī suo motu. Patet de corpore celesti: ergo similiter aliquā voluntatē non potētem peccare vel deficere in suo actu. ¶ Tertio sic. Voluntas creata est impeccabilis in primo instāti sue creationis: qꝫ pro primo instāti habet rectitudinez naturalē sibi datam a deo. Sed deus nō artatur ad tēpus vel ad instans: ḡ sicut potest facere voluntatē ipeccabilē in instāti: ita ꝛ p totū tps. ¶ Quarto sic ēm Anselmū posse peccare nec ē libertas nec pars libertatis. Sed deꝰ pōt facere vnā voluntatē simpliciter: ergo voluntatem non potētez peccare.

¶ Contra Hieronymus in tractatu de filio prodigo dicit ꝙ solus deꝰ est in quem peccatum cadere non potest: quare ꝛc.

¶ In ista questione sic procedam. ¶ Primo ponā errorē philosophorum circa ipsam. ¶ Scdo ponā opinionē theologorū. Et adducā aliquas rationes que ēm aliquos demonstratiue non concludunt ꝛ soluā ad eas. ¶ Tertio adducā alias. ¶ Et vltimo respondebo ad rationes.

¶ Quantum ad primum expedio me breuiter qꝫ de hoc dixi supra qñ inquisiui Utrū angelus vel intelligētia alia a deo possit peccare. Dixisset ēm Auicē. ꝙ deus creauit primā intelligētiam creatam ꝛ illa aliam inferiorez ꝛ sic descendo sic ꝙ nulla istarum peccare pōt vel deficere in sua actione ꝛ hoc idem posuissent Aristoteles ꝛ Commentator siue alias intelligētias posuissent a deo effectiue siue nō: nō curo mō de hoc. Hā supra vbi dictū est adducti rōnes eorū ꝛ argui cōtra eos: ꝛ soluī ad rationes. Hec de primo articulo.

Auicen. opinio. ꝛ aliorum.

¶ Quantum ad secundū articulū dicitur cōmuniter a theologis ꝙ deus nō potest facere voluntatē naturaliter impeccabilē. Sed aliqui probant hoc. ¶ Primo sic. Voluntas ois a deo factibilis est creabilis de nichilo. Sed oē creabile est vertibile in nichil ꝛ defectibile ꝛ si sic liberꝫ est peccabile vt videt: ḡ ꝛc. ¶ Secūdo sic. Voluntas que nō est regula prima sue actionis: sed habet regulā superiorē aliā a se pōt peccare: qz sibi dimissa naturaliter pōt ab illa discrepare. Sed volūtas creata nō potest esse prima regula sue actiōis: ḡ ꝛc. ¶ Tertio sic. Impossibile est ꝙ deus faciat aliquā potētiam que nō possit in totū obiectū suū sicut facere visum q̄ nō videret oēm colorē vel videre possit. Sed totū obiectū volūtatis create est bonum in cōmuni ad bonū verū ꝛ apparēs bonū: ergo pōt in vtrūqꝫ ꝛ sic in apparēs bonum ꝛ potest peccare.

Tycolegop. opi.

¶ Ad hoc adducūt auctoritates. ¶ Prima est Augustini cōtra maximianū libro. 3. vbi dicit sic. Cuicūqꝫ nature prestatur vt peccare nō possit nō est hoc nature: sed dei gratie. Itē 12. de ciui. c. 1. dicit ꝙ volūtas de nichilo creata potest peccare ꝛ misera esse eoipso nō sit diuina volūtas. Similiter ca. 8. Item. 14. lib. c. 13. ¶ Secūda est Anselmi. Cur deus homo lib. 2. vbi querit discipulus. Quare deus nō fecit angelos ꝛ duos ꝓmos hoies tales vt peccare nō possent. Et rñdet Anselmus ꝙ nec debuit nec potuit fieri: vt vnusquisqꝫ illoz esset idem qđ deus: igitur ēm ipsum solus deꝰ est qui peccare nō potest. ¶ Hoc idez dicit Hieronymus de filio prodigo. Quicquid sit de auctoritatibus: qz media de Anselmo nō concludit p eis. Loquitur esm de christo qui erat impeccabilis. Cū ergo querit discipulus quare nō fuit primus homo vel primus angelus impeccabilis. Respōdet ꝙ nō debuit nec potuit supple de' potentia ordinata esse idem qđ deus vel vniri deo in vnitate suppositi sicut christꝰ fuit deꝰ. ¶ Alie vero auctoritates possunt glosari de facto ꝙ solus deꝰ est impeccabilis.

August.

Anselm.

¶ Tamen rationes nō hidentur cōcludere. ¶ Prima non cōcludit qz sequeret per illā rationem ꝙ intellectus pari ratione cum sit de nichilo posset errare circa principia sicut voluntas potest peccare circa finē: quia ad quodcūqꝫ obiectū comparētur sunt vertibiles ꝛ de nichilo equaliter. Et ideo maior licet sit vera forte nō tamen est necessaria. ¶ Ad secūdum diceretur ꝙ nō oportet volutatē esse primā regulā sue actionis: vt nō possit peccare: sed sufficit ꝙ necessario illi cōformaret modo non probatur quin sit dare aliquā talez: ideo ꝛc. Et est exemplū. Nam intellectus nō est sua prima regula in intelligēdo principia: qz ēm se anteēꝫ intelligat est sicut tabula rasa ꝛ tñ intelligēdo principia errare non potest. ¶ Ad tertium dico ꝙ quicquid sit obiectū primum voluntatis diuine ꝙ volūtas diuina ad omnia se extendit ad que voluntas nostra sicut ꝛ intellectus suus ad omnia adque intellectus noster: et tamen non sequitur ex hoc ꝙ possit peccare nec etiam voluntas beati secundum eos saltē et ita dico ꝙ licet sub obiecto volūtatis create contineatur bonum apparens. Diceretur tamen ꝙ esset dare aliquam voluntatem que nō posset velle illud bonum in esse: sed magis nolet ipsum in esse alicui: et ita non peccaret. Hec de secundo articulo.

Cōtra p dictas rationes.

Alie rōnes pbabiliores.

¶ Quātum ad tertium articulum. Adducuntur alie rationes. Prima est ista. Omnis volūtas potēs velle cōmodum dimissa affectione iusti est naturaliter peccabilis. Ista patet Sed omnis voluntas creata ꝛ creabilis est huiusmodi. Ista probatur: qz si ista simul cōiūgerētur in volūtate creata: tunc volūtas eoipso ꝙ appeteret vel vellet recte appeteret ꝛ vellet qđ est falsum ꝛ impossibile. Solū hoc cōuenit diuine volūtati quare ꝛc. ¶ Et cōfirmat ista ratio: qz ois volūtas creata sicut pōt velle cōmodū sic potest ipsuz velle aliquo modo quo sibi nō conuenit ēm ordinationē volūtatis diuine. Sed hoc posito ipsa est naturaliter peccabilis: ḡ ꝛc. Dices ꝙ erit dare aliquā voluntatem quo nō poterit diffozmiter velle sibi cōmodum ēm ordinationē diuine voluntatis vt regule sue prime Dico ꝙ immo qz sicut in potestate sua est velle commodū: ita ꝛ sic velle cōmodus. Eo ipso ꝙ creata est ꝛ libertatē creatā habet: ꝛ sic etiā posset reprobari secūda ratio prius soluta qz volūtas creata nec est regula sua ꝓma nec necessario sibi ꝓformabilis sibi relicta. Sed ois talis volūtas est naturaliter peccabilis: ḡ ꝛc. ¶ Scda ratio est ista. Omnis voluntas que nō est naturaliter quietata ꝛ saciata in bono infinito est naturaliter peccabilis: qz talis volūtas sibi relicta potest tēdere in aliquid aliud non in ordine ad bonū infinitū. Sed voluntas creata est huiusmodi. Si esm esset naturaliter saciata ꝛ quietata in bono infinito sibi presente esset naturaliter beata ḡ ꝛc. Ex hac ratione etiā colozari potest tertia ratio prius soluta: quia enim volūtas creata nō est necessario immobilitata nec quietata ī bono infinito potest ad aliud bonū diuertere non propter illud fine sit bonū apparēs siue verū volēdo ipm. ¶ Tertio sic. Omnis volūtas que circa aliqđ obiectū debitū amari ꝛ odiri pōt habere actū volendi vel nolendi vel etiā negationē talium actuū potest peccare naturaliter: qz ex quo debet tale obiectum amare vel velle: ꝛ potest ipsum nō velle ꝛ pro qñ deberet velle potest peccare. Et similiter de obiecto qđ debet nolle vel odire. Sed ois voluntas creata est huiusmodi. Posito esm ēm aliquos ꝙ necessitetur circa vltimū finē qđ tñ reputo saltem oportet dare ꝙ circa aliquod aliud obiectū possit habere actū nolēdi vel volēdivel etiā negationē. Modo planum est ꝙ ipsa pōt obligare ex ordinatione diuina ꝙ tale obiectū debeat velle. Si ḡ possit ipsum nolle vel etiā nō velle planū est ꝙ pōt peccare. ¶ Quarta ratio Omnis volūtas que nō est finis actus sicut est ī potētia contradictionis ad actum ꝛ negationē actus ita ad debitā circūstantiā in actu vel ad negationē seu priuationē talis circūstantie. Sed omnis volūtas creata est huiusmodi ꝙ nō est finis actus sicut diuina voluntas est finis actus. Sed in potētia cōtradictionis ad ipsum vel negationem eius: ḡ omnis talis est naturaliter peccabtlis.

ꝙ deꝰ nō pōt facere volūtatē ipeccabilē ꝛc.

¶ Sic igitur dico scdm istas rationes ꝛ auctoritates sanctorū superius allegatas pcipue Augustini ꝛ Hieronymi qui hoc videtur intēdere licet nō exprimāt ꝙ deus nō potest facere voluntatē impeccabilē per naturā suā. ¶ Secūdo dico ꝙ nec voluntas potest esse impeccabilis omnino per aliquē habitū naturaliter adquisitū sicut saltē potentia remota possit peccare. ¶ Primo qz nullus talis excedit virtutē voluntatis immobilitando ipsam cū non sit ex se immobilitata ī bono nec impeccabilis. ¶ Scdo qz habitus talis precipue est quo quis operatur cū vult et cum nō vult non operatur sed oppositū potest operari vt videt. ¶ Tertio quia omnis habitus talis cōcomitat naturā ꝛ proprietatē sui principij predicamēta volūtatis que est flexibilis ad malum vt dictū est supra. Et ideo dico ꝙ nō potest facere voluntatez simpliciter vel naturaliter impeccabilē habet esm inclinare voluntatē si tamen hoc habet: sed nō necessitare vel simpliciter ímobilitare. Hec de tertio articulo.

volūtas qđo ipeccabilis.

¶ Ad primū argumētum principale dico ꝙ si voluntas possit esse impeccabilis per gratiā vel gloriaz apparebit in quarto. Nō esm credo ꝙ per aliquā formā inherentē voluntas creata possit esse impeccabilis: sed illa impeccabilitas nō est nisi manutenētia dei nō permittētis animā vel angelum beatū peccare ineternū. Preterea dico ꝙ nō est argumētum dato ꝙ voluntas sit impeccabilis per gratiā vel gloriam sicut non potest esse beata per naturā licet per gratiaz. Ad probationē dico ꝙ volūtati nō potest sic concreari gratia vel gloria vt sit sibi naturalis. Et ratio huius est. Hāz illud qđ de natura sua est susceptiuū alterius nūcp̄ sua natura manēte potest habere illud generale sibi. Nam omne susceptiuū est alterius rationis a susceptō sicut materia nūcp̄ potest habere aliquā formā sibi determinatā ꝛ generalem. Anima vero vel volūtas creata ex natura sua susceptiua est gratie sic etiam ꝙ potest esse sub nomine eius. Et ideo dico ꝙ nunqꝫ potest habere gratiam sibi generalē cp̄ tūcunqꝫ crescat imperfectione. ¶ Per idē ad confirmationē ꝙ non potest cōtinere gratiam vnitiue sic ꝙ sit naturaliter impeccabilis sicut nec pfectibile suā perfectionē sicut nec ecōuerso perfectio suuz pfectibile nec forma suā materiā vt dictū est supra Et hoc patet de substātia ꝛ accidēte ꝙ substantia nunqꝫ pōt vnitiue cōtinere suū accidēs sic in ppōsito. ¶ Ad scdm dico ꝙ deus pōt facere vnū corpꝰ qđ nō pōt deordinari culpabiliter ī suo motu: qz tale corpus non est susceptiuū peccati vel culpe sicut voluntas tñ non pōt facere corpꝰ qđ non possit mouer diffozmiter vel cui necessario repugnet diffozmiter moueri ꝛ aliter ꝛ aliter. Unde ꝛ celuz posset moueri ab occidēte in oriens. Et sic etiā nulla volūtas potest creari quin ex libertate sua creata possit diffozmiter velle ꝛ peccare vel deficere in suo actu et a principio actuo intrinseco qz libere non sic autem de celo qz in hoc est dissimile. ¶ Ad tertiū dico ꝙ voluntas creata in primo instanti est peccabilis ꝛ peccare potest pro eodē primo instanti sicut dictum fuit supra de voluntate angeli. Hec habet aliquā rectitudinē actualē in primo instanti que sit et cōpossibilis peccato licet naturam suam habeat a deo in illo instanti. ¶ Ad quartuz dico ꝙ libertas vno modo potest accipi in communi et absolute et isto modo posse peccare nec est libertas nec pars libertatis nec pertinens ad libertatem: quia in deo est summa libertas: ꝛ tamen non in eo posset peccare. Alio modo libertas accipitur non absolute et in communi: sed particulariter pro libertate tali creata: et tunc dico ꝙ posse peccare vel potentia

libertas duplicit accepta.

peccādi. Uno modo dicit respectū ad actū peccati ꝛ sic posse peccare nec est libertas nec pars libertatis cōcomitāt tñ libertatē necessario eo mō quo respect⁹ habitualis vel respect⁹ rōnis cōcomitāt fundamētum. Alio modo posse vel potētia accipit pro principio quo est ꝛ pro fundamēto talis respectus: ꝛ sic dico q potētia peccādi est idem qđ libertas voluntatis create que est idē qđ voluntas creata defectiua ꝛ potēs peccare: ꝛ tūc dico q omnis volūtas creata et creabilis naturaliter est peccabilis.

¶ Sic igitur patet ex ista questiōe q volūtas Ade peccabilis erat ꝛ similiter volūtas Eue. Et hoc bene nouerat dyabolus. Nō em̄ erāt nobiliores creature q̄ ipsemet dyabol⁹ q̄ ꝛ ipse peccauerat ꝛ peccabilis fact⁹ fuerat ꝛ accessit ad tēptandū ꝛ tēptauit ꝛ eos superauit. Deus aūt rationabiliter hoc permisit: licet presciret casum ipsoꝝ. Nam sic rationabiliter administrat: vt eas ꝑprios motus agere sinat qū placet sibi ꝛ hoc ꝑm legē rationē permisit: ꝑ ꝛ iuste hominē tēptari ꝛ peccare ꝑm vsum ꝛ motū liberi arbitrij licet casum preuideret. Hoc em̄ est iustū ꝛ debitū circa creaturā dei permittere qđ ipsa diuina volūtas ordinat ꝛ statuit p̄mittere: qz ipa ē p̄ma regula ꝛ mēsura creature q̄ non potest obligari nec deuiare ꝛc.

¶ Distinctionis Vigesimequarte.

¶ Questio prima.

Circa distinctiōez vigesimāquartā quero vtrum homo puta Ada⁊ vel aliquis per libez arbitriū sine gratia potest vel potuerit vitare omne pctm̄. ¶ Videf q sic. Si sine gratia non pōt vitare quis oīe pctm̄: sine gratia non potest peccare. Sed hoc est falsuz vt patet: ꝑ ꝛc. Probatio cōsequētie qz ꝑm Augustinū. 3. de libero arbitrio. Nullus peccat in eo qđ vitare nō pōt. Sed nō potest vitare peccatū sine gratia: ergo nec peccare. Similiter etiā Augustin⁹ primo retractationū ca. 14. dicit reuertere quēquē qz nō fecit qđ facere nō potuit summe ĩiquitatis est ꝛ insanie. ¶ Secundo sic. Augustinus ꝓtra Adamātium manichei discipulum dicit. Misi quisq̄ volūtatē suā mutauerit bonū operari nō potest qđ in nostra potestate positū oīs docet Mathei. 7. Non pōt arbor mala ꝛc. igitur benefacere est in potestate ꝛ pari ratiōe malo resistere: sed cū gratia nō: igitur solo libero arbitrio pōt homo malo resistere sine gratia. ¶ Tertio sic per libez arbitriū potest rectitudo seruari ĩ quo libet actu. Sed hoc posito pōt vitari oīe peccatū ergo ꝛc. Maioz patet p Anselmū ō libero arbitrio ca. penul. vbi dicit q liberū arbitriū est ptās seruādi rectitudinē. Homo pōt sine gratia p liberū arbitriū implere p̄cepta legis. Sed ip̄lens p̄cepta legis vitat peccatū: ꝛc. Probatio maioris ad Roma. 2. Gentes que legē nō habēt naturaliter ea que legis sunt facit. Et sequit eiusmodi legē non habentes xp̄i sibi lex sunt qui ostēdunt opus legis scriptū in cordibus suis. Sed gentes vel gentiles de quibus Apostolus loquitur carent gratia: ergo ꝛc.

August.

Idem.

Ansel.

Ad Roma. 2.

¶ Contra Homo sine gratia p liberū arbitrium potuit in statu innocētie peccatū vitare. non autē proficere ꝑm Magistrum Sed liberū arbitrium per casuz vel lapsum fuit debilitatū: quia homo fuit vulneratus in naturalib⁹ deba ꝛc. igit nec modo potest pctō resistere qz minus ptoest q̄ tunc.

¶ In ista questione sic procedā. ¶ Primo inquirā vtrū homo in statu innocentie per liberū arbitriū potuit sine gratia omni pctō resistere. ¶ Scdo vtrū statu nature lapse hō possit omni pctō per liberū arbitriuz resistere. ¶ Tertio vtrū homo in quocūq̄ statu possit p libez arbitriū sine gratia ad vitā eternā proficere. ¶ Ultimo ad rationes.

Quātum ad primum articulum est opinio cōis oīum ita ꝛ magistri specialiter in pñti distinctione q homo in statu innocētie sine gratia habitu gratū faciente potuit omni pctō resistere ꝛ cuilz tēptatiōi. Nec volo circa hoc ĩmorari. ¶ Ad hoc tñ adducūtur rōnes alique. Prima est ista. Liberū arbitriuz ꝑm Anselmū vbi supra est potestas seruādi habitā rectitudinē de necessitate includit resistere tēptatiōi ꝛ malo culpe occurrēti: ꝑ ꝛc. ¶ Scda ratio. Liberū arbitriū in statu innocētie fuit pfectū in sua libertate nō excecatū ignorātia nec aggrauatū malicia Sed tale pōt vitare pctm̄ vt videf: ꝑ ꝛc. ¶ Tertio sic. Si em̄ in statu nature lapse nō possit homo vitare pctm̄ nouum mortale cōmittendū per liberū arbitrium sine gratia hoc nō est nisi qz refutat gratiā diuinā sibi oblatā. aliquo modo sicut dicetur infra. Sed homo in statu innocētie ipso stante nō potuit refutare gratiā diuinā sibi oblatā. igit potuit vitare: oīe pctm̄ p liberū arbitriū vt videf. ¶ Quarto sic. Pro illo statu in quo nō habuit impulsiuum nec inductiuū ad pctm̄ potuit p liberū arbitriū vitare pctm̄. Sed hoc fuit ĩ statu innocētie: ergo ꝛc.

cōis opinio quo homo potuit pctō resistere.

¶ Sic ergo sicut dicit Magister ꝛ ꝓbat per Augustinū p illud qđ accepit homo sibi naturale sua creatione potuit malo resistere vel peccato: nō tamē mereri potuit vel ꝓficere ad vitam eternam. ¶ Sed vtrum toto tempore vite sue potuisset sine gratia gratum faciente resistere omni peccato difficile videtur hoc. Nā impossibile est q impleatur p̄ceptum de diligendo deum ex caritate sine gratia: quia gratia et caritas idem sunt ꝛ non solum est hoc p̄ceptum q̄tuz ad substantiam operis: sed etiam q̄tum ad modum talem puta q ex caritate nec solum q̄tum ad intētionem p̄cipientis: sed q̄tum ad obligationem p̄cepti sicut dictū est ĩ vltima questione primi. Preceptum tamen est affirmatiuuz nec obligat semper et ad semper: sed aliquando ꝓ loco aliquo ꝛ tempore ĩ vita hominis q̄ diu est viator. Alioquin essz adultus incurrit damnationem eternā. Sed Adā in statu innocētie habuit hoc p̄ceptum. Diliges dominum deum tuū ꝛc. ergo oportuisset q aliquādo deum caritatiue dilexisset: ꝛ sic consequenter q gratiam habuisset. Alioquin non adimplesset p̄ceptum et peccasset. Unde et finaliter damnatus fuisset.

Bonum dubium.

Ad Roma. 14.

Auguſt.

Resolutio auctoris.

¶ Ad istud videtur michi ꝓbabile dicere nec video q aliquis adult⁹ subditus diuine legi de diligēdo deū possit ꝓ toto tempore vite sue vitare peccatū mortale sine gratia gratum faciente ad quā se potest disponere. Nisi forte diceretur q ĩ statu innocētie nō fuit p̄ceptū diligere deum ex caritate: sed tm̄ diligere deum q̄tum ad substātiam actus. Qđ tñ probabile aliquibus non videtur. ¶ Primo qz cōpletio p̄cepti de diligendo deum sibi fuisset meritoria sed non poterat mereri vitam eternā nisi per gratiā: ꝑ oportuit illam dilectionem gratia ꝛ caritate formari. ¶ Secundo quia p̄ceptū qđ habemus de diligēdo deū non est de aliquo perfectiori q̄ idem in statu innocētie: sed si non fuisset ibi p̄ceptū aliquid nisi substantia actus ꝑfectius p̄ceptū haberemus: qz nō strum p̄ceptū non solū p̄cipit substātiam actus sed modū: quia ex caritate: ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. quia si solū substātia actus de diligēdo deum cadebat sub p̄cepto ꝛ in substātiam actus poterat ex suis naturalib⁹ mereri sequitur error pelagij q ex naturalibus puris homo possit mereri vel q adim plebo omne p̄ceptum eo modo quo sibi erat traditum homo nichil meruisset qđ non est verum. Hec de primo articulo ꝛc.

Error pelagij

Anſtatu nature lapſo hō possit oi pctō p li be. arbi. resistek.

Prima opinio.

¶ Quantum ad secundū articulum. Primo recitabo aliquas opiniones. Secūdo arguo cōtra eas. Tertio dicā quid videf michi. Et soluā ad illa que sunt cōtra me. ¶ Est igit vna opinio q adultus ꝓ statu isto moderno nature lapse no potest sine gratia vitare omne peccatuz mortale: quia vel est in originali peccato vel ĩ actuali mortali: qz supponitur q nō sit in gratia: quilibet autem est in gratia vel in peccato mortali ꝑm statū nature lapse. Sed in vtroq̄ tenetur suā salutē procurare que nō est nisi per gratiā ꝛ si omittit vel negligit peccat mortaliter nouo peccato: ꝑ adultus sine gratia non pōt vitare omne peccatum mortale.

Secunda opinio.

¶ Secūdo sic. Ille qui non potest implere oīa p̄cepta q̄tum ad intētionem p̄cipientis: licet q̄tū ad substātiam operis possit ea implere nō potest vitare omne peccatū mortale: qz nō potest vitare trāsgressionē p̄cepti. Sed sic est de adulto sine gratia habituali gratū faciente. Nam intētio legislatoris est q p̄cepta impleanf ex caritate ꝛ si preter caritatē fiat peccatum quicquid sit sicut dicūt ꝑm illud ad Ro. 14. Omne qđ non est ex fide peccatū est: et ex fide supple formata ex caritate sicut Augustin⁹ exponit hoc idem de vera innocētia vbi dicit. Qui ergo fidem ꝛ caritatē non habet omnis eius actio peccatum est: quare ꝛc.

¶ Alij dicunt q adultus sine gratia habituali gratū faciente potest vitare omne peccatū mortale de nouo cōmittendū in particulari sic q vitare potest quodlibet signatū ꝛ in particulari nō tñ omnia in cōmuni: sed oportet q in aliqđ incidat. ¶ Ad hoc adducif exemplum sicut aliquis existēs in naui perforata multis foraminibus pōt obstruere quodlibet foramen signatū in particulari non tñ omnia. Dum est se conuertit ad vnū auertitur ab alio sic in ꝓposito. ¶ Qz autē possit vitare quodlibet peccatū in particulari. Probāt qz habet liberā voluntatē qua potest peccare vel nō peccare. Peccatū aūt a deo est voluntariū q si non sit voluntarium nō est pctm̄: ꝑ ꝛc. Sed q nō possit vitare oīe pctm̄ in cōi probāt p illud Gregorij moralium. 15. Peccatū qđ per penitētiā non diluit mox suo pōdere ad aliud trahit. Et p exēplū adducitz.

Gregō.

¶ Tertij dicūt q adultus sine gratia: et per ꝑs in mortali peccato existēs potest vitare oīe pctm̄ ꝛ in vniuersali ꝛ in particulari ad tēpus tñ: sed nō diu. Oportet em̄ q̄ sit diu viuat q̄ ĩcidat ĩ mortale pctm̄ nouū. ¶ Qz aūt ad tēs possit vitare omne pctm̄ mortale qz nisi ad tēs posset vitare: tunc ille q est in pctō mortali. Puta q cōmisit adulteriū ꝛ remāsit impenitēs per diem qū penitet debet ꝓfiteri ꝛ penitere de tot peccatis mortalib⁹ quot sibi occurrūt tēptatiōes de qbuscūq̄ pctis ĩ illo die: imo de tot pctis quot sunt instātia vel ptes diei in qb⁹ potuit penitere de peccato cōmisso ꝛ per ꝑs tēptatiōni occurrēti resistere. Sed vtrūq̄ est falsum ꝛ incōuentēs: ꝑ ꝛc. ¶ Ss q diu manere possit sine nouo pctō mortali. Probāt primo qz diu nō potest manere quin occurrant tēptationes alicientes animū ad pctm̄ vel ad ꝑsm̄ pcti. Hoc ptz p beatū Johannem in canonica sua. Omne qđ est immūdo ꝛ occurrat supple ĩ ipo. Aut est cōcupiscētia carnis aut concupiscētia oculoz aut superbia vite. Aut ꝑ alicui staruz tēptationi cōsentit aūt nulli. Si nulli: sed oībus resistit meretur gratiā de cōgruo deus infundit sibi gratiaz et tūc nō est sine gratia nec in peccato mortali. Si alicui cōsentit aut cōsentiūs est mortalis: ꝛ sic habetur ꝓpositū. Si venialis: ꝑ cū ipsum minus efficiatur fortis ad resistendū sequēti tēptationi ꝛ p aliū adhuc minus fortis ꝛ debilioz fit ꝛ tandē adquiret habitū aliquē vicios̄um quo prōpte ꝛ faciliter prorūpet in malū sine exterioꝝ ipulsiōe: sed ex electione non persuasus ab extrinseco: ꝛ sic peccabit mortaliter siue sit tēptatio ad mortale siue ad veniale.

Johan.

¶ Et q non possit vitare talia venialia saltē quibus efficitur debilioz ad resistendum. Probāt per illud psal. 10. Si dixerimus quoniam peccatū non habemus ipsi nos seducim⁹ ꝛ veritas ī nobis non est. ¶ Ad hoc adducunt auctoritatem Magistri distin. 25. vbi dicit q in statu secundo hominis post lapsum ꝛ ante reparationē a peccato p̄emitur a cōcupiscentia ꝛ vincitur et habet infirmitatem in malo ꝛ non habet gratiam in bono: ꝛ ideo peccare potest ꝛ non potest peccare etiam damnabiliter. Unde ꝛ Magister in principio huius distinctionis vel proprie dicit q liberum arbitrium bonum eligitur gratia assistēte ꝛ malum eadem desistente ita q malo nō resistitur sine gratia ꝑm eum. ¶ Ad hoc etiā adducunt auctoritatem Augustini ad Anastasiuz vbi dicit. Sine spiritu nō est voluntas hominis ad bonū cū cupiditatibus vincatur nisi liberata fuerit. non autem liberabitur nisi per speciem caritas diffundatur in cordibus: ergo ꝛc. Ad hoc etiā adducitur auctoritas Gregorij peccatum qđ per penitentiam diluitur: ꝛc.

Johan.

Magſt.

Auguſt.

Quarta opinio.

¶ Quarti dicunt q sine gratia potest adultus vitare omne peccatum et in generali et in particulari et diu non solum ad breue tempus. ¶ Hoc probant: quia homo adultus sine gratia potest adimplere omnia p̄cepta:

ergo vitare oīa peccata mortalia ꝑbatio antecedē
tis qꝫ ꝯtūcūqꝫ homo sit in pctō mortali tenetur ad
implere p̄cepta ergo p̄ōt qꝫ null⁹ tenetur ad id qđ
nō p̄ōt vel ad impossibile. ¶ Ad hoc adducūt au-
ctoritatē Hieronimi ad damasiū papam q̄ dicit sic
Hieronimus. Nos vero dicim⁹ hoiez semp peccare ⁊ nō peccare
posse vt semp liberi nos cōfiteamur esse arbitrij er
go homo ꝯtūcūqꝫ in pctō mortali semp p̄ōt pecca
re vel non peccare ⁊ non solum ad horā vel ad tp̄s.

Quinta positio. ¶ Quinti dicunt qꝫ liberū ar
bitriū potest tripliciter cōsiderari. Uno modo an-
te deliberationē ⁊ tempus deliberationis ⁊ sic p̄ōt
vitare oīe peccatū mortale ⁊ p̄ōt nō peccare mor
Nota de libero arbitrio. taliter sed tm̄ venialiter. Secūdo modo post delibe
rationē ⁊ tempus deliberationis et sic etiā p̄ōt vi-
tare peccatū qꝫ potuit deliberare de agibili recte ⁊
sic vitare pctm̄ circa ipsum. Tertio modo post tem
pus deliberationis cōgruū elapsum nō aūt post de
liberationē habitā sed sine deliberatiōe habita de
tētatione ⁊ de habēdo circa ipsam. Et tūc dicitur
qꝫ si tētatio est ad mortale necessario libez arbitriū
incidit in mortale qꝫ saltē interpretatiue consensit
nō deliberando ⁊ omittendo deliberationem.

Cōtra ꝓ mā opinionem ¶ Cōtra oēs istos modos ha
beo aliqua. ¶ Primo contra primū ꝯtum ad hoc
qđ dicit qꝫ adultus sine gratia simpliciter nō ꝑotest
vitare peccatū mortale in quocūqꝫ opere p̄cepti:
qꝫ nisi impleat ex caritate peccat. Dico qꝫ istud est
falsuz ⁊ nimis durū. Et arguo cōtra istud. ¶ Pri
mo sic. Opus p̄cepti de penitēdo est disponere se
ad gratiā ⁊ meritū eiusdē gratie de congruo. Sed
si ista opinio esset vera null⁹ posset se disponere ad
gratiā nec ipsam mereri de cōgruo: vt prius saltem
natura disponit se ꝯ̄ habeat gratiā: ⁊ sic tale opus
cum nō sit ex caritate vel gratia est peccatū mor-
tale. Sed nullus per peccatuz mortale disponit se ad
gratiā nec meretur gratiā de congruo: ꝯ̄ ⁊c. ¶ Se
cundo sic. Si vnus sarracenus vel infidelis daret
elemosinā pauperi in necessitate motus ex naturali
pietate vel suis parētibus succurreret ēm istam
opinionē mortaliter peccaret: qꝫ nō ex gratia vel ex
caritate. Sed hoc est falsum ⁊ inopinabile: qꝫ tunc
melius esset nō dare elemosinā ꝯ̄ dare vel non suc-
currere suis parētibus ꝯ̄ dimittere eos languere:
ergo ⁊c. ¶ Tertio sic: qꝫ ēm istā opinionē non esset
persuadēdum pctōribus facere opera bona de gñe
vel ex gñe sicut audire missam vel ire ad sermonē ⁊
sic de talib⁹ qꝫ quecūqꝫ faceret peccata essent: ꝯ̄ ⁊c.

¶ Dico ergo cōtra istam opi
nionē quicquid sit de ꝯclusione sua qꝫ nec bonū mo
tiuum nec sanū habet istud dictū. Non em̄ ad vitā
dū peccatum mortale requiritur adimpletio cuiusꝫ
cūqꝫ p̄cepti ⁊ p̄o quocūqꝫ tp̄e sicut dictū est ī p̄ri
mo: sed tm̄ hoc est verū de p̄cepto caritatis et nō
p̄o oīni tp̄e sed p̄o aliquo tp̄e qꝫ impleat illud p̄ce
ptū ex caritate vel sit immediate dispositū saltez
habēdo caritatē. De alijs aūt p̄ceptis non opoz
Cōtra secundam opinionē tet nec de isto etiā in omni tempore.

¶ Contra scōm modū dicendi de vitando
in particulari nō ī generali. Ar
guo p̄imo sic vbi omnia ⁊ singula simul occurrūt: et
sunt aliud ꝯ̄ vbi tm̄ singula ⁊ nō simul omnia. Sed
non sequitur si in primo casu nō p̄ōt vitari omnia
sicut singulum vel sicut in foraminibus nauis quin
in secundo casu possint omnia vitari sicut singulus
ymmo omnia possunt vitari sicut singulum vt vide
tur. Sed planum est qꝫ non omnia peccata occurūt
simul sed successiue qꝫ singulum post singulum igit̄
si potest vitare singula vel quodlibet singulus pari
ratione omnia. ¶ Et confirmatur qꝫ dato qꝫ simul
occurrent omnia vel omnes temptationes ad huc
non posset habere perfectam ⁊ plenam deliberatio
nem nec distinctam ⁊ sufficientem intellectionem
de omnibus que tamen requiritur ad pctm̄ mor
tale sed tantum de aliquibus vel vno ⁊ illud posset
vitare vel illa ⁊ nunqꝫ circa alia peccaret ergo
omnia in communi vitaret sicut singula. ¶ Secun
do sic. Si aliquis vincat vnaz temptationē de alio
peccato existēs in vno videtur qꝫ fortior efficiatur
vel reddatur ad resistendum secunde temptationi.
Sed tunc facilius potest vitare secundam sicut p̄-
mam igitur potest vitare omne peccatuz sicut ⁊ sin
gulum. ¶ Tertio sic vnum peccatuz mortale non
corrumpit omnes virtutem moralem ymmo nec ali
quam. Stat enim cum virtute ⁊ habitu morali ac-
tus vnus oppositꝰ vel oppositꝰ malicie qꝫ sicut vn⁹ Nota
actus non generat habitu qꝫ vna ꝟtudo non facit
ver. Ita nec vnus actus malus corrumpit habitū
virtutis ergo ad habitus virtutis maneat p̄ōt ad-
huc inclinare ad bonum ⁊ si occurat materia con-
ueniens adhuc poterit operari bene ēm illum habi
tum ⁊ similiter ēm alium si habeat ⁊ si omnem ha-
bitum virtuosum habz moralem poterit vitare de-
formitatez cuiuslibet actus naturalis et omne pec
catum vt videtur.

¶ Contra secundum modum Reprobat. 2. opinio in speciali arguo. Nam si motiuum suum esset bo-
num qꝫ non semper potest peccato resistere. Seque
retur qꝫ nec adultus posset diu resistere. Probatur
per idem motiuū semper vel quasi continue occur-
runt temptationes existenti in gratia sicut etiā pec
catori ymmo frequēter plures patitur tēptationes
ille qui est gratia ꝯ̄ peccator. Aut ergo consentit
Aut non consentit. Si consentit Aut consensus ē
mortalis ⁊ sic habetur propositum. Si cōsensus est
venialis tandē deducetur ad mortale per plura ve
nialia sicut ibi deducitur. ¶ Si dicas qꝫ non con-
sentit nec etiā venialiter. Cōtra Si diximus qꝫ pec
catuz nō habemus ⁊c. Ita qꝫ de habētibus gratiā
verificatur ista auctoritas ēm. Augustinū etiam
¶ Preterea impossibile est qꝫ per venialia necessi
tetur quis ad mortale ymmo nec per habitū morta
lis quod plus est qꝫ sicut impossibile est qꝫ per ali-
quem habitum virtuosum adquisitum firmetur in
bono. Ita qꝫ per aliquē habitum malum adquisitū
firmetur in malo vel necessitetur ad malum ergo
falsuz est quod dicit ista opinio qꝫ tendem post mul
ta venialia et habitum ipsorum necessario peccet
mortaliter. ¶ Preterea nō aparet necessitas qua
re quomodocunqꝫ sit iste dispositus per vnum pec-
catum oporteat ipsum consentire temptationi.
De alio occurrenti siue mortaliter siue venialiter.
Sed diceretur qꝫ nec consētiet nec venialiter nec
mortaliter sicut etiam penitere posset quia vel sus-
pendet actum vel dissentiet nec propter hoc conse-

quēter gratiam quia nō oportet propter hoc qꝫ pe-
niteat de primo peccato dato qꝫ in aliud nouum cō
sentiat: quare ⁊c.

Ꝟ quartā opinionē ¶ Contra quartum modū ar
guo qꝫ sicut tactum est supra adultus aliquādo te-
netur diligere deum habitualiter vel actualiter ex
caritate. Alioquin dānatur p̄o transgressione p̄ce-
pti de dilectione dei. Sed hoc nō potest sine gra-
tia ⁊ caritate: ergo ⁊c. licet nō semper teneatur im-
plere p̄cepta ad intētionē p̄cipientis: sic vt per
hoc habeatur ab ipsa vita eterna ⁊ ipse mereat: tm̄
aliquādo ad hoc tenetur ⁊ respectu alicuius p̄cep-
pti: ⁊ hoc de necessitate p̄cepti obligātis omittē-
tis ad peccatum mortale ipsuz omitentē. Sed hoc
nō potest sine gratia: qꝫ sine gratia vel caritate non
est meritū vite eterne sicut dicetur infra: ergo ⁊c.

Impugnat ꝯtra opi. ¶ Contra quintū modum ar
guo quia sicut ante deliberationē ⁊ tēpus deliberā
di non potuit peccare sicut dicunt: ita nec in tēpore
deliberationis stante ⁊ habita deliberatione. Haz
ipse recte potest iudicare ⁊ deliberare. Sed in tēpo
re deliberationis in quo ponitur nō deliberare po-
test vel potuit deliberare: ꝯ̄ potest nō peccare ⁊ pec
catum vitare. ¶ Preterea in tēpore illo deliberā
tionis oportuno. Aut potuit deliberare: et sic non
fuit tēpus deliberationi oportunū. Nam cōsequens
est interptatiue p̄sensisse si nō deliberauit. ¶ Pre
terea etiā potuit ⁊ potest esse qꝫ in illo tēpore ī quo
nō deliberat occurrat tēptatio ad veniale ⁊ nō pe
cabit mortaliter non deliberādo nec consentiret in
terpretatiue immortale.

Auctoz dicendi modus. ¶ Dico ergo aliter ad istum
articulum qꝫ vitare peccatū mortale potest intelli-
gi vel de peccato iam habito siue sit originale siue
sit actuale mortale. Vel potest itelligi de nouo pec
cato alias īcurrēdo. ¶ Primo modo dico qꝫ adul
tus sine gratia peccatū vitare nō potest. Cuius ra-
tio est in promptu. Nam ēm potētiam dei ordina-
tam nō expellitur ab aliquo culpa mortalis nisi in-
fundatur gratia habitualis vans esse gratū aliquo
modo licet absolute loquēdo deus posset remittere
omnē culpam nō infundēdo gratiam sicut in quar-
to poterit apparere. igitur aliquis adultus non po
test carere culpa mortali iam habita sine gratia im
mo nec paruulus ab Adam ēm legē propagatiōis
descēdens potest ēm legem cōmunē carere peccato
originali sine gratia tali habituali nō propter for-
malez incōpossibilitatē vel repugnātiam gratie ad
peccatum: qꝫ nō puto qꝫ opponātur sicut habitus ⁊
priuatio vel sicut cōtraria: sed tm̄ ex ordinatiōe di
uina qua ordinauit qꝫ ēm p̄item statū vnusquisqꝫ
vel sit in mortali culpa vel in habituali gratia.

De adulto existēte ī pctō mortali. ¶ Sed de nouo peccato mor/
tali alias incurrēdo. An. s. adultus existēs in pecca
to mortali possit vitare per liberū arbitrium omne
tale peccatū. Dico duo primo qꝫ quo ad tēpus po-
test vitare omne aliud peccatū mortale. Secūdo di
co qꝫ semper et p̄o toto tēpore vite sue non potest
vitare peccatum nouum mortale. Primū patet: qꝫ
si ad tēpus ⁊ aliquā diu nō posset vitare peccatum
mortale. Sequeret qꝫ cōtinue occurrēte sibi tēpta-
tione ad mortale peccaret mortaliter. Sed hoc est
falsum ⁊ nimis durum: ergo ⁊c. ¶ Secūdo quia si
non posset vitare ad tēpus non posset habere tem-
pus deliberandi de vitando ⁊ modo vitandi pecca
tum suum nisi incurrēdo alia noua peccata multa.
Sed hoc est falsum: ergo ⁊c. Et in hoc multi docto
res cōueniunt. ¶ Tertio quia pacccatū ad qđ tene
tur ⁊ obligāt peccator est penitere de peccato suo.
Sed hoc est p̄ceptum nō obligans ad semper vel
p̄o semper. Alioquin cōtinue peccaret in quolibet
instanti postq̄ peccauit si nō statim peniteret quod
est falsum. Si autē non posset vitare nouum pecca
tum ad tēpus. hoc maxime videtur: qꝫ statim tene-
tur de suo peccato penitere. Alioquin negligēs es
set ⁊ nouum peccatū incurreret ergo ⁊c. ¶ Quar-
to ad idem: qꝫ si ad penitēdum statim p̄o quocūqꝫ
statu instāti post peccatū teneretur. Sequeretur qꝫ
nullo peccato veniali posset peccare: quia oēm actū
smum oporteret esse in detestando peccatum ⁊ sic re
surgeret in talī actu ⁊ non peccaret nec mortaliter
nec venialiter in non detestando: ⁊ sic semper gra-
uiter vel mortaliter peccaret ⁊ non venialiter quod
est inconueniens.

¶ Secundo dico qꝫ nō potest
p̄o toto tēpore vite sue ⁊ semp vitare mortale pec
catum sine gratia sic qꝫ nō habeat aliquādo gratiā
⁊ tamē non cadat in peccatum nouum diu viuēs et
vtēs libero arbitrio vel habēs vsum liberi arbitrij
et hoc siue illud peccatum sit originale siue actuale
¶ Primo hoc probo sic: quia existēs in pctō mor-
tali ⁊ vtens libero arbitrio de necessitate tenet ali-
quando penitere ⁊ gratiam sibi oblatam a deo reci
pere licet nō p̄o semper ad hoc teneatur. Sed hoc
nō potest facere nisi cōsequēdo gratiam vel si omit
teretur quādo tenetur incurrit nouū peccatū omis
sionis saltē ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Adultus p̄o ali
quo tēpore vel instanti totius vite sue tenetur deū
diligere caritatiue sicut dictū est. Sed hoc non po-
test sine gratia nec omitere toto tēpore vite vel p̄o
illo tēpore vel instanti p̄o quo ad hoc tenet nisi in-
currēdo nouā culpā in eodem instāti in quo omitti-
tur hoc habēs vsum liberi arbitrij: quia alias trās-
greditur p̄ceptum: ergo ⁊c.

Cōtra ꝓ dicta. ¶ Sed cōtra hoc instatur qꝫ p̄ōt ptinge-
re qꝫ aliquis de peccato nō
recolit toto tempore vite sue: qꝫ ipsum ignorat esse
peccatū vel qꝫ ipsum oblitus est. Sed de illo qđ nō
intelligit nec recolit nō p̄ōt penitere: vt patet: ꝯ̄ te-
net aliqñ penitere de ipso. ¶ Sc̄o sic. p̄ōt ptinge
re qꝫ aliqs infidelis habet ignorātiā inuincibilē de
pctō sue infidelitatis: qꝫ nullū habuit vnū instruē
tē: vt aliquā noticiā de opposito ⁊ recte viuit ēm le
gē naturalē ⁊ dictamē ei⁹. Sed sic viuēdo toto tp̄e
vite sue nō incurrit aliqđ pctm̄ qꝫ non cōmittit nec
omittit penitere. Habet ignorātiā inuincibilez de
de pctō suo vel etiā de diligēdo deū ex caritate. igi
tur ⁊c. ¶ Tertio qꝫ si aliquo tp̄e p̄ōt vitare pctm̄
mortale sine gratia videt qꝫ toto tp̄e vite sue qꝫ ista
tim expleto illo tp̄e modico p̄ōt mori vel occidi nō
incurrendo nouum peccatum: ergo ⁊c.

¶ Ad primum istorum dico qꝫ ali Nota.
quē nō re
colere de peccato mortali ī quo est. Aut puenit ex
negligentia eius ⁊ insufficienti diligentia. Aut nō

sed habet inuincibilē ignorātiā de ipso. Primo modo nō excusatur nec minus tenetur aliquādo penitere. Secūdo modo dico q̄ nunq̄ propter tale peccatum impedietur salus eius. Nam deus implebit infirmitatem nature et nō est plus ad propositū de tali existente in peccato q̄ de non habēte peccatu quia de illo non tenetur penitere in speciali: sed tm̄ sufficit q̄ peniteat in cōmuni vel aliquis alius modus remittēdi quē nouit deus. ¶ Ad scdm p idem dico q̄ cum deus sufficienter prouideat cuilibet de salute q̄tum ad cōmunia adiutoria habēti ignorātiam simpliciter inuincibilem de infidelitate sua et viuēti rte ēm legem nature deus per aliquem modum vadit sibi noticiam ⁊ offeret gratiam aliquando ⁊ ita vel penitebit ⁊ recipiet gratiam vel nō: sed cōtēnet penitere ⁊ refutabit gratiā ⁊ sic peccabit nouo peccato nisi saltem proponat penitere tēpore et loco ⁊ si tēpus ⁊ locus transeat sine penitentia ⁊ salutis procuratione peccat pro tunc nouo peccato ⁊ imputatur sibi tanq̄ peccatū omissionis si tātum omittat vel sicut peccatum ꝯmissionis si cū hoc cotēnat. ¶ Ad tertium dico q̄ non scirē bene declarare tēpus in quo iste tenetur penitere nisi ēm q̄ doctores declarāt quādo tenetur aliquis confiteri de necessitate ⁊ conteri vel atteri vel habēdi cōfessionem in proposito ⁊ est punctus cōmunis omnibus peccatoribus quādo vident et sciunt probabiliter q̄ ipsi exponūtur periculo mortis ⁊ habēt vsum liberi arbitrij. Tunc em̄ si sunt in peccato mortali et scienter ⁊ cum hoc nō peniteret nouo peccato peccant. Si ignorāt. Aut est ignorātia inuincibilis: et tunc sicut dictum est supra de infideli. Aut ignorātia crassa vel affectata seu ex incōsiderato: ⁊ tūc nō excusantur sed incurrunt omne peccatum nouum. Sic igitur apparet quid de questione sine preiudicio est dicendum.

Ad motiua aliarū opinio/

¶ Ad motiua aliarū opinionum pro quanto sunt contra me. ¶ Ad primū prime opinionis dico bene q̄ existens in originali vel actuali mortali aliquādo tenetur penitere ⁊ sic gratiam recipere sed nō semper vel ad semp: ⁊ ideo potest cauere a peccato alio incurrendo aliquo tēpore saltē breui nisi contingeret statim casus mortis in quo oporteret eū penitere sed nō omni tēpore vite sue potest vitare nouum peccatum sine gratia vt dictum est supra. ¶ Ad scdm dico q̄ multa precepta ⁊ aliquo tēpore possunt impleri sine gratia gratuz faciente sufficienter ad vitandū mortale peccatum sed nō omnia ⁊ in omni tēpore vt dictū supra. Unde nec omnes actus existētium in peccato mortali sunt peccata. ¶ Ad apostolum ⁊ Augustinū dico q̄ omne qđ non est ex fide sed potius ex infidelitate peccatū est: ⁊ sic itelligi. A postolus. Augustinus etiā quādo dixit q̄ qui fidē non habet omnis eius actio peccatū est. Dico q̄ verum est de actione proueniente ex infidelitate sicut adorare simulachrum iurare p falsos deos ⁊ talia vel forte accipit ibi peccatū. Augustinus pro defectu rectitudinis meritorie nō autem pro demerito vel vicio demeritii: et sic potest exponi.

Ad motiua prime opi.

Ad motiua scde opinionis

¶ Ad primum secunde opinionis qđ est exemplū de naui perforata. Dico q̄ exemplum nō cogit ad ponēdum illam cōclusionem. Nā sicut dictum est supra nō sic occurrunt simul tēptationes sicut foramina nauis. ¶ Ad aliud quando probāt q̄ possit vitare quodlibet peccatū in particulari sine gratia vel nō habēdo vel non consequēdo. Dico q̄ non possunt pro toto tēpore vite sue sicut dictuz est supra. ¶ Quādo dicit q̄ immo quia per liberalitatem libere potest non cōsentire cuilibet peccato. Dico q̄ hoc nō est propter defectum liberi arbitrij sed propter obligationem diuini precepti. Est ergo deuenire ad punctum quo iste tenetur ex precepto diuino penitere ⁊ absolute loquendo penitere potest: ⁊ sic nō incurrere nouum peccatum vel diligere deum caritatiue sed nō penitet ipsummet liberū arbitrium. hoc supposito peccat: q̄z ad hoc tenebatur de necessitate precepti. s. ad penitere ⁊ ad gratiaz oblatam recipere. ¶ Ad aliud q̄ non potest omnia vitare in cōmuni. Dico q̄ auctoritas Gregorij ad hoc nō cogit. Diceretur enim q̄ non plus vult dicere nisi q̄ ille qui est in pctō mortali aliquo modo est dispositus ad hoc: vt inducat in aliud pctm̄ non q̄ non possit vitare nouum pctm̄ saltē aliquo tempore. Nec mor oportet ipsum alio pctō nouo peccare sicut videt auctoritas sonare.

Ad tertiaz opi.

¶ Ad primū tertie opinionis gratia cōclusionis bene concedo q̄ aliquo tempore posset adultus sine gratia vitare peccatū. Alioquin teneretur cōfiteri sicut dicitur in illo argumēto de quolibet instāti vel de tot peccatis mortalib⁹ quot sibi occurrerent in illis instantibus in quibus penitere: ⁊ sic peccata illarum tēptationum vitare quod non fecit. ¶ Ad aliud pro alia parte q̄ nō omni tēpore potest vitare ⁊ semper. Dico q̄ ratio non valet: quia nunq̄ ex pluribus venialibus vel habitu generato ex ipsis potest necessitari aliquis nec efficaciter inclinari ad mortale. Sed hoc dicere puto q̄ non sit sanū sicut dictū est in primo. Nec est peccatum mortale omne qđ aliquis facit ex habitu ⁊ facilitter non persuasus ab aliquo. Locēdo autem q̄tum ad hoc rationes Magistri vel auctoritates et nō video quomodo ad plus cogant. Prima enim Magistri que dicit q̄ peccator a concupiscētia premitur ⁊ habet infirmitatē in malo ⁊c. Intelligit q̄ peccator ad peccādum amplius disponitur ⁊ tādē peccat nisi peniteat ⁊ manēs peccator ⁊ impenitēs non potest nō peccare nouo peccato ⁊ dānabiliter. ¶ Ad secūdam auctoritatem eiusdem dico q̄ per liberum arbitrium bonum eligitur gratia deficiente: q̄z stare nō potest gratia cū malo culpe mortalis vllo modo. Sed hoc nichil ad ꝓpositū. Nō em̄ concludit hoc quin aliquo mō et p aliquo tpe sine gra possit nouū pctm̄ vitari. ¶ Ad auctoritatē Augustini dico q̄ volūtas hoīs sine caritate nō est libera ad bonū meritoriū de cōdigno: imo nec ad vitādū pctm̄ pro toto tpe eo mō quo dictū est supra: sz q̄n pro aliquo tēpore non vult dicere Augustinus.

Soluntur motiua quarte opi.

¶ Ad primum quarte opinionis dico q̄ homo ꝥexistens in peccato mortali non potest sufficienter adimplere preceptum de penitēdo pro q̄to tenetur penitere nec de diligere deum ex caritate. Et ita non potest semper vitare nouuz peccatum mortale. Tu dicis q̄ immo: quia q̄tumcunq̄ existens in peccato tenetur implere precepta ergo potest. Dico q̄ ista peccatorem teneri adimplere precepta potest itelligi. Uno mō in sensu composito sic q̄ peccator manēs teneatur ad implēduz omnia precepta. Ita q̄ simul sit in eo pctm̄ mortale ⁊ adimpletio precepti ⁊ sic dico q̄ est falsa q: hoc ē impossibile. Nullus autem teneturad impossibile. Alio mō in sensu diuiso ⁊ sic peccator nūc existēs tenetur vt aliqn̄ impleat precepta precipue de illis duobus: sed nō manēs in pctō. Sed ex hoc sequit q̄ tenetur ad nō esse in peccato ⁊ habere gratiaz q̄ est dispositiue in sua ptāte ⁊ sic est vera ⁊ tūc nōvalet ad ꝓpositum ipōrz sicut patet q: peccat nouo pctō si manet in peccato priori ⁊ nō impleat illa precepta pro qn̄ tenetur implere. ¶ Ad auctoritatem Hieronimi. Dico q̄ semp absolute loqndo in ptāte hominis est peccare vel non peccare nouo peccato Sed hoc posito q̄ qn̄ tenetur penitere ꝺ priori peccato ⁊ diuinam gratiā recipere vel deum ex caritate diligere q̄ maneat in priori peccato. Dico q̄ nō est in potestate sua q̄ nouū peccatum incurrat: sed hoc supposito incurrit necessario nouum peccatuz.

Ad motiua quīte opi.

¶ Ad dicta quinte opinionis patet ex predictis q̄ parum valet ad ꝓpositum. Potest enim deliberare tempore opportuno deliberationis occurrente ⁊ sic pctm̄ nouum vitare saltez pro aliquo tempore: dato q̄ maneat ī peccato priori. Sic de secundo articulo.

Opō dr bonū dupliciter.

¶ Quantum ad tertiuz articulum. Utrum scilicet homo p liberum arbitrium sine gratia gratum faciēte que est habitus creatus in aīa possit proficere in bono siue pro statu innocētie siue p statu pñti. ¶ Expedio me breuī q̄ bonum duplex est q̄tum ad ꝓpositum. Opus em̄ dicitur opus bonum ex genere factū cum debitis circunstantijs ēm dictamē recte rationis ⁊ sic dico q̄ homo per liberū arbitrium siue gratia ī vtroq̄ statu proficere potest vel potuit saltem pro tempore quo potest vel potuit pctō resistere: quia in vtroq̄ statu stante generali influentia nō posita tali gratia hz vel hre potuit talia principia que sufficerēt ad hoc opus. ¶ Alio modo dicitur opus bonū qđ est meritoriū vite eterne assequēdo in retributionem talis operis ⁊ sic dico q̄ nec angelus nec hō in statu innocētie nec ī pñti statu proficere potest vel potuit in bono sine gratia habituali gratum faciēte que est eadem cū caritate ēm me. Non q: gratia talis sit necessaria ad merendum etiam de cōdigno ex natura rei sed tantū ex ordinatiōe diuīa sicut dictum est in primo. ¶ Ex supradictis apparet q̄ error pelagij fuit multiplex q̄ ⁊ sine gratia pōt pctm̄ vitari ⁊ omne pctm̄ ⁊ cū etiā pōt alius mereri vitā eternam ⁊ ex puris naturalibus. Alioqn neutrum esset in sua potestate vt dicebat. Et fuit deceptus: quia vtrūq̄ est in sua potestate sicut et gratia sicut disponere se ad ipsam statim ꝓsdam ab amico hominis qui est deus qui nunq̄ defficit suffienter dispositis Et hec de tertio articulo.

Errores pelagij.

¶ Ad primum principale qn̄ dicis si sine gratia nō potest vitare peccatum ergo peccare nō potest. Dico q̄ nulla gratia ē q: potest penitere de pctō priori ⁊ sic cōsequi gratiam a deo ⁊ vitare omne aliud pctm̄ ⁊ per ꝓsequēs si nō vitat peccat ⁊ quia sine gratia existens pōt nō vitare sicut ⁊ nō recipe gratiā. Dico q̄ pōt peccare. Et ita patet q̄ auctoritas Augustini nō valz pro pelagio Nullus peccat in eo quod vitare nō potest. Verūz est simpliciter ⁊ absolute loquēdo. Si tamen inductus in necessitatem a seipso pro tūc vitare nō pōt bene peccat in eo. Per idē ad scdm. ¶ Ad tertiuz dico q̄ mutare voluntatē nostrā dispositiue ad gratiam est in potestate nostra ⁊ per ꝓns resistere malo ⁊ in bono proficere sicut arbor bona. ¶ Ad quartum dico q̄ liberū arbitriū est potestas seruādi rectitudinem iam habitā in quolibet actu sed nō valet de rectitudine iam predicta. Nisi em̄ recuperet rectitudinem gratie nō potest homo seruare rectitudinem vel esse rectus in quolibet actu ⁊ p omni tempore sicut dictum est supra. ¶ Ad vltimuz dico q̄ nō possunt sine gratia adimpleri omnia precepta legis sicut dictum est supra. Quādo dicit apostolus ad Rō. Qz gentes que legē nō habent. ⁊c. Dico q̄ loquitur de gētibus que aliaz legē nō habeāt nisi naturalem ⁊ ipam faciebāt nec erāt astricti ad legem aliū que erat lex scripta iudeoz tamē sine gratia nō implebant omnia precepta legis immo habebant gratiaz de quibus fuerunt Jacob ⁊ Lozelius ⁊ multi alij.

Liberuz arbitriū.

¶ Distin. Vigesimequarte. Nō scda.

Secundo quero.

Utrum portio superior ⁊ inferior in creatura rōnali vel intellectuali sint distincte potentie ab invicem. ¶ Videtur q̄ sic qz potentie distinguuntur per actus / ⁊ actus per obiecta. Sed portio superior ⁊ inferior versantur circa diuersa obiecta: qz vna scilicet superior circa eterna ⁊ superiora vel necessaria. Alia vero scilicz inferior circa agibilia ista iferiora ēm Augustinū duodecimo de trinitate. ergo ⁊c. Phūs. ¶ Secūdo sic. rōcinatiuū ⁊ scientificū sunt diuerse potentie vel ꝓncipia in aīa vel diuerse partes ēm philosophū sexto ethicorum ⁊ rōnem ponit ibi qz necessariū quod pertinet ad scientificū ⁊ contingens vel agibile qđ respicit ratiocinationem sunt, diuersa genere. Sed ēm Magistrum ⁊ Augustinū. Idem habet p obiecto scientificū ⁊ portio superior. Portio em̄ superior respicit necessaria ⁊ eterna. Portio vero inferior respicit agibilia ⁊ ptingentia ⁊ sic habet idē obiectum cū ratiocinatiuo ergo sunt diuerse potētie. ¶ Tertio sic. Potentia regulās ⁊ superior nō est eadem cum potentia regulata ⁊ inferiori vt videtur quia cum ista nō oporteat distīgui in anima ēm subiectum distinguntur saltē ēm maiorem vel minorem perfectionē vel nobilitatem. Sed portio superior planum est q̄ est regulans inferiorē. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Istud in quo ꝓsistit imago trinitatis in aīa est alia potentia ⁊ pars aīe ab illo in quo non cōsistit imago trinitatis. Sed in portione superiori cōsistit imago trinitatis ⁊ nō in inferiori ēm Augustinum. 12. de trinitate. ergo ⁊c.

¶ Contra per Magistrum in littera. Et per Augustinum qui ponūt q̄ non sunt distincte vel diuerse potētie. Sed tm̄ hnt distincta vel diuersa officia circa distincta obiecta.

¶ In ista questione sic proce/

dam. ¶ Primo inquirā. Utrū portio supior ⁊ inferior ab inuicē distinguātur sicut distincte potētie. ¶ Secūdo. Utrū in portione supiori vel inferiori intellectus agens ⁊ possibilis sicut diuerse potētie distinguātur. ¶ Tertio. Utrū intellect⁹ ⁊ volūtas sicut diuerse potētie distinguant. ¶ Quarto Utrum ꝯcupiscibile ⁊ irascibile in appetitu puta in voluntate sint diuerse po⁹. ¶ Ultio ad rōes.

An superior portio et inferior distinguantur. ꝛc.

¶ Quantum ad primū articulus.

Licet vt dicetur in sequētibus articulis portio supior includat plures potētias ⁊ similiter portio inferior. Tamē dicitur cōiter ⁊ tenetur ꝙ non sunt diuerse potētie adinuicem cōparate. Licꝫ eñ portio superior ⁊ inferior cōtineāt intellectū ⁊ voluntatem que sunt diuerse potentie tamē eadem est potentia intellectiua pertinēs ad superiorem portionem ⁊ inferiorem. Similiter eadē volūtas hinc ⁊ inde. Et ita portio superior easdē dicit potētias sicut inferior ⁊ etiā ecōuerso nec distingūtur ab inuicem sicut diuerse potētie. Ad hoc predicanduꝫ adduco aliquas rōnes. ¶ Prima est ista. Ad eandem potentiam ꝙ se pertinet cognoscere principiū ⁊ cōtinuationē. Cuius rō est qꝛ potētia cognoscēs scientifice ꝯclusionē cognoscit eam seq̄ ex primo ⁊ deducit eam ex principio. Sed portio inferior cognoscit inferiorē ⁊ agibiles ex regulis eternis ꝛm Augustinū. 12. de trinitate. tanꝯ ex principio vel principijs/ ergo portio inferior cognoscit regulas eternas tanꝯ principia agibilium vel operabiliuꝫ Sed omnis potētia cognoscēs regulas eternas est portio superior ꝛm Augustinū ibidē igitur eadē est potentia intellectiua pertinēs ad vtrāq; ⁊ pari ratione eadem est volūtas pertinens ad vtramq;

¶ Secūda rō est ista. Nam intelligētia portionis superioris ⁊ inferioris possunt simul ⁊ semel habere vnum ⁊ eundem actū. Sed hoc nō esset si essent distincte potētie ⁊ diuerse. ergo ꝛc. Probatio maioris qꝛ actus visionis vel fruitionis beatifice nō est nisi vnus in eodē ⁊ eiusdem rōnis. Sed actus beatificus nō est solum in intelligentia portionis superioris sed etiam inferioris qꝛ vtraq; est beatificabilis. Quis eñ potētia intellectiua q̄ potest intelligere est beatificabilis ⁊ erit beata vel damnata. Et planū est ꝙ intelligētia inferioris non erit dānata stante visione in intelligētia superioris portionis. ergo ꝛc. Et simil⁹ pōt argui de fruitōe ⁊ volūtate.

¶ Tertia ratio est ista. In voluntate portionis superioris ⁊ inferioris est vnica tm̄ nūero caritas qꝛ suppono ꝙ in vno beato ⁊ iusto nō est nisi vnus habitus caritatis ⁊ idem numero. Ita ꝙ eadē est numero caritas in voluntate superioris portionis ad deum ⁊ eadem ad primum in voluntate portiōis inferioris. Sed hoc non esset nisi essent eadem potentia qꝛ in distinctis ⁊ diuersis potētijs nō est idē numero habitus sicut nec vnus ⁊ idem nūero act⁹ ergo ꝛc. ¶ Quarta rō est ista. Non magis distinguntur intelligētia superioris portiōis ⁊ inferioris ꝫ intellectus practicus ⁊ speculatiu⁹ vt videt. Sed intellectus practicus speculatiuus sunt eadē potētia sicut dictuꝫ est in prologo primi in illa qōne Utr̄ theologia sit practica vel speculatiua. ꝫ ꝛc.

Cōclusio auctoris

¶ Dico ergo ꝙ portio iferior ⁊ superior licet includāt diuersas potentias tamē eedem potētie numero in vtraq; iclu-

duntur. Ita ꝙ eadem est potentia intellectiua pertinens ad vtrāq; ⁊ eadē volitiua numero pertinēs ad vtrāq; ⁊ ratio etiā ptinēs ad vtrāq; aliquādo ē speculatiua aliq̄ est practica. Ita ꝙ distinguūtur penes officia circa diuersa obiecta. Una circa necessaria ⁊ eterna ⁊ alia circa temporalia ⁊ agibilia eadez tī potentia circa vtraq;. hoc de p⁹ articulo.

¶ Quantum ad secūdum articulum

Inquirendū est. Utrum intellectiua potētia ꝫtum ad totum qđ includit fcs intellectum possibilem ⁊ agentē sit distincta potentia a voluntate ⁊ ecōuerso. Et tenēt omnes absq; vllo dubio ꝙ sic. Et probatur pmo de intellectu possibili ꝙ distinguatur a voluntate. Scōo de itellectu agente. Tertio de vtroq; simul. ¶ Primo sic. Potētia cognitiua ⁊ nō cognitiua sed appetitiua sunt diuerse et alterius rōnis qꝛ nec cognitiua appetere pōt nec appetitiua cognoscere. Sed intellectus possibilis ⁊ volūtas sunt huiusmodi vt pz. ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic. Potētia qua est omnia fieri intelligibiliter est alia a voluntate: qꝛ voluntati nō conuenit hoc. Sed intellectus est huiusmodi. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Ille potentie sunt alterius rationis que nō pñt perfici per habitū eiusdem rōnis. Sed intellectus ⁊ voluntas nunꝯ pñt perfici ꝙ habitū eiusdem rationis. ergo ꝛc. Minor patet discurrendo per oēs habitus siue sint theologici siue naturaliter adquisitiue infusi..

ꝙ intellectus possibilis distinguit a volūte.

¶ Secūdo idem probo de intellectu agēte respectu voluntatis

potentia nō habens aliquē actum elictuꝫ imanentē sibi nō ē eadē cum potentia hñte actum elicitum sibi imanentem ⁊ operationem. Sed intellectus agens nō habz operationem aliquam sibi imanentē qꝛ illa nec est abstrahere nec intelligere. Non eñ est intellectio in ipo formaliter sed in itellectu possibili' ergo nec in ipso est species abstracta sed in intellectu possibili. ergo ꝛc. ¶ Scōo sic. Non minus distinguitur itellectus agens a voluntate ꝙ sensus agens si poneretur ꝛm Cōmētatorem ab appetitu sensitiuo. Sz planū est ꝙ essent distincte potētie. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Potentia nō habitualis per aliquem habitum est altera simpliciter a potētia habituali ꝙ habitum. Sed intellectus agens nō est habitualis ꝙ aliquem habitum vt patet. Voluntas aūt habitualis est. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Licet potētie que habēt idē obiectum primū possint esse diuerse simpliciter tamen potentie que hñt diuersa obiecta pma simpliciter nō pñt esse eadem potentia vt videtur. Sed voluntas ⁊ intellectus agens sunt huiusmodi: qꝛ itellectus agēs habet pro obiecto adequato vel ipsuꝫ fantasma vel speciem quam efficit vel actū intelligendi ⁊ hoc cōiunctim vel diuisim. Voluntas aūt nullo mō habet aliquod istorum pro obiecto adquato nec ista ꝯiunctim ergo. Patet quia nulla alia potest velle. ergo ꝛc. ¶ Alia ratio. Potentia qua est omnia facere in actu intelligibili est alia a voluntate. Sz intellect⁹ agens ē huiusmōi.

De intellectu agente.

ꝙ itellect. agens ⁊ poss. a volūtate distinguūt.

¶ Probo scōo

De vtroq; simul scilicet de intellectu agēte ⁊ possibili ꝙ vteraq; distinguitur a voluntate in genere potentie. ¶ Et hoc pbo. primo sic. Potētia nō ē libera per essentiā ⁊ ex sua rōne est simpliciter alia

potentia ab ipsa voluntate. Plana est ista. sed neuter intellectus est liber. Voluntas est libera primo ⁊ eētialiter. Quod pbo modo vna probatione ꝙ Aristotelem. 9. metaphi. Ubi dicit expresse ꝙ potentia intellectiua nō potest se determinare ad alterum oppositoū ⁊ iō necessario requiritur prohoresis ⁊ appetitus determinās sicut ipse dicit ibidē ⁊ cōmētator suus dicit ꝙ apppetitus vere est dñs qꝛ determinās ⁊ ibidem dicit ꝙ si intellectus determinaret se qua ratiōe ad vnū eadem rōne ad oppositum. Sed planum est ꝙ si esset liber posset determinare ad alterum. Hec oporteret ꝙ ad ambo determinaret se ergo cū eque naturaliter ⁊ pari necessitate agat intellectus agens sicut ⁊ intellect⁹ possibilis neuter est liber sed sola voluntas. ergo ꝛc.

9. meta.

¶ Secūdo sic. Illa potētia cui⁹ oīs actus naturalis presupponit actum alīū dependentē ab alijs potentijs est alia necessario ab illis vt patet de se. Sz volūtas in omni actu suo naturali p̄supponit actū aliquem dependētem ab hijs duobus. scilz intellectu agente ⁊ possibili qꝛ intellectionē aliquam presupponit que dependet per se ab vtroq; sicut proba ui alias. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Potentie priores ordine generationis sunt alie a potētia posteriore ꝛm eundem ordinem. Sed intellectus vteraq; ē posteriꝰ generatiōe respectu voluntatis. ergo ꝛc. Alia rō quia nō sunt eiusdē generis primi intellectiua que cunq; ⁊ volitiua. quare ꝛc. ¶ Sic igitur dico ꝙ intellectus quicūq; a voluntate distinguitur sicut potentia alterius rationis. Hec de secūdo articulo.

ꝯclusio.

¶ Quantum ad tertiuꝫ articulum

An itellectus et volūtas distin.

de intellectu agente ⁊ possibili videtur esse dicendū ꝛm intentionē Aristotelis ꝙ sint distincte potētie ⁊ alterius rōnis. ¶ Prima rō est ista. Eadem potētia nō ē simplr nobilior seipsa. Sed itellectus agens est simpliciter nobilior intellectu possibili ꝛm ipm in tertio de aīa qꝛ agens est prestantiꝰ patiente ergo nō sunt eadē potētia sed due alteriꝰ ⁊ alterius rationis. ¶ Secūda ratio est ista. Potentia reductiua alterius ad actū primū ⁊ eētialē de potētia eētiali non est eadē sibi. Patet. 8. phisicorum. Nihil eñ reducit speciem de potētia eētiali ad actū. Sed intellectus agēs reducit possibilem de potentia eētiali ad actuꝫ intellectiuitatis qꝛ cāt in ipso spēm intelligibilem ꝙ quā intellectus possibilis est actu intellectiuꝰ ꝛm aliquos. ergo ꝛc.

¶ Tertia ratio est ista. Sicut argutuꝫ est supra qꝛ potētia que in actu suo naturali presupponit actionem naturalem alterius nō potest esse eadem potētia illi qꝛ nulla potētia i omni actu suo p̄supponit actionem ꝓpriā. Tunc eñ esset processus in infinitum vt videtur. Sed intellectus possibilis ꝛm Aristotelem in omni actu suo intelligēdi naturali presupponit actionem itellectus agētis qꝛ abstractionem a fantasmatibus. ergo ꝛc. ¶ Item qꝛ agens non habet aliquem actum imanentem sicut possibilis. Quicqd sit de ꝯclusiōe qꝛ dubia est ⁊ aliqui dicunt huic inde tñ cōiter tenetur ista conclusio.

ꝙ p̄cedē. rōnes nō ꝯcludūt

¶ Videtur mihi

ꝙ rationes nō demōstrāt licet nescirē adducere meliores. ¶ Qz aūt nō ꝯcludāt Do viā cogitandi qui a pīpas equaliter concluderetur ꝙ voluntas vt actiua ⁊ passiua sunt due potētie alteriꝰ rationis cuius oppositum dicam infra.

¶ Videtur ergo

aliquibus ꝙ nō est alia necessitas ponenda inter potentias ab intellectu agēte: sed eadem potētia vt actiua siue ad speciem siue ad intellectionē pōt dici intellectus agens. Sed vt receptiua ⁊ passiua potest dici intellectus possibilis. ¶ Hec obstat ꝙ intellectus agens cāt speciem reducēdo ipm possibilem de potentia eētiali ad actum primū sicut nec de voluntate obstat q̄n sit vnica potentia dato ꝙ reducat se ipam de potentia essentiali ad habitum moralem ad actum primū cāndo in se talem habitū ad quem voluntas erit primo in potētia essentiali ⁊ etiaz intellectus possibilis seipm ad habitum scientiales.

alia opi.

Cōmen.

¶ Hec etiam obstat qđ arguitur qꝛ Cōmentator dicit tertio de aīa ꝙ si quiditates reruz essent actu intelligibiles ⁊ abstracte sicut posuit Plato nō indigeremus intellecto agente. Sed si esset eadē potentia cum intellectu possibili indigeremus adhuc ipso. igitur ꝛc. ¶ Similiter etiam si intellectus inquātum passiuus diceretur possibilis ⁊ inquātum agens diceretur actiuus pari ratiōe in volūtate deberet poni volūtas agens ⁊ possibilis. Sed hoc est inconueniēs. quare ꝛc. ¶ Diceretur enim ad primum ꝙ Cōmētator vel potest exponi vel ipse dicit falsuꝫ. Potest exponi: qꝛ tunc nō indigerem⁹ intellecto agente sicut abstrahētes: sed bene sicut eliciente vel causante actū intelligēdi. ¶ Aliter pōt dici ꝙ Cōmentator dicit falsum: qꝛ dato ꝙ sic ēnt quiditates separate sicut posuit Plato adhuc non intelligerēmur a nobis nisi recurrēdo ad fantasma ⁊ abstrahēdo sicut nec alia naturalia aliter intelligimus modo vt patet.

Ad commenta.

¶ Qz igitur

pauciora ponēda sunt ⁊ nō plura sine necessitate nō video qūo possit efficaciter altera pars conclusionis ostendi ⁊ nescio breuiter si sunt due potētie alteriꝰ rationis. ¶ Tamē ad argumentū quod fiebat de voluntate agente ⁊ possibili: diceretur ꝙ nō oportet ponere voluntatem agētem ⁊ possibilem qꝛ intellectus agēs sic denoīatur non inquantū agit ad actum intelligēdi: sed ꝛm ꝙ agit ad speciem actui preuiam. In voluntate aūt nō est sic: qꝛ volūtas licet sit actiua ad actum nō tamē ad aliqđ actui preuium qꝛ in voluntate nihil p̄cedit actū simpliciter.

¶ Similiter etiā diceretur ꝙ nō esset magnū inconueniēs ponere isto mō voluntatē agentē ⁊ possibilem id ē actiuam ⁊ passiuam: qꝛ actiuam ⁊ passiuā oportet eam ponere sicut pbabo in sequēti questione. ¶ Quecūq; ꝫ teneatur dici p̄t intellect⁹ agēs pertinere ad imaginē in rōne parētis ⁊ gignentis verbum seu actualem intelligētiam ⁊ ad memoriā pertinet ⁊ nō potest dicere aliquaz potentiam nisi intellectum possibilem vel agētem vel vtrūq;. Et quecūq; ergo teneatur dicatur consequenter. Hec de secundo articulo.

¶ Quantum ad quartum articulū.

Ocupiscibile et irascibile an distinguāf ꝛ. opi.

Est vna opinio cuiusdā doctoris parte prima questiōe. 82. arti. vltio ꝙ cōcupiscibile ⁊ irascibile nō distinguūt involūtate sicut diuerse potētie Qz etiā voluntas nō distinguitur in ista duo sicut in diuersas potētias qꝛ potentia que ordinatur ad aliquod obiectū ꝛm cōem rōnem nō diuersificatur in se per differentias formales illius obiecti cōtē

tas sub ipo. Patet de visu respectu coloris que est vna potentia respectu oim colorū q̄ visus non respicit album inq̄tum album nec nigrum inq̄tū nigrum sed inquātum sunt colores. Appetitus autē intellectiuus vel volūtas respicit bonum sub rōne cōi ⁊ in cōi ⁊ in ipa nō diuersificantur q̄ irascibile ⁊ cōcupiscibile sicut ex parte appetitus sensitiui qui respicit bonum sub ratione particulari. Puta bonum vt nunc. Nam concupiscibile respicit bonum inquantum delectabile sed irascibile respicit bonū ꝫm q̄ ē repulsiuū ei⁹ q̄ infert nocumētū. ⁊c.

Impugnat precedētem opi.

¶ Contra istaz opinionē arguo tripliciter vel quadrupliciter. ¶ Primo q̄ patrōe sequtur q̄ appetit⁹ intellectiu⁹ ⁊ sensitiu⁹ nō ēnt distincte potētie. Probatio appetit⁹ intellectiuus respicit bonus simpliciter. i. sub cōi ratione ⁊ vniuersali q̄ nō potest dici q̄ bonum simpliciter tantum prout distinguitur cōtra apparens. Patz de se. Sed sub ratione boni simpliciter continetur bonum vt nunc ⁊ ipm respicit appetitus intellectiuus alias nunq̄ prosequeret ipm in electione que est circa particulare: ergo sunt eadem potentia: q̄ non plus videtur diuersificare pontentia duo obiecta quoꝝ vnum ꝓtinetur sub alio q̄ duo disparata quoꝝm neutrū sub altero sed ambo sub tertio quare ⁊c. solueretur satisfaciliter. ¶ Secūdo sic ꝙ istā rationē requitur oppositus dicti sui de irascibili ⁊ cōcupiscibili in appetitu sensitiuo ꝓbabo q̄ appetitus sensitiuus respicit ꝫm te prō primo ꝙ se obiecto ⁊ adequato bonū vt nūc. Sed bonū delectabile ⁊ bonum amotiuum impertinenti cōtinētur sub bono vt nunc sicut albū ⁊ nigrum sub colore in cōmuni. ergo appetitus sensitiuus nō diuersificatur ꝫm illa. ¶ Tertio sic. In illud idem bonum ī quo mouetur ꝺcupiscibilis vt in eo delectetur ⁊ quiescat in idem vel ad idez mouetur irascibilis vt ipm tueatur ⁊ defendat: ergo idem est obiectū vtriusq̄ ⁊ nō distingūtur sicut dicis. Ratio eius videt supponere ⁊ supponit q̄ potentie nō distinguātur nisi ꝫm rationes formales obiectoꝝm q̄ prō tanto in voluntate nō distingūtur irascibile ⁊ cōcupiscibile q̄ habēt idem obiectum volūtatis in cōi quod est bonum simpliciter. Sed ista suppositio est simpliciter falsa. Nā in potētijs illimitatis cuiusmodi sunt intellectus ⁊ voluntas q̄ nō arctantur ad certū genus entis obiectiue oportet necessario q̄ sit ambarum idem obiectum ꝫm eandem formalem rationē Alioquin nūq̄ per se ⁊ directe voluntas posset in omnē intellectū. Sed solum in bonum vel rōnē boni ⁊ per accidēs tm̄ in omnem aliā rōnem ⁊ tūc nō plus vellet alia ꝫm ꝓprias ratiōes q̄ visus videat dulce videndo album qđ nihil est dictu. Puto etiā sicut ꝓbaui in primo de eodem obiecto sub eadem ratione formali possunt haberi in eadē potentia distincti actus ⁊ habitus specie sicut actus intuitiu⁹ ⁊ abstractiuus ⁊ habitus practicus ⁊ speculatiu⁹ ergo circa idē obiectum formale adequatū pōt versari ⁊ esse diuerse potentie. Puto etiā si rō concluderet esset, cōtra ipm de appetitu sensitiuo q̄ non deberet distingui in irascibilem ⁊ cōcupiscibilem sicut nec intellectus.

Ad rōes hceden. opi.

¶ Ad formam ergo rōnis dico ad maiorem q̄ qñ aliqua potētia respicit aliquod cōe obiectum sibi adequatum non variatur infra se ꝫm differentias talis obiecti licz aliunde possit specifice variari sicut visus nō diuersificatur specie ꝫm differentias colorum licet forte diuersificetur ꝫm species videntium. ¶ Ad maiorem dico q̄ appetitus sensitiuus respicit bonuz vt nunc vel sensibile in cōi sicut appetitus itellectiu⁹ bonum simpliciter ⁊ absolute in cōi. Et tunc dico q̄ sicut ꝫm te appetitus intellectiuus nō variatur ꝫm speciem per irascibile ⁊ cōcupiscibile ꝫm ꝺras boni simpliciter: ⁊ ita est ꝫm rei veritatem. Ita nec appetitus sensitiuus infra se ꝫm speciem variatur ꝫm differētias boni vt nūc sed maneret indistinct⁹ in ratiōe potētie sicut ⁊ ille. Nec in ipso distinguntur irascibile ⁊ concupiscibile ex ista ratione sicut nec in intellectiuo tamē nō sequitur q̄ aliunde nō possit variari sed vt est fallatia ꝓsequētis.

Alia opinio.

¶ Dicit ergo alius doctoz q̄ vtroq̄ appetitu distinguntur irascibile ⁊ cōcupiscibile sed nō sicut diuerse potentie sz tantum ꝫm rationem. Nam eadem potētia inquantum tendit in bonū vt in eo delectetur ⁊ quiescat: dicitur ꝺcupiscibilis nō distinguēdo modo cōcupiscentiam ab amicitia q̄ ad ꝺcupiscibilem in appetitu intellectiuo potest ptinere vteroq̄ amor: sed eadem potentia vt tendēs in idem bonū vt ipm tueatur ⁊ defendat dicit irascibilis ⁊ potest dici q̄ vbiq̄ sunt eadem potētia in eodem q̄ vbiq̄ habēt eūdem modum tendendi in obiectum ⁊ hoc libere vel non libere. Appetitus aūt liber cuiusmodi est voluntas vbiq̄ est videtur esse vnus nūero ⁊ ita eiusdem rationis ⁊ libere tendere in quodcūq̄ obiectū ⁊ etiam appetitus sensitiuus in quocunq̄ videtur esse vnus nec apparet necessitas ponēdi plura vel plures vt videtur ⁊ hoc ad presens teneatur. Hec de quarto articulo.

¶ Ad primum principale dicis q̄ potentie distinguntur ex obiectis. Dico q̄ si sunt alique potentie q̄ habeāt diuersa obiecta simpliciter sibi adequata sic q̄ neutrū ꝓtineaī sub altero vel in altero nec ambo sub tertio illoꝝ obiectorum quod sequitur ex primo tales potentie distinguntur sicut est de sensibus particularibus adinuicem de quibus Aristoteles intēdit suam ꝓpositionem in secūdo de aīa ⁊ nō de alijs. Isto mō distinguntur visus ⁊ auditus ⁊ nō aliter. Non tamē opz etiam dato q̄ obiectum tale sit vnum q̄ potētia sit vna. Bene em̄ ad diuersitatem sequitur diuersitas sed nō ad vnitatem vnitas visus em̄ alīni ⁊ equi vt visio sunt alteri⁹ rationis q̄tūcunq̄ obiectū sit idē Ad ꝓpositus qñ dicis in minori q̄ portio superior ⁊ inferior habent diuersa obiecta talia. Falsuz est quia ambo cōtinētur sub vno per se obiecto vtriusq̄ potentie scz tam intellectus q̄ voluntatis: ⁊ ita dico q̄ sunt eadem potentia licz versentur circa diuersa obiecta non prima nec adequata ⁊ rationabile est hoc. Nam quāto potentia perfectior est ⁊ altior tanto potest in plura vt videtur manens vna. Unde dico q̄ portio superior ⁊ inferior non distinguntur per obiecta que arguāt diuersitatem potētiarum imo nec itellectus ⁊ voluntas. ¶ Ad secūdum de rōcinatiuo ⁊ scientifico per idez q̄ nō sunt diuerse potentie sed differunt ratione nisi forte ratiocinatiuum acciperet Aristoteles prō ratiōe particulari que non est potentia intellectiua sed aliqua sensitiua nō curo modo: vel aliter q̄ Aristoteles distinguit ista duo nō rōne potentiarū sed habituū circa talia vel talia obiecta. ¶ Ad tertium dico q̄ licet portio superior sit regula inferioris ratione obiecti sui que sunt regule eterne quibus regulātur ista inferiora agibilia nō tamen ꝓpter hoc est distincta potentia a seipsa sicut etiam intellect⁹ vt habens habitū principij si tamē sit ponēdus habitus respectu principij vel etiā vt habens actum ntelligendi ꝓncipij est regula sui intelligendi ꝓclusionem. Nec oportet ꝓpter hoc q̄ sint due potētie sed ad eandem potētiam pertinet cognoscere ꝓncipium ⁊ deducere ꝓclusionem ex principio vt patet Sic in ꝓposito. Nec sequeretur etiā si aliqñ versatur aliqua potētia circa obiectum superius vel nobilius ⁊ ꝫm hoc dicatur portio superior ⁊ aliquando circa minus nobile ⁊ ꝓpter hoc dicitur portio inferior q̄ sint diuerse potentie Eadē em̄ potētia potest hoc scilicet versari a liqñ circa obiectum nobilius vel innobili⁹. ¶ Ad quartū dico q̄ in vtraq̄ portione saluatur ymago trinitatis ꝫm tres potentias memoriaz intelligētiam ⁊ voluntatem sed prō tanto Augustinus reponit imaginē in portione superiore nō in inferiore q̄ ille tres potentie eo modo quo tres possunt dici magis repzesentant ⁊ perfectius trinitatem diuinarum potentiarum vt versantur circa obiecta eterna q̄ vt versantur circa temporalia ⁊ agibilia. Nec Augustinus negat ymaginem saluari in vtraq̄ licet reponat eā in portione superiore nō autem in inferiore. Aliud est autem hoc non dicere ⁊ aliud est negare sicut patet.

De distinctiōe potentionis superioris ab inferiori.

¶ Disti. vigesimequinte.
Questio prima.

¶ Circa istaz distinctionez Quero primo. Utrū voluntas sit causa effectiua p se sui actus meritorij. ¶ Videtur q̄ nō. Primo sic. Accidens per accidens nō egre dicitur a principijs sui subiecti quicq̄d sit de accidētibus per se. Sed actus volūtatis ē sibi accidēs per accidēs non per se alioquin semp inesset. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Tertio de aīa. dicitur q̄ tria sunt ordiata in mouēdo. Primū est appetibile quod est mouens nō motum. Secūdum est appetitus quod est mouens motum. Tertium est corpus aīalis quod est motuz non mouēs. Sed vniformiter accipit ibi Aristoteles mouēs prō mouente effectiue igitur sicut appetitus vel voluntas mouet effectiue sicut etiam mouetur effectiue ab appetibili vel obiecto non ergo a seipsa. ¶ Terti sic. Potentia de se indeterminata ⁊ indifferens siue indifferēter se habēs ad oppositā non pōt se facere sub altero illoz q̄ tunc posset se determinare. Indeterminatū aūt ex se seipm̄ determinare nō potest q̄ da q̄ determinet se tunc sequitur q̄ ex se est indeterminatum ⁊ determinatuz Sed voluntas est huiusmōi cum sit potentia rationalis ⁊ ad oppositā. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Posito actuo ⁊ passiuo sufficiēter approximatis sequitur actio. Si ergo voluntas sit actiua respectu sui actus cum ipsa sit passiua ⁊ sufficienter ista sint approximata imo magis semper erit in actu volendi quod est falsum. quare ⁊c.

Phūs tertio de anima.

¶ Contra Voluntas est potentia libera q̄ habet in potestate sua suū actū Sed si esset pure passiua respectu sui actus non haberet suum actum in potestate sua sicut nec in ptāte ligni est q̄ calefiat vel nō calefiat presente calefactiuo ergo ⁊c.

¶ In ista questione sic procedam. Primo ponam vnā opinionē de ista questiōe cum suis motiuis ⁊ modo dicēdi. ¶ Tertio arguā contra eam ostendendo fundamētum positionis et positionem esse falsam. ¶ Tertio respondebo aliter ad questionem ⁊ declarabo positionē. ¶ Quarto respondebo ad motiua aliorū. ¶ Et vltimo ad rationes principales.

An volūtas sit cā effect⁹ p se sui actus. ⁊c. Primus opi.

¶ Quantum ad primum est vna opinio q̄ voluntas nō potest esse causa per se effectiua ⁊ directe ⁊ immediate sui actus eliciti qui est velle sed ē pure passiua ⁊ receptiua respectu ei⁹ ¶ Ad hoc adducuntur alique ratiōes. Prima est ista ⁊ pncipalis. Si voluntas esset cā effectiua sui actus. Sequeretur q̄ esset mouēs ⁊ mota. Sz hoc est falsum ⁊ impossibile. ergo ⁊c. Probatur minor quia mouēs ⁊ motum necessario distincta sunt subiecto. Si enim nō sunt distincta subiecto sequeretur q̄ idem mouet seipm̄: sed ex hoc vlterius sequitur q̄ idem est in actu ⁊ in potentia respectu eiusdē respectu motus scz vel actus quod est ꝓtradictio sicut patet nono metaphi. Illud dicitur esse quod ē nō in potētia ⁊ ecōuerso de esse in potentia. quare ⁊c. ¶ Confirmatur ista q̄ potentia actiua est principium trāsmutādi aliud inquātum aliud ⁊ ita nō solum aliquid differens rōne sed etiam re ⁊ subiecto q̄ aliq̄d inquātum aliq̄d. 5°. ⁊ 9°. metaphisice Sed voluntas nō est alia a seipsa ergo nō est motiua suuipsius nec per ꝓns sui act⁹ effectiua ⁊ ista ꝓncipia metaphisicalia sicut dicūt ⁊ negare ista ⁊ tollere est negare ⁊ tollere metaphisicam ⁊ inquirēda in ipsa. ¶ Secūda ratio est ista. Si voluntas ē causa effectiua sui actus cū nō sit nisi appetitus rationalis. Aut hoc facit inquātum appetitus aut inquātum rationalis. Non inquātum appetitus q̄ tunc omnis appetitus moueret seipm̄ quod est falsum. Nec inquātum ratiōalis nisi p participationem ⁊ tunc magis potētia rationalis per essentiam: puta intellectus moueret seipm̄ ⁊ magis esset libera qđ est falsum q̄ intelligere nō est nisi quoddam pati. Ita q̄ rationale additū parti cognitiue non facit eam actiuam respectu sui actus. ergo similiter nec rationale additum parti appetitiue dat sibi talem actiuitatem. quare ⁊c. ¶ Tertia ratio ē ista. Causa efficiens equiuoca est simpliciter nobilior suo effectu nec potest habere effectū simpliciter nobiliorem ipa. Quod patet q̄ nō potest habere nobiliorem effectum effectu sibi adequato imo nec potest habere effectum sibi simpliciter adequatum. Nam in hoc videtur distingui a causa vniuoca que cum sit eiusdē ratiōis potest eē equalis effectui. Cā vero equiuoca cum sit alterius rationis ⁊ contineat effectum suuz ⁊ non solum ipm̄ sed etiam quēlibet eiusdem rationis est simpliciter excedens effectum suum ⁊ nobilior ipo. Sed hoc nō esset si voluntas effectiue actum suū quia tūc totuz compositum ex voluntate ⁊ volitione esset effectus voluntatis q̄

Intelligere est pati.

nō sit subiectū nec forma sz totū septimo metaphi. Sed istud totū nō potest dici innobilius sua volun
tate vt patet ꝫmo est nobilius. ergo ꝛc. ¶ Quarta Ratio est ista. Omnis causa effectiua equiuoca hꝫ virtualiter suū effectum. Si ergo voluntas potest causare actum suum sicut causa equiuoca sequitur ꝙ habet illum virtualiter. Tunc arguo. Impossi
bile est ꝙ aliquid idē sit tale virtualiter ꝛ formali
ter. Patet in exemplo de sole qui est virtualiter ca
lidus nō autez formaliter. Et per rōem qz impossi
bile est ꝙ aliqd habeat idem nobiliori mō ꝛ inobi
liori. Frustra eīm hoc ponerēt. Sed volūtas est vir
tualiter volēs ꝫm te ergo nō potest esse formaliter volens. Hoc ē impossibile ꝛ falsum ergo primum ¶ Quinta ratio est ista. Materia ꝛ eff.ciens non coincidūt secūdo phisicoꝝ. Sed materia vel subie
¶ Primo modo non oportet q sint diuerse: sed possunt esse omnino idem. ¶ Alio mõ oportet q sint alia z alia potentia sicut alius z alius respectus z sic vna est principium transmutandi aliud: non quantum ad fundamentum vel absolutum sed quãtum ad respectum: z sic nihil cõtra me. ¶ Aliter dicit vnus doctor q dato q potentia actiua esset principium transmutandi aliud quia tamen in parte volitiua non ẽ trãsmutatio proprie sicut nec in parte intellectiua. septimo phisicorum. non tangit ista auctoritas propositum de voluntate nec est contra predicta. ¶ Si dicas q ĩmo intelligit Aristoteles et in omnibus z non solum quantum ad respectus sed quãtum ad fundamenta intelligit alietatem potentie passiue ab actiua. Dico q si intendit istud ipse contradicit sibiipsi de actionibus immanẽtibus que sunt vere actiones sua principia actiua denominãtes z non denominant nisi potentias in quibus sunt formaliter z ita oportet q idem sit principium actiuum et passiuum licet respectus sint diuersi. Nec potest dicere q intelligere z velle sint actiones immanẽtes grãmaticaliter tantum z secũdum rationem: quia denominant receptiua per modum agentium: licz sint mere passiones ipsorum. Nam actio in quocũq̃ sit z cuiuscunq̃ sit passio z quicquid per modum agentis denominet quod est aliud ab agente tamẽ non potest tolli ab ea quin conuenienter possit denominare suum agens totale saltem. Quod patet non esse verum quia velle non potest denominare obiectum: quia obiectum per se non potest dici volens. Ex quo patet q obiectum non potest eẽ causa totalis effectiua ipsius. Sic ergo si Aristoteles intelligit sicut tu imponis sibi. Dico q ipse contradicit sibiipsi. Et pari ratione nego eum sicut

Ad 2am

ꝛ negarem Dato ꝙ centies dixisset hoc ꝛ ex intentione sicut potuisset dixisse. ¶ Ad Secundam rationem dico ꝙ voluntas mouet seipsam ꝛ est cā sui actus inquātū talis appetit⁹ liber ḣ̄s suū actū in sua potestate ꝛ hoc est quod Aristoteles intelligit per appetitum rationalem appetitum sic liberū q̄ in actu suo sequitur rationem vel natus est seq̄ nō quin possit aliquid eligere cōtra dictamen ratiōis sed quia ꝓsupponit in omni actu suo aliquem actū rationis ꝛ habet ex seipso libertatem ingenitā non ex intellectu. Nec est accipiendum ꝙ rationalitas sit eiusdem rationis in intellectu ꝛ voluntate sicut nec sunt potentie eiusdem rationis. Alioquin voluntas esset potentia cognitiua vel vltra appetitū in cōmuni nihil diceret nisi quādam denoīationez a rationalitate intellectus quorum vtrūq; patz eē falsum. Sed per ista duo circūloquutus est philosophus naturam voluntatis que talis est sicut ꝓdicitur. ¶ Ex quo patet ad ꝓbationes que oſtēdunt ꝙ nō inquātum rationalis nihil valent omnino sed procedunt ex falso fundamento vel intellectu ꝙ rationalitas vniuoce accipitur in voluntate sicut in intellectu. ¶ Aliter dicitur ꝙ sibi nō conuenit hoc ratione qua appetitus ī communi nec ratione qua rationalis sed ratione totius coniuncti: sicut aliqua passio ꝓuenit toti ꝑticto nō alicui parti vt risibilitas. Nō curo de hoc. ꝓma solutio magis valet. ¶ Ad tertiam dico primo ꝙ est contra

Ad 3am

eos quia si obiectuz vel fantasia est causa effectiua act⁹ volendi et totalis causa sicut dicunt seq̄tur ꝙ effectus sit simplicet nobilior sua causa totali equiuoca ꝙ totum compositum ex voluntate ꝛ volitione est aliquid simpliciter nobili⁹ q̄ fantasma imo non solum totū compositum quod est terminus qui sed etiam ipse actus volendi qui est terminus formalis quo est nobilior q̄ fantasma respondeāt ergo. ¶ Secūdo dico ꝙ argumentum in se nihil valet. ꝓbatio quia per istud argumentum ꝓbaretur ꝙ homo nō posset calefieri a sole vel ab igne ꝙ homo calidus istud totum compositum quod est effectus calefaciētis est aliquid simpliciter nobilius ipso sole vel igne. Similiter etiam in agentib⁹ vniuocis ꝓbaretur ꝙ homo calidus vel calefactus ab igne non eēt magis nobile ens q̄ ignis calefaciēs. Sed ꝙ ignis est eque nobilis per regulam de causa equiuoca ꝛ eius effectu. Et ideo dico ad istud argumentum ꝙ effectus cause totalis equiuoce vel ē per se vnus vel per accidens tantum sicut cōpositū ex subiecto ꝛ accidēte. ꝓmo modo ops ꝙ effectus cause totalis equoce ꝛ sicut termin⁹ quo ꝛ sicut termin⁹ qui sit simplr innobilior sua causa quando est vnum per se terminus qui puta totum cōpositum. Unde dico ꝙ causa equiuoca effectiua totalis alicuius ꝓositi substantialis est simpliciter nobilior ipso imo ꝛ similiter forma illi⁹ compositi. Si vero effectus tototalis nō sit vnus per se dico ꝙ nō ops ꝙ totum compositum vel constitutum quod est terminus qui sit simpliciter innobilius imo potest esse simpliciter nobilius: sed bene oportet ꝙ terminus formalis quo sit inobilius vel saltem non sit magis nobile. Modo ad propositum dico posito ꝙ voluntas esset causa totalis equiuoca actus volendi vel totius volentis ꝙ omnia ista stant: cōpositum enim volens est vnum per accidens ꝛ potest esse aliquid nobilius simpliciter q̄ voluntas sola quia includit plures perfectiones simpliciter. Sed voluntas ipsa non est minus nobilis q̄ terminus quo qui ē volitio ipa imo forte simpliciter nobilior quia est substantia ꝛ illud est accidens. Aliter ad minorem diceretur ꝙ voluntas nō est causa totalis actus volē di sed cum hoc concurrit obiectum sicut causa partialis. ¶ Sed ista solutio nō valet qz saltē volūtas ꝛ aliquod obiectū. ꝓputa quod non dicit perfectionem simpliciter ambo simul accepta adhuc nō eēnte tante perfectionis sicut totum compositum ex voluntate ꝛ volitione quorum vtrūq;. Dicit perfectionem simpliciter tamen bene minor est falsa que poneret viam istam sed illa falsitas nō valeret ad ꝓpositum. Sed de actionibus vniuocis quid est. Dico eodēmodo quasi ꝙ si terminus compositus est ꝑ se vnus videtur michi ꝙ non potest esse perfectior sua causa totali vniuoca: licet possit esse eque nobilis vel inobilior. Si autem sit vnus per accidens dico ꝙ potest esse aliquid nobilius q̄ sua causa sicut patet de homine calefacio ab igne Sed dico ꝙ terminus formalis non potest esse nobilior sed vel minus nobilis q̄ forma que est principium agendi in causa vel etiam causa ipsa vel est eque nobilis vl perfecta ꝛ non potest esse magis perfecta infra eandem rationem. ¶ Ad quartam rationem. Dico ꝙ Ad.4.

aliquid idem potest virtualiter ꝛ formaliter esse tale sicut patet exꝑesse de pipere vel vino calido formaliter que cum hoc sunt calida virtualiter ꝛ secūdum aliquos de aqua que est virtualiter frigida et formaliter. Et ꝙ virtualiter patet quia quando est calefacta reducit seipsaz ad frigiditatē. Non curo quia non capio bene aliquid quod latz in isto. ꝓma exempla magis patent. ¶ Ad exemplum de sole. Dico ꝙ exemplum est nullum. Non enim sol non potest esse formaliter calidus qz est virtualiter calidus: sed quia materiam non habet. Nec est aliquid tale compositum susceptiuuz caloris nec peregrine impꝛessionis. Unde non valet exemplum: ꝙ per ipsum ꝛ per talia exempla frequenter committitur fallatia secūdū non causaz vt causam. ¶ Ad confirmationez quando dicis ꝙ impossibile est habere aliquid idemnobilius ꝛ innobilius. Dico ꝙ non est verum in entibus limitatis et imperfectis nisi alia causa inueniatur q̄ maior nobilitas ꝛ minor. Tu dicis frustra esset habere innobilius. Dico ꝙ non frustra habere enim vtroq; modo idem. scilicet formaliter ꝛ virtualiter est nobilius quam altero non tantum. Sed in ente illimitato. Dico ꝙ aliquid eiusdem rationis non potest haberi nisi altero modo ꝓpter infinitatem eius: ꝛ modi habēdi qui non compatitur secum alium modum habendi respectu eiusdem. ¶ Ad quintam rationem dico ꝙ materia prima ꝛ efficiens alicuius compositi substantialis non coincidunt in idem numero nec specie ꝛ de materia que est in potentia substantiali ad formam substantialem. Sed dico ꝙ non tenet nec intelligit philosophus de subiecto alicuius accidentis quin possit coincidere in idem numero cū efficiente eius quia non solum est in potentia passiua respectu eius sicut materia respectu forme substantialis: sed cum hoc potest esse in potentia virtuali actiua. ¶ Ad sextam dico ꝙ Aristoteles nō dicit in secundo de anima ꝙ sensus si esset actu sensibilis vel actiuus sensationis semper sentiret seipsum: sed bene dicit ꝙ sentiret seipsum.

Ad.5.

Ad.6.

Adhuc enim oporteret aliquando dormire ꝛ sensum ligari et nihil sentire nec seipsum nec aliud. Et dato ꝙ illud diceret ꝙ non sequitur de voluntate ꝙ semper vellet seipsam quia libera est ꝛ non naturale agens de necessitate sed posset alia obiecta p̄sentata velle ꝛ seip̄am nō velle. Dato ꝙ semper etiam ꝓsentaretur sibi ipi vt obiectū per ipz intellectū qđ non est verū. Dicis semper esset saltē in potētia ꝓxia ad volendū circūscripto quocūq; alio obiecto ꝛ p̄ntatione eiusdem obiecti. Dico ꝙ si semp p̄sentaretur sibiꝑ in rōne obiecti per intellectum sicut ymaginatur argumētuz ꝙ semper esset in potentia ꝓxima ad volitionem sui sed nō ad volitionem aliozuz: sed oporteret adhuc alia obiecta ꝓsentari ꝛ hoc patz ꝓcipue ꝗm alios qui ponūt ꝙ licet voluntas sit causa effectiua sui actus nō tm totalis sed partialis ꝛ obiectū cū ipsa est per se causa partialis quod videtur tamē difficile in actu nolendi qui est respectu mali vt per se obiecti. Si vero ponerē ꝙ volūtas esset causa totalis tūc respōdetur ꝙ adhuc nō posset velle nisi obiectum ꝓsentatum per intellectum. ¶ Ad illud quod obicitur cōtra cām sine qua non ꝛ pari ratione diceretur de ligno quod cōburit seip̄m nō tm sine p̄ntia ignis vt cause sine qua nō. Dico ꝙ faciēte hoc argumentuz velit nolit oportet cōcedere sine quo nō quod tamē ꝗm esse nō est ꝑ se causa. Nam ꝗm ip̄m intellectio obiecti est sine qua nō respectu volitionis ꝛ tamen nō est causa ꝑ se volitionis in aliquo genere cause Fantasma eñ ꝓius natura causat intellectionem ꝙ volitionē ꝛ ita intellectio est sine qua nō est volitio ꝛ nō est per se causa qz hoc maxime videretur de causa effectiua qđ tm ꝗm te nō est verum qz ītellectio ꝛ ita dico ꝙ idem ipe affirmat ꝛ negat ꝛ ita vniformiter diceret illi qui ponunt obiectum causam sine qua nō ꝙ sicut volitio esset non potest sine intellectiōe ita nec sine obiecto licet neutrū sit causa effectiua per se sed tantum sine qua non. ¶ Ad obiectionem de ligno dicitur ꝙ seip̄m comburere non potest nec hoc dici potest: quia seip̄m corrumpere non potest sicut nec generare: ꝛ cōbustio ligni est dispositio ad corruptionē vel corruptio eius. Aliter dicitur ꝙ lignum nō potest dici comburere seip̄m sicut voluntas mouet seipsaz. Nam videm⁹ ꝙ approximatum fortiori igni vel debiliori forti⁹ vel debilius comburitur ꝛ regulariter vel vniuersaliter. Voluntas aūt indifferēter velle potest intē sius vel minus intense obiectum qcunq; approximatum sicut experimur. ¶ Tertio mō dicitur ꝙ lignum cum sit agēs naturale nō potest dici comburere seip̄m igne approximato quia pari rōne aqua approximata madefaceret ꝛ frigefaceret seip̄am ꝛ impossibile videtur ab eodē agente naturali ī passiuo eodem modo dispositio causentur contraria: sic non est de agente libero. ¶ Quarto modo dicit ꝙ ꝗm ponētes causam sine qua nō requiritur necessario ad volitionem ꝓsentatio obiecti nō ex ꝑ se causalitate volitionis sed ex ordine potētiaruz vel actuum ipsoꝝ. scilicet fantasie ꝛ voluntatis licet fantasma nō sit ꝑ se causa eius scilicet volitionis Sed sicut illuminatio a sole ꝓcedit calefactionez licet non sit causa effectiua illuminationis: sed sol vtriusq;. ¶ Alio modo dicitur ꝙ nō habetur eadē ratio de isto ꝛ de illo ꝛ si haberetur eodez modo diceretur ꝙ lignum calefacit se sicut voluntas mouet se. Si enim lignum mereretur in hoc ꝙ calefacit vl habet calefactionem ꝛ in potestate ligni esset calefieri vel non oporteret dicere ꝙ calefaceret se non tamē sine ígne vel sine ipso ꝓsentato. Modo planum est ꝙ nō est ita in ligno nec currunt eedem rationes hinc ꝛ inde. ¶ Ultimo diceretur ad totum argumentum ꝙ est contra eos: quia eque bene fantasma ꝓsens intellectui ꝛ voluntati ꝛ sufficiēter q̄tum sufficit ad agendum ꝛ patiendum sicut ꝛ voluntas sibiipsi. Et ita bene sequitur ꝙ voluntas semper velit vel sit in potentia ꝓxima ad volendum ꝗm positionem eorum sicut ꝗm positionem op positam. ¶ Ad septimam de relationibus dico ꝙ impossibile est relationes oppositas de eodo modo relatiuozū vel ad aliquid fundari in aliquo vno indistincto ex natura rei. Ita ꝙ idem ad seipsum ꝗm idem fundamentum referatur realiter talibus relationibus. Nam tales relationes sunt producentis ꝛ producti. Impossibile est autē ꝙ idem ꝓducat seipsum sicut ꝙ idem generet seip̄m primo de trinitate. capitulo primo. Similiter dico pari ratione de relatiōibus primi modi ꝛ tertij. ¶ Ex quo ꝑz vltra ꝙ nihil valet ratio illa ꝙ idem potest esse causa ꝛ causatum respectu eiusdem sicut de materia ꝛ forma adinuicem ꝛ de labore Euechia secūdo ꝓsicozum. igitur potest esse idem actiuum ꝛ passiuum quia assumptum est falsum ꝛ impossibile sicut ꝙ sit circulus in per se causis ꝛ causatis. quare ꝛc. Ad minorem dico ꝙ relationes actiui ad passiuū ꝛ econuerso nō sunt relationes oppositе qz nec pertinentes ad idem genus sed ad diuersa genera puta duo quorum vnum est predicamētum actiōis ꝛ reliquū est p̄dicamentum passionis ꝛ sunt relationes disparate possibiles concurrere in eodem fundamēto ꝛ supposito quādo idem est in potentia actiua virtuali: ꝛ in potētia passiua formali potens agere in seipsaz ꝛ pati a seipo: ꝛ tunc actualiter agit in seipsum. Dico ꝙ refertur ad seipsum ambabus relationib⁹ Ad probationem de quinto metaphisice ꝙ actiuū puta calefactiuum refertur ad calefactibile. Dico ꝙ calefactibile dupliciter ītelligi vel accipi potest sicut ꝛ calefactiuum. Uno modo ꝓ subiecto calefactionis passiuo sicut dicimus ꝙ lignum est calefactibile. Alio modo ꝓ termino producto per calefactionez scilicet ꝓ toto composito ex subiecto ꝛ calore causato in ipo. ꝓmo modo accipiendo. Dico ꝙ calefactiuum non refertur ad calefactibile nec actu nec potentia per aliquam relationes de quarto genere: sed per respectum extrinsecum qui dicitur actio de predicamēto actionis et econuerso. calefactibile ad calefactiuum per respectuz qui est passio de genere passionis ꝛ isto modo etiam comparatur calefactiuum ad calefactibile sicut actiuū ad passiuum. Secūdo modo accipiēdo. Dico ꝙ calefactibile in potentia refertur ad calefactiuum et calefactiuum refertur in actu ad calefaciens secundum relationem de quarto genere ꝛ de secūdo modo relatiuozum quo pater refertur ad filiuz vel econuerso. Ad ꝓpositum de volūtate. Dico ꝙ refertur ad seipsam vt actiua ad passiuam ꝛ econuerso relationibus disparatis de predicamentis duob⁹ actionis scilicet ꝛ passionis. sed ipsamet precise accepta refertur ad totum compositum productum compositum nunq̄ ex ipa ꝛ actu volendi relatione de secundo modo relatiuozum sicut ꝓducens ad

Ad septimā rōnē

Calefactibile dupliciter capitur.

productum ꝛ ecouerso totū cōpositum refertur ad ipam sicut productum ad producēs. Et dico ꝙ iste relatione sunt oppositе nec possunt fundari in aliquo totaliter vno ꝛeodem idistincto ꝛ tunc patꝫ ꝙ voluntas p̄cise accepta ſm se ꝛ ip̄m totum compositum ex volitione ꝛ voluntate nō sunt totaliter idē indistinctum. Sed p̄me relationes actiui ꝛ passiui possunt habere idem fundamētum ꝛ idem pentitus extremum ⁊tum ad totum id quod est absolutum. ¶ Quādo probatur ꝙ nō qz relatiōes rationis p̄supponunt vel saltem requirūt exēpla distincta saltem ſm rationem. ¶ Dico ꝙ nō oportꝫ hoc Nec est vniuersaliter verum. Sortes em̄ totaliter indistinctus re ꝛ rōne in rōne fundamenti ꝛ extremi refertur ad seipsum ſm relationem identitatis: qz est idē sibiip̄i. ita ꝙ ante relationē idētitatis nulla p̄supponitur in ipso nec scōm rem nec scōm rationem: qz ꝙ nō scōm rem. patet ꝙ nō scōm rōnem patet etiā qz esset ꝓcessus in infinitum. Nā illa distinctio scōm rōnem nō esset nisi per relationem rōnis ꝛ tunc quereꝛ de illis si p̄supponerēt aliquaꝫ distinctionē vel nō sicut de relatione identitatis.

Unde dico ꝙ ista ꝓpositio p̄ retoꝛqueri ꝓtra eos. ¶ Contra illud qđ hic dicitur volūtas est eadē potentia indistincta in rōne p̄ncipij actiui vel passiui qz tunc idem videtur in ea posse agere ꝛ recipere ꝛ tunc omnē actum vel habitum quē posset recipere posset causare vel efficere quod est falsum de habitu caritatis ꝛactu beatifice fruitionis. Ita ꝙ potētia passiua vel receptiua in ipsa videtur excedere actiuam ꝛ ita nō esse idē illi in ratione p̄ncipij. ꝗre solutionē. Dici pōt ad hoc ꝙ licꝫ eadem sit potētia actiua ꝛ passiua actiua ꝛ receptiua nō tñ idē est agere suū ꝛ recipere sed sunt ista diuersa. Et ideo dico ꝙ quicqđ vna potest agere ꝛ alia: quicqđ vna pōt recipere ꝛ alia sed nō opꝫ ꝙ quicqđ vna recepit vel recipere potest ꝙ alia possit causare vl efficere. Similiter nec ecōuerso forte qđ tamē oporteret si recipere ꝛ efficere essent idem. Stant etiam ista simꝫ ꝙ scꝫ eadem potētia actiua sit ꝛ sic passiua respectu vnius actus ꝛ tñ tantū passiua respectu alterius ꝛ alterius rōnis oīno licꝫ nō respectu eiusdez rōnis. Credo ergo ꝙ oportet in multis cōcurrere potentiam actiuam ꝛ passiuā ꝛ non distingui ex natura rei aliter necessario esset ꝓcessus in infinitū. Patꝫ de materia que est sua potētia passiua ꝛ est sua potentia actiua motiua intellectus. Et similiter de oī potētia passiua reali. Similiter etiā ꝺ potētia actiua q̄ est ipe calor qui est tamen sua potētia passiua receptiua actus realis ad subiectum vel similitudinem ad calorem quem causat ꝛ similiter effectū de secūdo mō cause ad causatum effectiue ab ipo ꝛ sic in multis alijs.

Ad octauū rōnez ¶ Ad octauū de differentijs potētie que sūt potētia actiua ꝛ passiua. Dico breuiter quicqđ dicatur ꝙ actiua ꝛ passiua nō sunt ꝙ se oppositе dře ꝛ eētiales huius cōis quod est potētia in ratione p̄ncipij. Hoc ptꝫ qz ꝓuenit eidem licet respectu diuersoꝝ scōm omnes nō sicut ꝙ se oppositе species. Unde nec in aliq̄bus ex essentiali rōne actiui ꝛ passiui specifice distingūtur sed aliunde ex additis vel potius addita vel illa quoꝝm sunt alia quādo distinguntur: sed sunt differentie accidentales ꝛ accidentaliter diuidentes hoc cōe. Sicut si diuideretur animal per album ꝛ crispum ꝛ tunc dico ꝙ nō est impossibile ꝙ simul in aliqua potentia per se vna puta in voluntate nec dicit Aristoteles oppositus quintovel nono metaphisice. Aliter potest dici ꝙ potentia in cōmuni accipiēdo ꝓ respectu vel includēdo respectum diuiditur sicut per differentias per se ꝛ essentiales in potentiam actiuaꝫ ꝛ passiuam accipiendo istas ꝓ respectibus ꝛ tunc dico bene ꝙ nunqꝫ actiua ꝛ passiua potentia ꝛcurrunt in idem numero nec in idem specie. Nūqꝫ em̄ est idem respectus numero vel specie actiui ꝛ passiui. Sed isti respectus nō habēt rationez p̄ncipij nec potentie vt p̄ncipium est ꝛ ideo nihil ad ꝓpositum. Hec de tertio articulo.

Ad p̄m p̄ncipale

¶ Ad p̄mum p̄ncipale dico ꝙ nihil p̄hibet accidens per accidēs causari a ꝓp̄rijs p̄ncipijs subiecti effectiue vt a subiecto ip̄o nec in hoc distingūtur ab accidēte per se sed qz accidēs per se ſꝫ qz accidēs per se ineſt omni ꝛ soli non aūt accidēs per accidēs sicut dictum est alias. Nec distinguitur accidēs per accidens ab accidente per se in hoc ꝙ vnum causetur a subiecto effectue ꝛ aliud nō ꝛ si ita esset hoc esset cōtra te: qz saltē mouens ꝛ motum respectu accidentis per se ꝛ ꝓ ꝓij essent indistincta subiecto.

Ad 2m ¶ Ad secūdum de appetibili ꝛ appetitu. Dico ꝙ qui diceret voluntatem nō esse cām effectiuam totalem sui actus ſꝫ obiectum appetibile concurrere cum ipsa vt causam partialem statim patet quo modo vniformiter effectiue appetibile mouet appetitum et voluntatem: ꝛ voluntas ipsum animal vel corpus animalis. Ꝙ autem diceret voluntatez causam effectiuam totalem sui actus. Ita ꝙ obiectum non concurreret vt mouens effectiue. ¶ Tunc diceretur ꝙ nō vniformiter appetibile mouet voluntatē ꝛ appetitus mouet corpus. Sed ꝓimum mouere est metaphisice sicut finis mouet vt amatum ꝛ desideratum. Secūdus motus est. ꝓprius ꝛ effectiue mouere. Nec oportet ad saluandum Aristotelem nec intentionē eius ibi ꝙ vniformiter accipiat sicut patet. Nam siue appetibile hoc modo moueat siue alio mō semper est mouens non motum ꝛ ꝓimuꝫ in isto processu.

Ad 3m. ¶ Ad tertium dico ꝙ si voluntas ponatur partialis causa ꝛ non totalis. patet ꝙ licet voluntas semper sit p̄sens sibiipsi non oportet ꝓpter hoc semper esse volitionem alicuius alterius obiecti. Si vero ponatur causa totalis non oportet ꝓpter hoc semper ponere aliquam volitionem in ipsa licꝫ agens totale vel actiuum ꝛ passiuum dispositus sit idem qz est agens liberuꝫ non de necessitate: sed sic ꝙ quibuscunqꝫ etiam positis ad actionem requisitis potest absolute loquēdo agere vel non agere.

Ad 4m. Non sic autez de alijs agentibus mere naturalib⁹ sicut patet. ¶ Ad quartum dico ꝙ potētia formaliter indeterminata ꝓius scōm se tamē virtualiter determinabilis ꝛ determīata cuiusmōi est potētia libera pōt seip̄am determiare valde bene ad qōcūqꝫ placet sibi. Si verū est ꝙ potētia mere passiua ꝛ naturalis indeterminata ad aliq̄ sicut materia ꝓima ad diuersas formas substātiales nō p̄ se ad alterū ꝛ in talibus hꝫ veritatē ꝓpositio Cōmētatoris. Non aūt in ꝓposito nec in cōsimilibus. Quādo dicis est ex se indeterīata. Dico ꝙ verū est ꝓ tāto qz indifferens est scōm se adutrūqꝫ: formaliter tñ ex se ꝛ est determinata virtualiter habens in sua virtute actiua suā determinationez. Et ista nō repugnāt.

¶ Distinctionis Vigesimequinte.
¶ Questio Secunda.

¶ Secūdo ꝓ obtrū voluntas possit aliquid non ſm iudicium rationis videt ꝙ nō. Appetitus rationalis nichil potest nisi ſm iudicū rationis secus est de appetitu brutali vl irrationali. Sꝫ voluntas est appetitus in rō ne vel rōnalis. 3. de aīa: ⁊ ꝛc.

Secōo arguitur.

¶ Secō sic. Appetit⁹ qui nō est nisi inclinatio sequēs formā apprehēsam per rationē non potest aliquid nisi ſm iudiciuꝫ rationis nisi violēter feratur qđ est impossibile de volūtate vt patet sicut nec appetitus naturalis nichil potest nisi ſm formam imꝓressam. Sed voluntas est appetitus sequēs formā apprehensam per rationem: ergo ꝛc.

Tertio.

¶ Tertio sic. Si appetitus posset aliquid nō ſm iudiciū ratiōis vel contra iudicium hoc esset ratione sue libertatis Sed libertatis nō est posse aliquid contra rationez immo magis brutalitatis. Unde ꝛ de⁹ qui est summe liber ꝛ libertate cōtingentie etiam circa creaturas non potest aliquid nisi ſm iudicium rationis: ⁊ ꝛc.

Quarto

¶ Quarto sic: qz ſm Anſelmū omnis volūtas habet suum cur In volendo saltem in intellectu ꝛ in cognitione ꝛ si non in re. Sed si volūtas aliquid posset contra iudicium rationis non haberet suum cur nec in re nec in ratione: ergo ꝛc.

¶ Contra Potētia libera peccabilis que nō necessitatur ex iudicio rationis potest aliquid cōtra iudicium rationis. Sed voluntas creata est talis potētia nō necessitata ex iudicio rationis: quia est libera ꝛ etiam potentia peccabilis: ergo ꝛc.

¶ In ista questione sic ꝓceꝺam. Primo ponāvnā cōclusionē multis cōem de questione adducēdo motiua ipsius ꝛ modū dicendi opinantium ꝛ tenētium conclusionē. Secundo dicam aliter ꝛ arguam contra illam positionem. Tertio soluam ad motiua eius. Ultimo ad ratiōes p̄ncipales.

Opiniones de ꝓductione volitiōis ꝛ nolitiōnis.

¶ Quantum ad ꝓimum articulum dicitur ab aliquibus. Primo ꝙ voluntas nō potest aliqđ velle vel nolle actu positiuo aliquo nisi qđ est iudicatum a ratione volendum vel nolendum seu eligēdum vel fugiendū. Et hoc est cōmunis cōclusio in qua multi cōueniunt. Sed de numero istoꝝm sunt aliqui dicētes ꝙ voluntas: licet nō possit velle vel nolle actu positū aliquid nisi iudicatum a ratione potest nō velle aliquid iudicatū a ratione esse volendū vel nō nolle aliquid indistinctuꝫ esse nolendū. Alij vero tenēt ꝙ voluntas nō solum non potest velle vel nolle aliquo positiuo nisi illud qđ iudicatum est a ratione esse volendū: sed nec potest nō velle vel non nolle illud qđ ratio iudicat esse volendum vel nolenduꝫ ꝛ hoc in vniuersali et in particulari stante tali iudicio. Ita ꝙ stante iudicio de hoc volēdo vel nolēdo. Voluntas nō potest non velle vel nō nolle illud qđ ratio dictat ꝛ iudicat esse volendū. ¶ Et isti omnes ꝓsequēter tenēt ꝙ nō potest esse malicia in voluntate ſm cōmissionem et actum positiuum volēdi vel nolendi nisi ꝓius sit error, in ratione in iudicādo. Aliqui tamē eoꝝm ponūt ꝙ in volūtate potest esse culpa ꝛ malicia obmissionis obmittēdo aliquē actum nō p̄cedēte errore in ratione. ¶ Conclusio cōmunis omnibus. ſ. ꝙ voluntas nō possit in aliquē actum positiuum nisi ſm ꝙ iudicatum est a ratione ꝛ ꝙ ⁊tuꝫ ad hoc malicia in voluntate esse nō potest sine errore in rōne. ꝓbatur multꝫ modis. ¶ Primo sic. Et est Achilles ſm August. 4. de trini. Inuisa possumus diligere incognita: nequaqꝫ ꝛ pari ratione nec odire vel nolle possumus incognita. ¶ Ex hoc sic. Si voluntas posset aliquid nolle vel velle actu positiuo nō iudicatum ꝛ ostēsum a ratione ipsa posset ferri in obiectum nō cognitū. Sed hoc est impossibile ꝛ falsum et cōtra Augustinum: ⁊ ꝛc. ¶ Secundo sic. Volūtas nichil potest velle nisi p̄supponēdo actum sue regule circa illud vt patet. Sed regula volūtatis est ratio dictans ꝛ iudicās practice hoc volēdū vel nolēdum. ⁊ voluntas nichil potest velle vel nolle: nisi ſm iudicium rationis. ¶ Tertio sic. Si voluntas posset aliquid velle vel nolle non ſm iudiciū rationis ꝓforme nolito vel volito: multo fortius sine quocūqꝫ alio iudicio diffōrmi nolito vel volito. Sꝫ hoc est falsum ꝛ impossibile: quia tunc sine omni cōsilio posset eligere cōtra rationē electionis quia electio est appetitus ꝓconsiliati: ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Nā aliq̄ duo appetitus equali necessitate p̄supponunt copulationem obiecti in equali necessitate cōformātur in appetēdo copulationē obiecti appetiti. Patet: quia si nō equali necessitate cōformant non pari necessitate p̄supponunt. Sed appetitus intellectiuus ꝛ voluntas ꝛ appetitus sensitiuus pari necessitate p̄supponunt noticiaꝫ sui obiecti: qz vterqꝫ est appetitus sequēs cognitionem: igit pari necessitate in appetēdo sequuntur iudicium de obiecto. Sed appetitus sensitiuus sic necessario sequitur iudicium rationis sensus ꝙ nichil potest appetere nisi ſm ipsum nec aliquid contra ipsum: ergo similiter nec voluntas contra iudiciū rationis. Ad duntur due rationes vel tres.

Rationes additead ꝓbam. ſu ꝓpoſi.

¶ Prima qz tūc posset stare ꝓpositio in intellectu cum malicia vel oppositо virtutis mozalis in voluntate. Patet ꝛ ecōuerso. Sed hoc est falsum ꝛ impossibile. 6. ethi. vnde ꝛ malicia cozruptiua est p̄ncipij. 3. ethicoꝝm.

Scōa.

¶ Secunda qz ſm philosophum. 3. de aīa. Nō est in appetitu electio vel ꝓsequutio ꝛ fuga est in intellectu affirmatio vl negatio ꝛ ista sunt ꝓpria naturaliter ꝛ essentialiꝫ in itellectu. Sed ablato ꝓpri essentialiter necessario tollitur ipsuꝫ ꝓius: ⁊ ꝛc.

Tertia.

¶ Tertia ratio: quia nō potest voluntas ferri in incognitū: igitur oportet ꝙ volitum sit cognituꝫ vel iudicatū. Si ergo voluntas vult oppositū eius qđ iudicatuꝫ est oportet necessario ꝙ in intellectu sint iudicia cōtraria.

Quarta

¶ Quarta ꝛ est cōfirmatio. Aut noticia p̄cedēs volitionem est incōplexa ꝛ nichil dicit de eligibili vel fugibili nec sufficit ad electionē vel ꝓsequutionem seu fugā. Aut est complexa Puta ꝙ hoc est eligēdum vel fugiendū ꝛ sic stant duo iudicia contraria necessario quod est impossibile.

Rūdet ad p̄mas rationū.

¶ Ad primā dico ꝙ non video quin absolutū p̄dētie possit stare cū malicia in voluntate ꝛ similiter absolutum virtutis cuꝫ imꝓrudentia: sed tunc neutrū esset virtus perfectiōe omnimoda virtutis

et intrinseca ꝛ extrinseca vel cōcomitatiua. ¶ Ad
Ad secū dam. secūdum dico ꝙ nō necessario sic ordinantur illa ꝙ quicquid obligitur dictetur eligēdum: licet cōmuniter sit ita vel sit hoc necessarium ad hoc ad hocvt electio sit recta. ¶ Ad tertium dico ꝙ non stant simul duo iudicia contraria. Nec oportet ꝙ volitum
Ad tertiam. sit preiudicatū volendum: sed sufficit ꝙ aliquo modo sit precognitus. ¶ Ad quartum diceretur forte
Ad quartam. ꝙ sufficit noticia simplex vel etiā iudiciū de opposito: sic aliquo modo dat intelligere oppositū eo modo quo dicitur infra. Noticia autē simplex licet nichil dicat de eligibili vel fugibili enūciando: potest tamen vtrūq; presentare ꝛ volūtas prosequi vel fugere. Ex hoc dicunt isti ꝙ duobus bonis equaliter presentatis voluntati per intellectum dictātem ea esse equalia ꝛ equaliter volenda vel diligēda volūtas non potest se determinare ad preeligēdū vnum ꝛ dimittēdum alterus stante tali iudicio in ratione ¶ Primo quia nō potest aliquid velle ꝛ alteri preeligere nisi dictatum sit a ratione esse preeligēdum cuius oppositū supponitur in questione. ¶ Secdo qr voluntas respectu duorum talium est ex se indeterminata nec potest seipsam per consequēs determinare ad alterum ſm auctoritatez cōmentatoris. 2. physico. vbi dicit ca. de fortuna ꝙ cōtingēs ad vtrū libet ꝛ equaliter indeterminatū non inuenit in potentijs agētibus per se: sed in passiuis tm̄. Et ita videtur dicere ꝙ potētia idēterminata ad aliquad duo est pure passiua respectu illorum et ita seipsam determinare nō potest ad alterum. Actus enim determinat: ꝛ sic potētia passiua est indeterminata. Non autē actiua: sed de ratiōe sua est determinata. Tertio quia appetit⁹ equaliter se habēs ad aliqua duo ad neutrū potest determinari stante equalitate illorum. Sicut Aristoteles ponit exemplum. 3. de celo de sitiente ꝛ esuriente equaliter qui nec cibū nec potum acciperet: sed staret immobilis inter vtrūq; et de terra ipsa q̄ stat īmobilis inter latrā celi: sic etiā in proposito. Dicunt etiam isti cōformiter ꝙ maiori ꝛ minori bono presentatis voluntati per intellectum voluntas nō potest eligere minus bonū stante iudicio de maiori bono ꝙ sit eligēdum. Tum qr nichil potest voluntas velle nisi ſm iudicium rationis. Tum quia minus bonū ad maius cōparatum habet rationem mali. Malum aūt non est eligibile vel volibile quare ꝛc. ¶ Tertio dicūt consequēter ꝙ non pōt esse malicia culpabilis in voluntate ſm culpam cōmissionis in actu volendi vel nolendi positiuo nisi precedēte errore in ratione: quia volūtas non potest velle aliquid vel nolle nisi iudicatū a ratione ꝛ si male vult oportet necessario ꝙ anteceder ratio erret ꝛ male iudicet ꝛ dictet volendū illud qđ non est nolendū: sed potius volendū. Ex oporteat ignorātiam ꝛ errorem precedere in ratiōe maliciam in voluntate. Probāt primo per auctoritatem Aristotelis. 3. ethi. qui dicit ꝙ omnis malus est ignorans. Secundo per auctoritatē eiusdē. 3. ethi. vbi dicit ꝙ deceptio propter delectationē videtur et nō existēs bonū bonū videt. Desiderant ergo delectabile: quia bonū apparet. Tertio per eūdē. 7. ethico. vbi approbare videtur sentētiam socratis qui dicit omne malum cōtingere ex ignorantia. vn de ꝛ ſm ipsum pene adhibētur in lege ad correptionem ignorātie ꝛ tm̄ in hoc videtur Aristoteles cōsentire ꝙ non cōtingit agere vel operari pter optimum nisi propter ignorantiam. Unde ꝛ ista verba dicit ibi ꝛ optimū querere circa passionē si propter ignorantiam quis modus ignorantie. Unde nō videtur dubitare quin queratur optimū circa passiomodo ignorantie. Hee sunt cōclusiones et motiuas non possit aliquid nollevel velle nisi ſm iudiciū rationis tū potest aliquid nō velle qđ iudicatū est a ratione. ¶ Primū probant sicut alij supra secūdū videtur eis esse necessariū: quia si non posset nō velle iudicatum a ratione necessario sequeretur rationem et necessitatē ab ipsa: ꝛ sic nō esset libera qđ est falsum: quare ꝛc. Tertij vero dicūt ꝙ volūtas nec potest velle vel nolle nisi qđ est iudicatum a ratione. Nec tali iudicio stante potest nō velle ipsum qđ est iudicatum a ratione: sed iudicio tali stante oportet ipsam velle illud qđ est iudicatū a ratione ꝛ nō potest pro eodez instanti nō velle. ¶ Ratio ꝛ motiuū ipsorum est: quia volūtas est pure passiua respectu obiecti presentati. Sed ī potestate pure passiui nō est nō agere presente actiuo sufficienti: ꝙ voluntas nō potest non velle iudicatum a ratione stante tali iudicio perfecto practico ꝛ in vniuersali ꝛ in particulari. ¶ Ad hoc etiam adducitur auctoritas Aristotelis. 7. ethicoꝝ vbi dicit sic. Si fuerit opinio vniuersalis rationis ꝛ altera particularis cuiusmodi est sensus ꝛ in vnū conuentant necesse est concludi confestim operari ꝛ ita voluntas necessario sequitur iudicium rationis ipso stante in vniuersali ꝛ in particulari: vt si arguatur sic. Omne dulce est gustandum hoc vinū est dulce: ꝙ gustandum cōsequitur necessario sequitur gustare nec potest non gustare: sic iudicas stante tali iudicio. Hec de ꝑmo articulo

¶ Contra ista arguo. Et ꝑmo contra cōclusionem generalem ꝛ ea que sequuntur ex ipsa probando ꝙ voluntas potest aliquid vel nolle actu positiuo qđ nō est iudicatū a ratione esse nolēdum vel volēdum: licet aliquo modo sit apprehensum vel cognitū. Et arguo primo sic. De peccato luciferi planū est ꝙ fuit peccatuz cōmissionis in aliquo actu positiuo quo aliquid voluit inordinate vel quia volitū non fuit cōueniens vel quia modus habēdi quē appetijt lucifer non fuit conueniens. ¶ Tunc arguo. Quero vtrum ratio vel intellectus suus iudicauit sibi illud esse ꝛ eo mō quo appetijt aut non. Si nō habeo propositum ꝙ volūtas potest eligere aliquid vel velle qđ non est iudicatū a ratione esse volēdum vel eligēdum vel non eo modo quo dictatū ꝛ iudicatum a ratione. Si sic ergo ratio sua ꝛ intellectus suus ante peccatū errauit. Sed hoc est impossibile ꝛ falsum: quia ſm Augustinum error est approbare falsa pro veris est pena peccati dānati. ¶ Tertio de libero arbitrio. pena autē nō precessit peccatū: ꝙ ꝛc. Dicitur ad istud argumētum ꝙ angelus peccauit ex negligētia vel inaduertētia seu incōsideratione quadam ꝛ ꝑterea ꝙ modus peccādi angeli non est nobis euidēs nec aliquis ad plenū determinat ipm ꝛ solū modo peccatum angeli ex fide tenetur. ¶ Dico ꝙ ex istis dictis habeo propositum. s. ex primo dicto ꝙ. s. ex negligētia vel inconsideratione peccauit: ꝙ elegit aliquid vel voluit non iudicatū vel consiliatū a ratione qđ est cōtra te. ¶ Similiter sicut argutum fuit

Arguo primo.

Secūdo.

supra in illa questione de peccato angeli. Aut illa negligētia vel incōsideratio fuit inuincibilis: ꝛ tūc faciendo ēm ipsam nō peccauit. Aut fuit crassa vel supina ꝛ imputabilis: ꝛ tūc necessario ipsam precesserit malicia ꝛ aliquod peccatū in voluntate: ꝛ tūc angelus peccauit ante primū peccatuz qđ est falsum. ¶ Preterea scōm dictum est falsum: satis esū expresse determinauerunt sancti de pctō primi angeli qđ non fuit ex erroze vel ex negligētia: sed ex mala voluntate propria sicut expresse dicit Anselmus de casu dyaboli in fine sicut allegatum est in precedēti questione. Et Augustinus dicit de hoc in tertio de libero arbitrio de modo peccandi dyaboli et aliorum peccātium dicēs ꝙ volūtas est prima causa peccādi necesse est cui recte peccatuz imputetur nisi voluntati. Tamen bene puto ꝙ nunq̄ aliquis sanctus posuit talem modū peccati in angelo qualem iste ponit. Preterea qđ dicit ex fide tenet peccatuz angeli dico ꝙ propter hoc nō minus est istud verum nec minus certū: immo magis verū vel saltem magis certū q̄ si omnes philosophi dixissent.

Secūda rōnci. Unde parū videtur curare de fide ꝛ de his que tenemus per fidem. ¶ Secūda ratio principalis est ista. Illa positio est falsa ꝛ impossibilis q̄ negat peccatum cōmissionis in actu volēdi vel nolendi contra propriam cōscientiam. Sed ista positio hoc negat: quia si illa positio est vera nullus peccat cōtra propriam cōscientiam volendo aliquid vel nolēdo quia peccare contra conscientiam est velle vel nolle contra dictamen actuale proprie conscīētie ꝛ rationis practice stāte tali dictamine alioquin nō peccat contra cōscientiā: ꝙ ꝛc.

Tertia ratio. ¶ Tertia ratio est ista. Si voluntas non potest aliquid nolle vel velle nisi qđ dictatum est a ratione esse. Quero quomodo potest auertere intellectum a consideratione alicuius obiecti ad cōsiderationem alterius planū est ꝙ hoc nō potest nisi volēdo: quia nichil mouet extra se nisi volendo. Tunc quero vtrū auertere sibi sit dictatum a ratione vel non. Si non est sibi dictatū a ratione vel iudicatum: tunc potest velle aliquid nō iudicatum prius a ratione ꝛ pari ratione cōtra illud qđ est iudicatū a rōne si sit sibi iudicatū a rōne: tūc cū prius iudiciū stetvsq; ad auersionē ꝛ auersionē simul in intellectu stabūt duo iudicia quorū vnū erit iudiciū aliqđ de aliquo obiecto ꝛ aliud iudiciū erit de auersiōe a tali iudicio ꝛ cōuersiōe ad aliud qđ nō videtur esse verū. ¶ Et cōfirmatur quia ab intellectione prioris obiecti potest auertere voluntas intellectum ꝛ cōuertere ad noticiam hui⁹ auersionis vel cōuersionis ꝛ per consequēs prima et scōa non stant simul. Et sequitur ꝙ volūtas habeat velle respectu nō cogniti ꝛ videtur posse confirmari qr ad actionē sufficit actiuum et passiuum approximata vel presentia et ista presentia potest esse obiecti ad potētiam realem vel per idētitatem que non est minor q̄ per intellectionē: ergo vel non oportet ꝙ obiectum sit precognitum vel saltem nō oportet ꝙ eo modo per omnia sit precognitū sicut est volitū etiā ex parte obiecti: ꝙ ꝛc.

Quarta ratio. ¶ Quarta ratio est ista. Si voluntas nō potest aliquid velle vel nolle qđ nō est iudicatum a ratiōe. Sequitur ꝙ deus de necessitate absoluta produxit mundum ꝛ meliori modo quo potuit vel ꝙ ipse peccauit vel peccare potuit. Sed vtrūq; est simpliciter falsum: ꝛ contra fidem: ꝙ ꝛc. Probatio consequētie: qr ēm illam positionez de? nō potuit determinate velle producere mundū nisi prius dictasset suus intellectus determinate mundum fore ꝛ eligendum mundum producere. Cum ergo intellectus quicquid dictat ante actum voluntatis circa illud idem obiectū mera necessitate naturali dictet et iudicet sequitur ꝙ intellectus diuinus mera naturali necessitate dictauit volūtati mū dum producēdum ꝛ pari ratione ex necessitate obiecti meliori modo quo potuit produci: ꝛ tūc cū vo luntas diuina non possit discordare a determinato iudicio sue rationis vel intellectus sui alioquin esset peccabilis: sequitur ꝙ de⁹ necessitate absoluta ꝛ eadem necessitate qua est impeccabilis determinauit mundū producēdum ꝛ meliori modo quo potuit produci vel si non determinauit peccauit peccato omissionis: propter diffformitatem voluntatis ad intellectum. Hoc autē est falsum: ꝙ ꝛc. ergo illa propositio vel positio est falsa. Hoc probo scdo per auctoritates sanctorum: ꝛ per articulos Parisiēn. et postea per auctoritates Aristotelis. ¶ Prima auctoritas est Augustini superius allegata in illa questione vtrum angelus potuit peccare. ii. super Genesim ca. vlti. vbi dicit de Salomone ꝙ non est credēdum ꝙ ipse ignoraret simulachra illa non esse adorāda: sed amore mulierū tractus faciebat qđ sciebat nō esse faciendū. Idem dicit. 14. de ciui. c. 41. tū oppositum videtur dicere. 17. lib. c. 8. Dicit enim ibi ꝙ fuit seductus igit volebat facere cōtrarium eius qđ dictatum erat sibi per rationē ꝛ quod ipse sciebat in actu. ¶ Ad hoc est auctoritas Bernardi de libero arbitrio ꝙ voluntas licet nō sine ratione: tū contra rationē potest eligere minus bonū. Nec valet qđ dicitur ꝙ hoc est verum cessante iudicio priori ꝛ aduenīēte alio. Primo quia hoc nichil est dictu quia de hoc nullus dubitat. Secūdo quia hoc est plane contra intētionem sancti: quia tūc nō esset contra rationē si cessante priori iudicio de maiori bono eligendo ꝛ aduenīente alio minori bono volūtas: tūc eligeret illud: quare ꝛc. ¶ Ad hoc est auctoritas Richardi. 8. de trini. ca. 5. Testis est ille lucifer ꝙ potest esse multiplex potētia ꝛ multifor mis sapientia vbi nulla manēt bonitatis vestigia: et econtra nulla bonitas esse poterit vbi potētia et sapientia defuerit ꝛ intelligit per bonitatē bonam voluntatem. Patet ergo ꝙ lucifer habuit sapientiam ꝛ errorem ꝛ hoc nō habuit bonā voluntatem: immo malam. ¶ Ad hoc est articulus parisiēn. expresse qui dicit sic. Articulus secūdus de volūtate vel libero arbitrio. Ex voluntas manēte passione et scientia in particulari ꝛ in actu non potest agere cōtra eam. Error supple. Et planū est ꝙ illud agere velle quoddam est: ꝙ voluntas potest velle aliqđ contra iudicium rationis stans in particulari et in actu. Nec potest exponi articulus ꝙ volūntas potest agere contrarium cōtrario aduenīente iudicio ꝛ cessante. ¶ Primo quia hoc est directe cōtra articulum qui ponit stare iudicium et in particulari. Preterea etiam quia fatuum fuisset de hoc fecisse articulum: quia nullum est de hoc dubium nec aliquis vnq̄ diceret contrarium huius expositionis. Preterea nō soluitur ad articulum etiā nec ad verba sicut nec ad mentē. Dicit enī articulus ꝙ scientia manēte recte in vniuersali ꝛ in particulari ꝛc. Tūc igitur quero a te quādo aduenit iudicium erroneū vel ex passione vel aliunde nō curo ēm ꝙ voluntas

potest eligere oppositū eius qđ prius iudicatus est ⁊ nō alias ꝺm te. Aut manet primū iudicium rectū cum illo erroneo aut non. Si manet tūc stant simul duo iudicia contraria de eodē ⁊ intellectus simul est verus ⁊ falsus rectus et erroneus simul iudicat aliquid esse faciendū ⁊ non esse faciendū: ⁊ cum voluntas necessario sequatur iudiciū ⁊ determinationem rationis sicut dicis sequitur ꝙ simul velit oppositа simul velit ⁊ nō velit qđ est contradictio plana vel nichil pōt velle contra te. Si non manet primū iudicium cū secundo aduenīente contra articulum est qui dicit ꝙ stante ⁊ manēte scientia recta in vniuersali ⁊ particulari ⁊ planus est ꝙ intelligit in actu: quia de statu habituali nō est dubium pōt voluntas in oppositum. Et si dicatur vltra ꝙ stant simul duo iudicia sed nō opposita: quia nō sunt iudicia omino ⁊ simpliciter determinata omnibus pēsatis: sed secūdum quid ex diuersis causis vt ꝙ fornicandum est: quia delectabile et non fornicādum est: quia contra legem dei ⁊ ista possunt simul stare quia non sunt iudicia simpliciter et omnibus pensatis deliberata ⁊ determinata. ¶ Contra. aut iudicia vera sunt equalia ⁊ efficacia equaliter: et tūc neutrū eorū potest voluntos vel necessario vtrūqꝫ quia secundū te est pure passiua. Aut sunt inequalia: ⁊ tunc voluntas necessario sequitur alterū. s. illud qđ precellit. Aut ergo precellit primū iudiciuꝫ sc̄z ꝙ non est fornicādum: quia contra legem dei et sic volūtas sequitur necessariа cōtra articulū. Aut aliud precellit ⁊ illud necessario voluntas sequitur per te igit nō erit dare casum in quo voluntas possit sequi rectum iudicium ⁊ nō necessario sequatur ipsum qđ est contra articulum semper. Et p̄ter hoc cum iudicio deliberato simpliciter ⁊ firmiter de aliquo agibili stat iudicium ꝺm quid de opposito. s. ex aliqua causa: licet nō simpliciter. igitur non potest adhuc velle voluntas oppositum: quia habet obiectum presens cognitū ⁊ non est impedita nec oportet ꝙ oppositum iudicetur simpliciter esse faciendū vel eligēdum: sed sufficit ꝙ sit cognitū vel ꝺm quid iudicatū sicut patet de quocūqꝫ alio obiecto: quare ⁊c. ¶ Ad hoc sunt auctoritates Aristotelis. Prima est. 3. ethicorū vbi dicit. Videtur autē nō eligere optima ⁊ opinari: sed opinari quidē melius propter maliciam autez eligere que non oportet: ꝯ ꝺm ipsum electio potest esse contraria opinioni ⁊ iudicio rōnis. Nec oportet ꝙ malicia ī volūtate p̄cedat error ī rōne. ¶ Scda est. 7. ethico. vbi vat differē tiā inter incōtinentē ⁊ intēperatū ⁊ dicit ꝙ intēperatus eligibiliter errans operatur malum habens p̄incipium corruptum. Incōtinens vero eligibiliter vincitur a passionibus nec habet in se corruptū Et ī eodē. 7. dicit ꝙ incōtinēs sequitur delectationes nō pſuasus id est nō errans nec deceptus. Sed intēperatus sequitur eas persuasus. Sed si voluntas nō posset velle cōtrarium eius qđ dictatum est a ratione: ita ꝙ necessario p̄cederet error in ratione maliciam in volūtate in actu positivo oīa essent falsa quecūqꝫ dicit de incōtinente. Ita enim habet p̄incipium vel rationēm corruptam sicut intēperatus et ita esset persuasum vni sicut alteri qđ est falsum. ¶ Preterea. 3. ethic. est auctoritas expressa. Si autē non ignorās operetur quis ex quibus erit iniustus volēs vtiqꝫ iniustus erit. Non ꝙ nō ignorans operaꝫ iniuste vel ex quib⁹ iniustus est. Preterea. 7. ethi. vbi repellit opinionē Socratis quidicebat ꝙ omne peccatū contingit in moribus ꝓpter ignorantiā. Patet hoc dicit em̄ ibi Aristoteles sic Ille sermo socratis quo dicit. Nullus estimātē esse aliquid optimū operari p̄ter optimum. Sed si aliquis operetur p̄ter optimū hoc est propter ignorantiā dubitat in his que manifeste apparēt. Videmus em̄ habētem estimationem malu nō abstinētez ab illo: sed sequitur passiōes ⁊ est auctoritas expressa. Et in eodē. 7. ca. 2. remanēs dubium confirmat istud Aristoteles. Posset em̄ aliquis dicere ꝙ aliquis estimās optimū potest operari p̄ter illud optimū: duꝫ tamē estimatio sit debilis puta si sit opinio tm̄. Sed si sit estimatio certa sicut scientia hoc non contingit. ¶ Contra hoc dicit Aristoteles ꝙ opinio potest esse firma sicut scientia. Quidā enim nō dubitant plus de eis que operātur q̄ de eis q̄ sciūt Sed scientia demonstratiua non cogeret: nisi quia remouet omne dubium ⁊ determinaret ad alteram partē. Cū ergo ⁊ hoc possit facere opinio: quia firmiter aliquādo facit adherere sicut scientia: ita cogeret opinio optimi ad sequēdum optimū sicut scientia optimi: ꝯ ꝺm Aristotelem siue opinetur aliquis siue sciat aliquid esse optimū tī potest operari p̄ter optimū ⁊ contra opinionē vel scientiaꝫ optimi. ¶ Sic igitur dico ꝙ voluntas potest velle vel nolle contra dictamen ⁊ iudiciuꝫ rationis. ¶ Ex quo concludo contra secundum dictū eorum ꝙ duobus p̄sentatis equalibus bonis ⁊ equaliter per omnia. Dico ꝙ voluntas potest se determinare ad alteruꝫ volēdum non volēdo aliud stante omino eodē iudicio de equalitate omnimoda eligēdorum: ⁊ similiter de maiori et minori bono ꝙ potest eligere minus bonū contra iudicium ⁊ dictamē rationis ꝛpotest se ad hoc determinare libere. Patet. Tū quia voluntas in sua libertate hoc habet ꝙ virtualiter per modū cause equiuoce talē determinationē contineat. Non em̄ repugnat effectui distinctionis formalis cōtineri in aliqua causa equiuoca: ⁊ per consequēs formaliter indeterminata q̄tum est ex se ad tale distinctionē vel actum determinatus. Tum qz voluntas potest se determinare ad minus bonum sicut voluntas diuina determinauit se ad minus bonū vniuersum q̄ potuisset ⁊ non fuisset ex ratione determinata sicut probatū est supra: ergo similiter ⁊ ad equale bonū alteri non volendo alterū. Tum quia in quolibet illorum nō obstante iudicio rationis reperitur ratio obiecti ipsius voluntatis siue in minori siue in equali ⁊ vtrūqꝫ est apprehēsum licet ratio iudicet vnū p̄eligēdum vel neutrū: ergo circa illud potest voluntas determinate habere actuꝫ suū dato ꝙ non circa aliud: quare ⁊c. ¶ Ad hoc est auctoritas expressa de bonis equalibus ⁊ equaliter p̄sentatis. Puta de duabus pulchritudinibus q̄ est allegata cū aliis in secūdo articulo questionis p̄cedētis. Et est August. 12. de ciuita. dei. Similiter de minori bono est auctoritas Bernardi supra adducta ī isto articulo. 3. de libero arbitrio: quare ⁊c. ¶ Ex quo concludo cum omnibus p̄cedentibus tertium dictū est falsum. s. ꝙ non possit esse malicia peccati cōmissionis in voluntate nisi p̄cedēte errore in ratione ⁊ cōtra hoc satis est argutū. ¶ Cōtra illos qui cum p̄rioribus ponūt ꝙ voluntas non possit velle vel nolle aliquid nisi iudicatū a ratione esse volēdum vel nolendū. Ponunt tī ꝙ voluntas

potest non velle illud quod est iudicatus a ratione.

¶ Quātum ad primū mēbrū satis est contra eos argutum. Quātum vero ad secūdum mēbrum quia in ipso dicunt verum nolo arguere tamē videtur alicui ꝙ ex isto dicto secūdo habēt concedere oppositū primi dicti. Nam sicut stante primo iudicio voluntas potest non velle illud qđ dictatum est. Ita potest reflecti super illud nō velle actu positivo volendo se nō velle illud. Sed hoc posito necessario habeꝫ ꝙ voluntas potest aliquid velle qđ non est a ratione vel per rationē iudicatus esse volēdum. Nam impossibile videtur ꝙ simul intellectus iudicet aliquid esse volendū ⁊ cum hoc iudicet volēdum non velle: quia simul iudicaret duo contradictoria de eodē qđ est impossibile. Ideo dico ꝙ non solum voluntas potest contra rationis iudicium nō velle: sed etiam velle vel nolle actu positivo. Et puto ꝙ ipsimet hoc freqnt̄ exp̄imur. Freqnt̄ em̄ dicūt multi se scire nō fiēdū malū. Et tī se velle facere maluꝫ. Similr̄ se scire bonū fiendū ⁊ tī nolle facere bonū. ¶ Contra tertios q̄dicunt ꝙ sic volūtas sequit̄ rōnē vt nec possit velle vel nolle nisi qđ dictatum est a ratiōe ⁊ iudicatū. Sed nec etiā potest non velle illud qđ iudicatū est a ratione stante iudicio tali: sed oportet eaꝫ velle. Dico primo ꝙ motiuum eorum nullū est: quia sicut ostēsum est supra voluntas nō est pure passiua sicut satis est ostēsum. Tunc em̄ totus processus in humanis actib⁹ esset naturalis et necessarius et nullo modo liber. ¶ Secundo quia ista positio tollit peccatū non solum cōmissionis sed etiā omissionis contra ꝓprias cōscientiam: quia sicut dicit voluntas nō pōt omittere illud qđ dictatum est a recta ratione faciendus stante dictamine ⁊ ita nō potest peccare cōtra propriam cōscientiam: quia nisi stet dictamē nō est peccatum contra dictamē conscientie. ¶ Tertio quia cōtra istam opinionē sunt omnes auctoritates adducte supra ad p̄obandū ꝙ voluntas potest velle ⁊ nolle cōtra iudicium rationis: ⁊ ita bene pōt non velle aliquid et omnem actum suum suspendere.

Tres ar. parisien. ꝺ opi. godefridi.

¶ Quarto cōtra istam opinionē Godefridi sunt tres articli Parisien. excōmunicati ⁊ expressi sicut possunt esse. ¶ Primus articulus est talis. Si ratio est recta ⁊ voluntas recta error: quia est cōtra glosam Augustini sup illud psal. Concupiuit anima mea desiderare ⁊c. Dicit enim Augustinus ibidem sic nō dicit desiderauit: sed dicit cōcupiuit desiderare. Videmus em̄ nisi nunq̄ ratione q̄ vtiles sunt iustificationes dei id est opera iusticie: sed infirmitate impediti aliqñ non desideramus. Preuolat intellectus sequitur tardus aut nullus effectus scimus bonū nec delectat agere ⁊ cupimus vt delectet. ergo secundum Augustinum ibidez intellectū dictante ꝙ iustificationes dei sunt bone ⁊ desiderā de hoc nō obstante voluntas potest nō desiderare.

Secūd⁹.

¶ Alius articulus est talis ꝙ voluntate existente in tali dispositione in qua nata est moueri ⁊ mouente sic disposito ꝙ natum sit mouere impossibile est voluntatē non velle error. Et planum est ꝙ hoc est stante iudicio rōnis ⁊ in vniuersali ⁊ in particulari

Tertius

¶ Tertius articulus est decimus quintus de volūtate qui dicit sic ꝙ voluntas necessario sequitur qđ firmiter creditum est a rōne ⁊ ꝙ nō potest abstinere ab eo qđ ratio dictat ⁊ ꝙ hec necessitas nō est coactionis sed voluntatis error. ¶ Isti sunt articuli expressi cōtra istā positionē: licet sint multi alij articuli adhuc tres vel q̄ttuor. Rñdetur tū ab aliqb⁹ sequacibus illius doctoris ꝙ volūtas nō de necessitate vult illud qđ iudicatum est a rōne: sed potest ipsum nō velle ꝓ alio instāti ꝓ quo nō durat tale iudiciū. ¶ Ista respōsio est nulla: qz pari ratiōe posset dici ꝙ suppositа generali influētia dei si supra apprōrimetur igni necessario cōburetur ꝙ hoc est error qz ꝓ alio instāti vel tp̄e ī quo nō approximaret posset non comburi. Similiter etiā qz fatuum fuisset de hoc facisse articulum de quo nullus dubitat nec vnq̄ cecidit oppositum eius in mentem hominis q̄tumcunqꝫ infidelis vel heretici vel saraceni. ¶ Quis enim vnq̄ dicit ꝙ voluntas illud quod vult ꝓ vno instanti vult necessario ꝓ omni istā ti. Et ideo dicit ille doctor principalis. Godefrid⁹ ꝙ non potest videre ꝙ articuli sint veri ⁊ ꝙ episcopus parrhisiensis peccat non reuocando illos articulos. Et ita oportet ꝙ homines contencioſi dicāt qui nolunt nisi propositio sensui ⁊ propositio capiti ad herere. Nam ꝺm Magistrum sententiarum ī prologo Inter veri assertionem ⁊ placiti defensionem pertinax pugna est dū se veritas tenet ⁊ se voluntas errore tuetur. Sed non propter dictum suū articuli sunt minus veri qz nescimus ad eos respondere dicendo consequenter ad sua dicta falsa ⁊ ad suam positionem simpliciter excommunicatā sicut patet per articulos. Hec de scdo articulo.

Ad ter. articu.

¶ Quantum ad tertium articulum oportet respondere ad motiua aliorum. Ad primum dico ꝙ licet voluntas non possit velle vel nolle aliquid simpliciter incognitum naturalit loquendo. Tñ dico ꝙ potest velle vel nolle aliquid quod non est iudicatum a ratione esse volēdum vel nolendum contra iudicium practicum rationis stāte tali iudicio. Ita ꝙ sufficit obiectum aliquo mō p̄sentari ⁊ aliquando soluꝫ in vniuersali aliqñ solum in simplici intelligentia nō composita qua dicatur hoc esse eligendum vel fugiendum sicut per simplicem actum intelligitur bonum ⁊ aliquando eodem actu malum sibi oppositum sicut priuatio ꝙ habitū. Aliquādo sub distinctione ad suum oppositū hoc est eligēdum vel illud. Aliquādo sub negatione ad suum oppositū: hoc est eligēdum ⁊ volendum ⁊ nō illud. ¶ Dico ꝙ voluntas potest velle illud qđ est iudicatū nō volendū vel fugiendū ⁊ nolle illud qđ est iudicatū esse volēdum tī cognitū aliquo modo ⁊ apprehēsum sufficit: ergo obiectū p̄sentari quoquo modo sed nō sic ꝙ iudicetur a ratione esse volēduꝫ vel nolēdum. ¶ Et ꝙ ista sufficiāt patet: quia in appetitu sensitivo qui nō minus depēdet a cognitione sensitiua obiecti sufficit ꝙ obiectum p̄sentetur per copulationē talem ꝺm ꝓpriā rationē talis qualitatis sensibilis. Nec oportet ꝙ dictetur esse bonū vel malum: sed absolute sufficit ꝙ sic p̄sentetur ad hoc: vt appetitus sensitiuus tēdat in illud vel refugiat. Non em̄ noticia sensitiua apprehēdit illas intētiones frequēter quas imaginatiua apprehēdit ⁊ appetitus sensitiuus ꝓsequit vel refugit: ergo similiter in voluntate respectu intellectus apprehēdit istas intētiones prosequēduꝫ vel fugiendū. Iustus em̄ non p̄sentat dulce sub ista intētione ꝙ sit prosequēdum vel fugiendū: sed

tantū dulce p̄sentat. ita dico in p̄posito sufficit q̄ obiectuz absolute p̄sentetur nec oportet q̄ sub ratione eligēdi vel fugiendi: ꝛ ita nō est volūtas sine obiecto vel operatur. ¶ Pꝛeterea possum velle scientiā Geometrie in particulari ꝛ planū est q̄ intellectus meus nō p̄sentat michi scientiā geometrie in particulari. Tunc eā scirem eam. Similiter etiā exemplum Auguſt. 10. de trini. q̄ ad volitionē alicuius sufficit noticia eius in vniuersali q̄tūcūq̄ non nouerit in particulari tū appetit in particulari. Sicut si dicatur alicui nescienti litteras quandā esse doctrinā qua quisq̄ valeat q̄tumcūq̄ lōge absenti verba mittere manu facta in silētio que verba rursus ille cui mittūtur nō auribus: sed oculis colligit statim talis cōcupiscit litteras discere ꝛ ī particulari et tamen non nouit litteras in particulari: sed tantum in communi. Unde dico q̄ licet volituz vel nolitum oporteat aliquomodo esse nolitum nō tū sic q̄ sit iudicatum a ratione esse fugiendum vel p̄sequendū: nec in particulari dato q̄ sit nolitum vel volitum in particulari. ¶ Ad tertium p idē dico bene q̄ voluntas p̄supponit aliquē actū intellectus circa obiectum sed non talē qualem tu dicis Vel dic q̄ verum est de voluntate inquātum est recte eligēs qz oportet eam sue regule p̄formari vt sit recta sed non concludit de volūtate absolute quin possit in oppositum eius qđ dictatū est p rationem.

Epilo. 8 nō necc. depēdentia volitiōisa ratione.

Ad ter.

¶ Ad tertium dico q̄ voluntas potest aliquid velle vel nolle sine omni cōsilio rationis dictatiuo qm̄ hoc est volendum vel nolendum immo contra omē tale consilium dato q̄ insit. Qm̄ dicis q̄ non qz electio est appetitus p̄consiliati. ¶ Dico q̄ non ita describitur electio sed appetitus intellectiu⁹ describitur. ¶ Et dico q̄ bene est intellectiuus p̄ tanto qz p̄supponit aliquē actū circa obiectū in ratione saltē simplicis intelligentie ſm rationē ꝓpriam sed nō talis actus iudicatiuus hoc esse volendū vel eligēdum. Bene tū verū est ad hoc q̄ electio sit recta ꝛ ꝓprie vocata electio est appetitus p̄consiliati sed hoc nō impedit proposituz.

Ad. 4m

¶ Ad quartū pt̄z de appetitu sensitiuo ꝛ intellectiuo q̄ lz vterq̄ p̄supponat in suo actu aliquā noticiā de obiecto nō tū oportet q̄ sic omnino obiectū cognoscatur sicut appetitur et dato q̄ oporteret hoc de appetitu sensitiuo nō tū oportet de voluntate ratione libertatis ingenite quā non habet appetitus sensitiuus

¶ Ad primū de equalibus bonis patet q̄ nō oportet q̄ ratio dictet alterū p̄eligēdum. Sed voluntas stante iudicio q̄ equaliter sint eligēda pōt vnū eligere ꝛ nō aliud. ¶ Ad secūdum dico q̄ volūtas non est pure passiua respectu eorum: immo est actiua habēs in seipsa virtualiter suā determinationē ad quodcūq̄ sibi placuerit. ¶ Ad propositionē cōmentatoris q̄ cōtingēs ad vtrūlibet vel indifferentia nō inuenitur nisi in potētijs passiuis. ¶ Dico q̄ si intelligit de mere passiuis falsum dicit. De actiuis vero q̄ in ipsis nō inuenitur cōtingēs ad vtrūlibet. Dico q̄ non dicit verū nisi forte intelligat de potētijs naturalibus que sunt determinate ad vnū Sed in potētia actiua ꝛ passiua libera dico q̄ est indifferētia formalis et determinatio virtualis sicut etiā oportet dicere cōmentatorem ꝛ dicit de voluntate q̄ habet determinare intellectū et planū est q̄ nō minus habet determinare seipsam. ¶ Ad tertium dico q̄ appetitus liber quicquid sit de sensitiuo ꝛ naturali non trahitur nec necessitatur ab appetibili nec determinatur: ꝛ ideo stante equalitate duorum appetibilium. Dico q̄ potest in alterū dimittēdo aliud quicquid sit de appetitu sensitiuo vl naturali de quibus ponūtur exempla Aristotelis.

¶ Ad primū de minori bono patet q̄ falsuz est cū nichil possit voluntas eligere nisi ſm iudiciū rationis. Ad scm dico q̄ minus bonū q̄tumcūq̄ maiori bono cōparatū habet rationē boni per se loquendo quia illa inter que fit cōparatio participāt ꝛ cōmunicant in forma. Verū est tamen q̄ per accidēs habet negationē maioris boni annexam ꝛ sic etiaz aliquo modo rationē mali ꝛ hoc etiā habet dato q̄ per intellectū non cōparetur maiori bono. Et isto modo oīnia pariter sunt aliquo modo mala habet: ergo per se rationē boni: licet sit minus bonū ꝛ ita potest eligi nō obstante q̄ malum per se non possit eligi vel appeti. ¶ Ad primū p̄o quarto dicto de ignorantia que necessario p̄cedit culpā cōmissionis. Dico q̄ assumit falsum q̄ voluntas nichil possit velle vel nolle nisi ſm iudicium rationis. ¶ Ad primā auctoritatem q̄ omnis malus est ignorans. Dico q̄ non video q̄ oporteat ipsum esse ignorātē vere ꝛ realiter: sed tm̄ interpretatiue: qz agit quasi ignorans. Unde nō puto q̄ dyabolus siue añ petm̄ siue post sit ignorans de peccato suo. ¶ Aliter dicitur q̄ Aristoteles verū dicit de hominibus: ſz ne sciens quid diceret q̄ omnes homines descēdentes ab Adam sunt percussi ignorātia quā incurrit homo ꝓpter primū peccatum. Sed hoc nō facit ad propositum. Potest eā hoc posito stare recte iudicium de aliquo ꝛ cū hoc voluntas eligere oppositū Aliter dicitur q̄ non oportet ignorātiam p̄cedere sed bene cōcomitatur vel sequit̄ peccatū sicut videtur innuere scriptura in Daniele. Concupiscentia decepit coz tuum ita q̄ cōcupiscētia fuit priorz similiter. Excecauit eā eos malicia eoruz. Aliter dicitur q̄ omnis peccās est ignorās: nō formaliter sed interpretatiue agēdo ac si esset ignorās. ¶ Ad secūdum dico q̄ Aristoteles dicit q̄ ꝓpter delectationē est deceptio. Sz illa deceptio nō p̄cedit actū malum: sed sequitur vel cōcomitatur et patet p ipsum q̄ non p̄cedit in incōtinēte: qz agit malū non persuasus. ¶ Ad tertium non cōsentit cū Socrate: immo ab eo plane dissentit. Bene tamē quesit si est optimū querere ꝓpter ignorantiam quis est modus ignorantie dubitatiue inquirēdo. An. s. sit ignorantia p̄cedēs vel consequēs: vel dici pōt q̄ hoc dicit non ſm dictū ꝓprium: sed repetendo dictum Socratis: vt inquirat de ipso. ¶ Ad illam rationē p̄o vltimis. Dico q̄ voluntas non est pure passiua respectu obiecti p̄sentati sicut ostēsum est supra. ¶ Ad auctoritatē Aristotelis de. 7. ethico rū dicitur q̄ Aristoteles soluit statim post dicēs q̄ oportet operari potētem non prohibitum ꝛ dico q̄ hec prohibitio vel impedimētum ne operetur est libertas voluntatis qua potest non velle quicquid p̄sentet ratio ꝛ quomodocūq̄ ad ipsum in p̄sentādo se habeat. ¶ Aliter dicitur q̄ qui sequitur passionem oportet q̄ iudicet seipsaz esse p̄sequendā nō formaliter ꝛ in actu sed interpretatiue quia facit malum ac si aliquis iudicās. Sicut quicūq̄ peccat mortaliter dicit interpretatiue deum velle non esse ꝛ non vult sibi obedire pluſq̄ si non esset. ¶ Unde etiam Aristoteles per hoc q̄ dicit non prohibitum

uat intelligere q̄ cum iudicio stante in vniuersali ꝛ in particulari stat non operari nec p̄sequi dictatum vel iudicatum. ¶ Aliter dicitur q̄ non sequitur cōsestim operari etiam vi iudicij rationis sic q̄ necessario nisi in incontinente vel in intemperato affectato male circa dictatum ꝛ ita quia voluntas dimittit se succumbere primo confestim sequit̄ operari non ad dictamē vel ex vi dictaminis sed ex malicia voluntatis. vnde si voluntas non staret nō sequeretur operari ꝓ toto posse rationis. Sed quia voluntas corrupta est primo vel circa finem vel circa dictatū ad finem stante iudicio ꝛ ista corruptione voluntatis necesse est confestim operari. Aliter dicitur q̄ si Aristoteles intendit sicut alij imponūt sibi q̄ ipse dicit falsum ꝛ contradicit sibīpsi in auctoritatibus superius allegatis: ꝛ in ista quā nunc allegant qđ non est putādum: ꝛ ideo auctoritas est exponenda. Hec de tertio articulo.

Quātum ad primū p̄rincipa/

Ad p̄mā ratio. p̄ci.

le dico q̄ maior est falsa. Licet enim appetitus rationalis nō possit aliquid nisi primo aliquo actu rationis de obiecto potest tamen multa contra iudicium rationis.

Ad secūdam.

¶ Ad secundum dico q̄ voluntas non est talis inclinatio sicut tu imaginaris sequens formam apprehēsam necessario ꝛ naturaliter sicut appetitus naturalis lapidis deorsum. Sed est potentia quedā libera distincta a ratione potēs agere cōtra rationem ꝛ ſm iudicium rationis licet p̄supponēdo aliquē actum rationis de obiecto ꝛ dico q̄ hoc pertinet ad libertatē talem creatā de scientiaz cuiusmodi est libertas voluntatz create per idē pater.

Ad ter.

¶ Ad tertium quādo dicis de libertate dei circa creaturas q̄ habet libertatem continentie que tamen nō potest aliquid contra iudicium rationis.

Ad q̄r.

¶ Dico q̄ verum est qz habet libertatem impeccabilem non sicut nostra voluntas. ¶ Ad quartum de cur voluntatis ī volendo quero a te quid voces cur voluntatis vel vocas cur ipsum finem actū actus ꝓprie quē vl vocas cur ipsum efficiens volitionis vel vocas ipsum cur obiectum volitionis vel nolitionis. Si primomodo tunc dico q̄ potest habere talis aliquem finem valde bene sicut si esset ſm iudiciū rationis finē dico intentū a volente. Si secūdo modo adhuc volūtas habet cur id est ipsa volitio ꝛ istud cur est libertas voluntatis vel volūtas ipsa que est cur effectiuum sui actus siue sit ſm iudicium rationis siue cōtra ꝛ hoc vel sicut causa partialis vel sicut causa totalis. Si tertio modo dico q̄ voluntas etiā habet cur: quia habet obiectū apprehēsum non obstante q̄ velit vel nolit contra iudicium apprehendentis ipsum: ꝛ sic semper voluntas habet suum cur aliquo modo.

¶ Distinctionū. xxvj. xxvij. ꝛ xxviij.

¶ Questio Unica.

vtrū gr̄a gratū faciēs sit in essentia aie vl in potentia ſic ī subiecto per se immediato.

Circa istas distinctiones quero de gratia vnaz

questionē. s. Utrum gr̄a gratum faciens sit in essentia anime vel in potētia sicut in subiecto per se in mediato. Videtur q̄ in essentia ꝓximo ꝛ immediate. ¶ Pꝛimo sic. qz ſm Augustinū de gratia ꝛ libero arbitrio gratia p̄euenit bonā voluntatē ꝛ sperat eā. Sed si gratia nō esset in essentia anime sicut in subiecto nō p̄eueniret voluntatē: sed magis sequeretur ipsam sicut accidēs suum subiectum. Si autē ponatur in essentia anime: tunc p̄eueniret ipsam voluntatē ꝛ est ꝓior sicut essentia ꝓior est q̄ potētia: ergo ꝛc.

Scdo arg. ad id

¶ Secundo sic. Habitus gratuitus nō videtur necessarius nisi ꝓpter distinctionē illius ī quo ponitur ad talem actum. Sed essentia est maxime indeterminata ꝛ indigēs determinatione: ergo gratia ponenda est in ea.

Tertio.

¶ Tertio sic. Gratia dat esse supernaturale. Esse autē primo ꝛ immediate respicit essentiam Primo enim datur rei esse ꝛ postea forme actiue ꝛ operatiue. Sic videtur esse de gratia ꝛ virtutibus in p̄posito.

Quarto

¶ Quarto sic. Actus gratie non est aliqua operatio vel actus elicitus: sed tm̄ esse gratuitum vel gratū actus. s. formalis. Sed actus potētie est operatio ꝛ actus elicitus. non autē essentie ergo ꝛc.

Contra Gratia et caritas

arguo ꝓ pte negeiusdem membri.

sunt eadem forma realiter sicut dicetur infra. Sed caritas primo ꝛ immediate est in potentia puta in voluntate. ergo ꝛc.

In ista questione sic proce/

dam. ¶ Primo inquirā vtrum gratia gratum faciens sit aliquid absolutum positiuum in grato.

¶ Secundo vtrum illud positiuum absolutum sit idem cum caritate ꝛ an sint eadem forma essentialiter. ¶ Tertio de questione vtrū gratia sit in essentia anime vel in potētia imediate sicut in subiecto.

¶ Quarto vtrum sit principium merendi vitā de condigno.

Quātum ad primū articu/

lum videtur aliquibus posse dici q̄ gratia gratum faciens nō est aliquid absolutū in grato: sed tātum aliquid respectiuum. ¶ Hoc probatur primo quia ſm ipsos hominē esse gratum nō dicit nisi denominationem extrinsecā a diuino beneplacito quo cōplacet sibi in isto ꝛ diligit eum ad premiū vite eterne. ¶ Unde ꝛ persona dicitur grata quā deus acceptat ad vitam eternā. Sed hoc non dicit aliquid positiuum absolutū in grato vt patet sicut nec sanū in vrina: g ꝛc.

Scda rō

¶ Secundo sic. Aliquis de non grato alicui fit sibi gratus sine aliqua mutatione facta in ipso per solam volūtatem ꝛ acceptationē illius cui sit gratus. ergo similiter de non grato fit aliqs gratus deo sine aliqua mutatione facta ī ipso. Sed hoc non esset si gratia diceret aliquid absolutū: ergo ꝛc.

Tertia.

¶ Tertio sic. Gratia dans esse gratī ex parte grati non videtur dicere nisi acceptationē passiuam alicuius ab ipso deo actiue acceptante. Sed hoc nō dicit aliquid positiuum absolutum sup acceptatum: immo solum respectū: ergo ꝛc. Maior patet: quia posita acceptatione passiua hominis advitam eternā ponitur homo esse gratus quocūq̄ alio circūscripto.

Quarta

¶ Quarto sic. Deus acceptat hominē ad cōsequendum gratiam de congruo sine omni positiuo absoluto superaddito illi: vt patet qz alioqui esset processus in infinitū in gratijs: ergo similiter videtur q̄ acceptet aliquem ad consequendum gloriam de condigno sine aliquo absoluto superaddito. Sed hoc nō est nisi facere talem gratū: g gra-

tia non dicit aliquid absolutū. Frustra esset ponere dicere aliquid absolutū ex quo totū potest fieri per respectum. Gratia enim non videtur nisi quedam rectitudo aīe supnaturalis. Rectitudo autē nō dicit aliquid absolutum quare ꝛc. Sz dico ꝛ teneo ꝙ licet nō possit efficaciter ostendi ꝙ gratia sit aliqd positiuum absolutū in grato ꝙ nichilominus sicut tenent cōmuniter doctores ꝛ sancti ꝙ gratia dicit aliquē habitum positiuum absolutum de p̄dicamēto qualitatis. Ad hoc adduco aliquas persuasiones tales. ¶ Primo sic. Econtrario se habet acceptatio diuina ad nos ꝛ acceptatio nostra ad alios. Sz quando aliquē acceptamus vel aliquid illud acceptatum per modum obiecti causat in nobis actum acceptādi vel amādi ipsum qui est aliquid positiuū absolutū: ergo ecōtrario quādo deus acceptat nos primo ad gloriam ipse causat in nobis aliquid positiuum absolutū infusum: ꝛ hoc nō est nisi causando in nobis gratiaz vt videtur. ¶ Secōo sic. Illud qđ est simpliciter nobilius in grato ꝫ sit fides et spes est aliquid positiuum absolutū. Patet qz illa sunt aliqua positiua absoluta ī nobis. Sed gratia est aliquid simpliciter nobilius ꝫ fides ꝛ spes vt patet: ꝫ ꝛc. ¶ Tertio sic. A contradictorio in contradictorium nō est trāsitus nisi per mutationē patet. 5. phi sico. Sed in gratificationē impij est transitus a cōtradictoriū a non esse gratuz ad esse gratū: ergo est ibi aliqua mutatio sed illa mutatio nō videtur terminari nisi ad aliqd absolutū ꝛ illud nō est nisi gratia: ꝫ ꝛc. ¶ Quarto sic. Impossibile videtur ꝙ per aliquid respectiuum sit aliquis condignus vt cōsequatur aliquid absolutum. Sed gloria est aliqd absolutū ꝛ per gratiā fit aliquis dignus gloria vt videtur saltē sm ordinationē diuinā ꝛ licet nō ex natura rei: ergo ꝛc. Dico igit ꝙ gratia gratū faciens vel dās esse gratū quomodocūq; intelligatur illud est aliquid positiuum absolutū. Sed hoc teneo magis ex cōmuni doctrina sanctorū qui hoc videntur sentire ꝛ oēs doctores ꝫ propter predictas rationes de quibus nō credo ꝙ efficaciter concludant. Tamen soluo ad rationes aliorum: quia nec necessario etiā concludunt oppositum. ¶ Quādo dicit in prima ꝙ gratia non dicit nisi denominationē extrinsecam ab acceptatiōe diuina actiua ¶ Dico ꝙ non est verū: sed dicit aliquid absolutum positiuuz causatū ab ipo acceptāte in mēte acceptati. ¶ Ad secundum diceretur ꝙ aliquis non fit de non grato gratus nisi per aliquam mutationē factā in aliquo quodcūq; sit illud vel in acceptāte vel in acceptato vel in aliquo alio. Unde ꝛ aliqua mutatio fit in acceptante modo qui prius nō acceptabat. Modo dico ꝙ ī acceptāte deo nō potest fieri mutatio. igitur oportet ꝙ in acceptato qui fit de non grato gratus vel in aliquo alio sed nō est ita probabile ꝙ in alio sicut in acceptato fit: ergo aliqua mutatio in ipo ꝛ probabilius videtur ꝙ terminetur ad aliquid absolutum ꝫ ad respectiuum. Ideo dico ꝙ pbabilius est dicere gratiam aliquid absolutū. ¶ Ad tertiuz dico ꝙ maioz est falsa. Non enim sm ordinationē dei positam quē cognoscimus ex sentētia doctorum esse gratiam tm modo dicit ecce acceptum deo passiue vel obiectiue licet absolute sit hoc possibile: sed hoc includit esse subiectum gratie alicuius habit⁹ positui absoluti. ¶ Ad quartū dicitur ꝙ licet absolute loquēdo deus possit acceptare sic ad gloriaz non infundēdo aliquid positiuum absolutum tamē de facto nō fit ita ꝛ rationabiliter: qz acceptatio ad gloriā est ad aliquid pfectius ꝫ acceptatio ad primā gratiam de congruo ꝛ ideo rationabile est ꝙ sit sm aliquid absolutū. Nō sic autē illa. ¶ Preterea etiā deus acceptat bene ad gratiā de congruo mediāte aliquo positiuo absoluto vt mediāte actu naturali disponētis se ad gratiam cōsequēdā. ¶ Ad vltimū qđ tangit ꝙ gratia nō est nisi rectitudo supnaturalis vel pulchritudo vel sanitas anime et ista nō dicunt nisi respectus. Dico ꝙ licet ista super formas naturales absolutas in quibus constitūt forte nichil dicant absolutū in cozpozibus tū gratia dicit aliquid absolutum: quia dat esse supernaturale tale qđ non videtur dicere nisi aliquid absolutū positiuum preter animā consequētem in qua est sicut in subiecto. ¶ Preterea etiā istud est argumētum parabolicū vel metaphoricum qđ nichil concludit Sic etiā gratia dicitur talia predicta sicut christus dicitur leo vel lapis angularis sm aliquā similitudinē. Ex quo patet ꝙ non pōt concludi ꝙ christus sit vnum bzutū sicut leo nec aliquid insensibile sicut lapis. Hec de primo articulo.

Ad quintam.

Ad sm arti. ꝗstio.

¶ Quantum ad secūdum articulum est opinio aliquorum que reputatur cōmuns ꝙ gratia et caritas non sunt eadem forma essentialiter sed due forme absolute essentialiter distincte quarum vna est in substantia mentis sicut ī subiecto et alia in potentia voluntatis. Nihil vnum ꝛ idem est prius naturaliter et posterius seipso. Patet. Sed gra est naturaliter prioz caritate. ¶ Primo quia caritas est quedam virtus: virtus autē est dispositio perfecti sm naturam. s. existētiam naturalem sm Aristotelem. Cum ergo caritas sit virtus mētis ipsa presupponit animā vel mētem in esse p fecto. Sed mens nō est perfecta nisi per gratiam: ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. Sicut se habet forma naturalis dans esse naturale ad virtutē naturalem dās operari naturaliter ita forma supnaturalis dās esse supernaturale ad virtutē supernaturalē. Sed ille differūt realiter ꝛ essentialiter sicut forma a forma sicut in igne differunt sua forma substātialis et sua vis actiua qua operatur vt calefacit puta caloz ergo sic etiā in proposito. Cum ergo gratia sit forma dās esse supernaturale ꝛ caritas sit virtus dās operari meritozie ꝛ supnaturaliter videtur ꝙ realiter distinguātur. ¶ Tertio sic. Dilectio ad alterum necessario presupponit aliquā similitudinē diligentis ad dilectum: quia fundatur sup ipsam. Sed caritas est dilectio habitualis ad deū: ergo presupponit in diligēte ad ipsum deū. Sed illa similitudo nō est nisi per gratiā. ergo caritas presupponit gratiā Sed nichil presupponit seipm: ergo caritas nō est gra. ¶ Quarto sic. Sicut essentia ad potētiam sic caritas ad gratiā: qz sicut ex essentia aīe fluūt potētie: ita ex gra fluūt virtutes. Sed essentia ꝛ potētia aīe realit ꝛ essentialit distinguūt sicut subiectū ꝛ accidēs: ꝫ ꝛc. ¶ Quinto quia inclinatio sequēs aliquā formā realiter differt ab ipsa. Sed caritas nō est nisi quedā inclinatio ꝓfis gratiā in aīa: igit ꝛc. ¶ Itē sicut virtus ꝛ caritas respicit potētiā sicut subiectū ita gratia respicit essentiā vt videt. Sz potētia ꝛ essentia nō sunt idē que sunt subiecta: ꝫ nec caritas ꝛ gra. ¶ Sed ꝫ istud michi videt dicendū ꝙ gratia ꝛ caritas sunt idem habitus ꝛ eadem forma essentialiter ꝛ eadem forma simplex. ¶ Ad hoc adduco primā rōnem. Quicūq; sunt due forme absolute essentialiter distincte quarū neutra includit alteram deus pōt facere vnam sine altera indifferēter quia hoc nullā implicat ꝓtradictionez. Sz deꝰ nō potest facere caritatē sine gra nec ecōuerso. tūc enim posset facere ꝙ aliquis simul esset dignus vita eterna ꝛ indigꝰ vita eterna: qz si faceret gratiā sine caritate per gratiam esset dignus qz acceptus ad vitā eternam ꝛ ppter defectum caritatis eēt indignus ꝛ reus pene eterne ꝛ per ꝓns simpliciter nō dignus qz sola caritas diuidit inter filios regni ꝛ filios perditionis. 15. de trinitate. ergo simul eēt dignus ꝛ non dignus quod est cōtradictio. ¶ Secūda ratio. Caritas sm Augustinum est donum dei excellentissimum. 15. de trinita. Tunc arguo. Illō qđ est donum sufficientissimū dei ꝛ excellentissimū in mente est idem cū caritate. Sed gratia ē huiusmodi ppter quod dictum est paulo. Sufficit tibi gratia mea. Sed qūo sufficeret gratia nisi esset donuz perfectissimum ꝛ excellentissimū. ergo ꝛc. ¶ Tertia ratio est ista. Illi habitus quoꝝ est idem actus primus vel dare idem esse ꝛ idem actus scōs. puta idem operari sunt vna forma essentialiter. Sed sic est de caritate ꝛ gratia. Hā esse carū ꝛēē gratū idē sunt. Caris enim grece idē ē quod gratia latine. ꝛ sic etiā esse carum ꝛ esse gratū. Similiter de actu scōo qui est operatio. Dico ꝙ actus vtriusq; est diligere deū meritorie. Gratia enim per se respicit meritum ꝛ confertur ad merendū sm Magistrum in presenti distinctione. Et planum est ꝙ actus iste est prio meritorius inter omnes actꝰ ꝛ est actus caritatis. ergo ꝛē. ¶ Quarta ratio est ista frustra fit ꝙ plura quod potest fieri ꝑ paucioza. Sed omnia que dicūtur de gratia ꝛ caritate possunt saluari ꝑ vnā formam simplicem sicut patebit soluendo ad rationes ergo ꝛc. ¶ Dico igitur ꝙ gra ꝛ caritas sunt vnꝰ habitus ēntialiter sic dupliciter nominatus. Gratia enim est illud qđ summe placet deo in homīe qz est illud ꝙ quod acceptat ipm quōcūq; itelligatur Et similiter caritas ē illud qđ summe diligit a deo ꝛ placet sibi in homine ꝛ amatur qz est redamatio quedā ipsius dei. Dicitur autē iste habitus vnicus gratia inꝺtus vat esse gratū: sed dicitur caritas ꝑ quāto inclinat vel disponit ad actum scōm qui ē diligere deū ex caritate. ¶ Ad primū aliorū. dico ꝙ caritas nō presupponit gram nisi sm rōnem ꝑ tanto qz prius forma vat actū primū ꝫ actuz scōm vel ad ipm inclinet. Tu dicis caritas est virtus ꝓcedo Ita dico de gratia. Quādo dicis vltra ꝙ virtꝰ presupponit subiectū perfectū. Verū est sm naturam nō sm aliquē habitū: qz tunc in qualibet potentia esset habitus ante habitū in infinitū vel saltē aliqs habitus ante actum virtutis. ¶ Ad secundum dico ꝙ eadem forma naturalis dat eē naturaliter sm modum suum ꝛ operari sicut idem caloz dat esse calidum ꝛ est principium calefaciendi ꝛ eadez forma substātialis ignis dat esse ignē ꝛ generatiuū ignis sic in proposito eadē forma dat voluntati esse carū vel gratū ꝛexpari ex caritate. ¶ Ad tertiū nō opz ꝙ dilectio dei habitualis sm caritatem presupponat similitudinē mentis ad deū sm aliquā aliā formam a caritate sed bene ꝓsupponit dilectio actualis meritoriam aliquam similitudinem mentis ad deum secūdum habitum caritatis ꝫ est idez cū gratia ꝛ tūc dico bene ꝙ caritas ꝛ acꝰ diligendi meritorius ēntialiter distinguitur sed nō gratia ꝛ caritas. ¶ Ad quartū dico ꝙ illud dictū est nullū ꝙ ex gratia fluāt virtutes qz gratia ipa est excellētissima virtus que est caritas. Hec etiā ex aīa fluunt potentie imo ipa aīa est substātialiter idem cuz potentijs ipsis ptinētibus ad ꝓposituz. ¶ Nota hic quia nihil est dictu virtutes fluere ex gratia qz nō pōt intelligi nisi de effectiuo pncipio. Et planū est ꝙ ꝺtutes infuse nō fluūt sic a gratia prio qz ht̄ur per creationē. ¶ Secūdo qz summa illarum virtutum puta caritas est ipsa gra. ¶ Tertio qz cuz ille flurus esset naturalis ꝛ necessarius fides ꝛ spes nū ꝫ essent sine gratia sicut sine pncipio ex quo fluerent. ¶ Per istā rōnem potest ꝓbari idem de virtutibus adquisitis. ¶ Secōo qz tūc nulla virtꝰ posset adquiri a baptisato ꝫ diu esset in gratia. Similiter etiā de potentijs. Dico ꝙ nihil est dictu ꝙ fluant ex essentia: qz sicut dixi ī primo. Potētie supiores sunt anime cōsubstātiales nec habētur etiā nisi per creationē virtutes. ergo licet formētur ꝑ gratiam ꝓcomitātem nō tamē fluūt ex ipsa. quare ꝛc.

Contra ꝓ cedētem opi. instatur rōni ꝛ auctō.

Rōn ad rōez ꝓcedēn. opi. oppositē

¶ Ad ꝗntum dico ꝙ est pabolicū dictū ꝙ caritas sit inclinatio nisi sicut forma habitualis pōt dici inclinatio ꝛ dato ꝙ sic sit inclinatio nō tū seqtur gratiam sed ipamet gratia. Unde nō video etiaz ꝙ inclinātio in alijs dicat aliqd reale ꝓter formaz inclinantē qua intelligitur sequi sm rōnem. ¶ Ad vltimū dico ꝙ Si sic se haberēt gratia ad virtutes sicut essentia ad potentias tūc virtutes puta fides non possent esse sine gratia nec sine se inuicem sicut nec potentie sine aīa nec aīa sine potentijs nec ipe sine seminuicem et ideo dico ꝙ non est similitudo nec cōparatio queniēs ꝛ maioz est falsa qz gratia ē aliqua virtꝰ scz caritas indistincta re ꝛ rōne ab ipa extra intellectū: dico nō sic aīa cū aliqua potētia ē eadē. Preterea qñ dicitur in minori ꝙ aīa ꝛ potētie differūt essentialiter sicut subiectum ꝛ accidēs. Dico ꝙ falsum est ꝛ dato ꝙ esset verū deberet concludi ꝙ gratia est substātia sicut aīa. Et hec de secūdo articulo.

Refellit opi. ꝓcc.

¶ Quantuz ad tertium articulum. Est vna opinio ꝙ gratia est in eēntia anie sicut in subiecto. ¶ Hoc probant. Tum qz gratia ponitur ad reformandum ymaginē trinitatis pncipalius consistit in vnitate essentia ꝫ in potentijs ipsis. Tum quia essentia est prius accepta ꝫ potētia vel opera potentiaruz. Genesis quarto. Respexit deus ad Abel ꝛ ad munera eius. Hoc autez nō est nisi per gratiā ¶ Tum quia per gratiam iustificatur ꝛ etiā reducitur mēs in deum ꝛ ꝙ cōsequēs primo illud quod primo egreditur vel principiatur a deo eēntia aūt est huiusmodi nō potētia. ¶ Tuz quia gratia semper est in actu suo non autem potētia igitur non est in potentia sed in essentia. ¶ Tū quia agens principale magis debet ꝓfici respectu actionis ꝫ instrumētale. Essentia aūt est pncipalis potentia vero instrumētalis in agēdo. ergo ꝛc.

Opinio tenens gram eē in eēntia anime.

¶ Ista opinio est falsa ꝛ arguo ꝓtra eā. Tū qz gra ꝛ caritas sūt idē hit⁹ ꝛ eadē forma. Sz caritas ē in voluntate primo ꝛ mediate etiā sm ipos ergo ꝛc.

¶ Tum quia si gratia eēt prio in essentia tūc actꝰ mediatioz essentie ꝛ ꝓpinquioz eēt prio meritorio

ꝛ sic actus intellectus esset primo acceptus ꝙ gratiam ꝛ meritorius per ꝙsequens ꝯ actus voluntatis quod est falsum. ¶ Tum quia si sic esset primo in essentia tunc indifferenter respiceret actū cuiuslibet potētie sicut ꝛ essentia cōmuniter respicit quēlibet actum. Sed hoc est falsum tunc enim sequeretur ꝙ quocūq; potentia posset habere actum etiaꝫ circūscripta volūtate ꝛ actu ei⁹ posset habere actū meritorium quod est omnino falsum tūc enim si nō esset liberum arbitrium in actu nihil minus actus intellectus vel potentie sensitiue esset meritorius. ¶ Tum qꝛ gratia ꝛ gloria vel sunt idem vel gratia est dispositio ad gloriaꝫ ꝛ per ꝙsequens ad ideꝫ subiectum primum pertinent. Sed gloria cum sit habet pro ꝛmediato subiecto potentiam. ergo gra quare ꝛc. ¶ Tum qꝛ habitus qui ponitur ad determinante operandum non potest poni ꝛmediate nisi in potentia nō autem in essentia. Nam potētia immediate respicit operationem ꝛ determinante non autem essentia. Unde eēntia ipsius vt sic nullo mō est operari nec aliquis habitus: habitus essi ē quo quis operatur cum vult ꝑm Cōmentatorem tertio de anima. Sed gratia in genere habituꝫ ponitur ad determinatū actum merendi ꝛ proficiendi ad vitam eternam ꝑm Magistrum in littera ergo est ꝛmediate in potentia ꝛ nō in essentia. ꝓre ꝛc. ¶ Tū quia gratia expellit peccatum de potentia que ēvoluntas. ergo est in ipsa. ¶ Sexto quia gratia expellit peccatum de potentia que ēvoluntas. ergo est in ipsa. Iste rationes concludunt ꝑm illa|que tenemus non de actu meritorio ꝙ primus est actus voluntatis ꝛ ꝙ gratia directe ꝛ ꝑ se ponitur ad actuꝫ merendi necessaria ꝑm ordinationem diuinam que nunc ꝛ precipue supposito ꝙ gratia|et caritas sint idem sicut supra est ostensum. quare ꝛc. licet forte possent solui stante vel posita alia ordinatione diuina de actu merendi. Nam posito ꝙ gratia eēt in essentia ꝛ nulla esset caritas vel si esset poneretur ī essentia anime cum gratia quia non video ꝙ de necessitate sit ponēdus aliquis habitus ad merendu nec ad actum beatificum nec in essentia nec in potentia ex natura rei sed tantum ex ordinatione diuina et ita etiam potest poni habitus vbicūq; placet deo vel ī essētia vel in potentia. Et tunc si ī eēntia poneretur diceretur adhuc ꝙ primus actus merēdi esset actus voluntatis elicitus ab habente gratiam in anima ꝛ deinde alij actus imperati. Et ex istis patet ꝙ omnia argumenta absolute nō cōcludunt. ¶ Ad primum aliozum de ymaginatione dico ꝙ nō est ponere quartum habitum qui est perfectio essentie ꝑm vnitatem suam licet pertineat ad ymaginationē qꝛ essētia vt essentia nō opaꝫ ꝛ ideo non oportet ponere in ipsa habitum sed sufficit ꝙ in potentijs. Nec oꝫ ponere similitudinē per omia alioquin multa sequerentur etiam contra eos sicut contra me. Ad secunduꝫ dico ꝙ potentia prius est accepta ꝯ essentia ꝛ essentia nō nisi mediāte potentia. ¶ Ad probationem de Abel. Dico ꝙ deus respexit ad Abel quia ad suam potentiam volitiuaꝫ ad bonum actum eius interiozem ꝛ postea ad mūera eius exteriora Non sic ad Chaym. Et ita patet ꝙ non est ad propositum qꝛ si aspexisset ad Abel ꝓpter essentam aie cū essentie vt sicut non sic dū operari pari ratione posset aspexisse ad Chaym. ¶ Ad tertium dico ꝙ non est necessarium ꝙ illud quod immediatius exit a deo ꝑm esse nature immediatius reducatur in deum in esse gratie quia creatura rationalis nata est cooperari per suas potentias reductioni eius in deum ꝛ ideo ꝛmediati⁹ reducuntur potentie ꝯ essentie. ¶ Ad quartum dico ꝙ gratia non semper est in actu suo. Secūdo sicut nec potentia vel caritas ipsa cum qua est idem bene tamē semper est in actu primo vandi esse gratum vel carum. ¶ Ad quintum dico ꝙ essentia vñ essentia nullo modo est actiua in ratione principij quo sed prima actiuitas cōuenit sibi per potentiaꝫ ipsam ꝛ ideo currit ex falsa ymaginatione. scilicet ꝙ essentia sit principale ꝛ potentia secundarium agens. Hec de tertio articulo.

Rñr ad rōes opi. precedē.

¶ Quantum ad quartuꝫ ar/

ticulum. Inquiro vtrum habēs gratiam possit mereri vitam eternā de condigno. Et de hoc dicit vn⁹ doctoꝛ ꝙ duplex est hic opinio vna dicentiuꝫ ꝙ nō Alia est aliozum dicentium ꝙ imo. Ratio primoꝫ est qꝛ cōdignitas ꝓmij ad meritum. ꝛ econuerso attenditur penes equalitatem valoris ꝑm rectam estimationeꝫ. Hoc autem nullo modo est in propositio quia tale ꝓmiuꝫ solūmodo traditur ꝑm liberalitatem dantis. ergo ꝛc. Ipse autem doctoꝛ tenet cū vtriq; ꝙ in aliquo verū dicunt tamē verius dicūt illi qui dicūt ꝙ homo potest mereri per gratiaꝫ ex condigno. ¶ Ad primi verum dicāt probat: quia equalitas sicut dicit duplex ē. vna quātitatis ꝛalia ꝓportionis loquēdo de equalitate: quātitatis impossibile est ꝙ actus nostri meritorij qui sunt finiti equantur primo beatitudinis q̄ ēaliquo mō infinita saltē ratione obiecti diuini. Et isto mō verū dicunt primi ꝙ ex condigno nō potest habens gratiam mereri gloriam de condigno. ¶ Secūdum ꝓbatur ꝙ alij verius dicant ꝛ melius: quia meritum ꝛ ꝓmium nunq; debent equari ꝑm equalitatem quātitatis: semper enim ꝓmium debet esse maiꝫ bonum merito. Debet ergo esse inter ipsa equalitas proportionis que attenditur in iusticia distributiua ꝑm philosophum quinto ethicozum. Equalitas enim proportionis geometrice in ea reseruatur non autem arismetice. Modo ita est ꝙ inter ꝓmium glozie et meritum gratie: vel ex gratia aliqua proportio est ꝛ equalitas proportionis. Nam sicut virtute nostra naturali ꝛ actu meremur aliqd ꝓmū excedēs meritū ī valoze ꝛ ꝓmiuꝫ tpale qd tñ nō excedit facultatē nr̄aꝫ. Ita videt ꝙ ēm gratiaꝫ que est donum supernaturale ꝛ opera formata per ipsam possumus mereri ꝓmiuꝫ glozie supernaturale excedens simpliciter facultatem nostram ꝛ de condigno. ¶ Confirmatur hoc per apostolum secundo ad Thymotheum quarto. Reposita est michi corona iusticie. ꝛc. Sed dico sicut dixi Distinctione decimeseptime. ꝙ nulla condignitas est meriti ad premium ex natura rei nec equalitas quantitatis nec proportionis ꝙ non cōdignitas equalitatis. Patet quia secundum omnes meritum nostrum equare non potest in valoze premio vite eterne. ¶ ꝙ non proportionis etiaꝫ hoc probo. Primo sic. Apostolus ad Romanos octauo. Dicit ꝙ non sunt condigne passiones temporis ad futuraꝫ gloriam que reuelabitur in nobis intelligens hoc de actibus meritorijs ēm gratiam. Nam ꝛmediate

due opi. q. an hīs gr̄aꝫ pos sit mereri vitam eternam de condigno.

De eqlitate ꝓdi.

De proportione cōdigni. ad meritum.

dicit de existentibus in gratia ꝙ si filij dei ꝛ heredes. Heredes quidem dei coheredes autem christi Et statim sequitur illud quod allegatum est supra Sed planum est ꝙ non intelligit apostolus de condignitate que est secundum equalitatem quantitatis quia etiam isto modo merituꝫ temporale nō est condignum premio temporali quia premium semper est maius. Nullus enim meretur nisi intendēs maius. Unde non dicimus ꝙ commutātes res tantas mereantur ipsa quia accipiunt tantum pro tanto. ergo intelligit de equalitate proportionis.

¶ Secundo sic omnis qualitas q̄ est meriti ad premium est proportionis ꝛ non quantitatis. Sed cō dignitas negatur ab apostolo: ergo et talis condignitas. ¶ Tertio sic. Si esset equalitas etiam proportionis ex natura rei deus constitueretur debitor tanti ex necessitate alicuius doni creati. Sed hoc est falsum ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. quia quicq̄d faciat homo totum est debitum. ergo secundum talem condignitatem nihil amplius meretur. Probatio antecedētis. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus. ¶ Ultimo sic. Caritas vl̄ gratia ex natura rei nichil faciunt ad meritum sicut dixi in primo: nec ad ipsum necessario requiruntur. Sed tale quid non potest facere condignitatem meriti ex natura rei. ideo ꝛ cetera. Dico ergo ꝙ condignitas meriti ad premium nulla est ex natura rei ꝛ ex vi gratie vel actus sed ex sola voluntate diuina sic ordināte ꝛ promittente tale premiū pro tali merito sicut alicui promitteretur regnum pro leuando festucam si leuaret festucaꝫ deberetur sibi regnum non ex condignitate actus leuandi festucam sed ex promissione promittentis. Ad apostolum ergo respōdeo ꝙ corona erat sibi debita ex condignitate promissionis diuine non ex necessitate gratie vel actuum suorum que esset in eis ex natura rei: sed tantum ex auctoritate ꝓmittentis.

¶ Ad primum principale di/

co ꝙ gratia preuenit bonam voluntatem ꝛ preparat que scilicet est actus bonus meritorius: quia prioz est actu meritorio de condigno. Non autem est prioz voluntate pro tanto quia sit in prioꝛi subiecto vel si forte accipiatur gratia pro beneplacito dei gratuito. Tunc planum est ꝙ est prioꝛ voluntate ꝛ preparat ipsam effectiue ad bene volendum infundendo sibi gratiam gratum facientem.

¶ Ad secundum. Dico ꝙ licet essentia sit indiuisibiliter plusq̄ potentia non tamen est diuiduabilis ad operationem eliciendā sed magis potentia ipsa. Et ideo dico ꝙ non est ponenda gratia in ipsa vel aliq̄s habit⁹: is solū in potentia ipsa. ¶ Ad tertiū Dico ꝙ gratia dat esse supernaturale ad operandum. Et tale esse non respicit essentia sed potentia ipsa. ideo ꝛc. ¶ Ad quartum dico ꝙ gratia nō semper est in actu suo secundo sicut nec caritas cuꝫ qua est idem licet semper sit in actu primo vandi eē gratum sicut ꝛ caritas vādi esse carum aliquo modo quādiu inest subiecto: et ita gratia pertinet ad potentiam sicut ꝛ caritas non autem ad essentiam sicut nec caritas. ꝛc.

¶ Distinctionis vigesimenone. Questio Vnica.

Utrū iusticia oriꝫ ginalis fuerit aliqd donū supernaturale.

¶ Circa istam distin/

ctionem quero. Utrum iusticia originalis fuerit aliquod donum supernaturale. Videtur ꝙ nō sed naturale. Si fuisset donum supernaturale tūc per illud potuisset mereri ꝛ ꝓficere quia fuisset efficacius quam donum per quod homo potuit stare sicut erant angeli. Nam in hoc facile videtur de homine ꝛ de angelo. Et similiter videtur ponere. Magister. Sed planum est secundum Magistrum ꝙ homo per iusticiam originalem non potuit mereri ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. Adam fuit vulneratus ꝑ peccatum in naturalibus secundum illam parabolam Luce decimo. Homo quidem descendebat ab Jerusalem in Jherico. ꝛc. Sed illa vulneratio nō potest intelligi nisi pro amissione originalis iusticie vt videtur. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Voluntas Ade secundum sua pura naturalia habuit aliquaꝫ rectitudinem quia nullam curuitatem ꝛ planum est ꝙ ab origine habuit eam. Sed rectitudo originalis nō est nisi iusticia originalis. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Anselmus de libero arbitrio capitulo decimoseptimo. Dicit ꝙ liberum arbitrium est potestas seruandi rectitudinem propter ipsammet rectitudinem ꝛ hoc maxime debet intelligi pro statu nature integre. Sed posse saluare rectitudinem est posse saluare iusticiam ergo ex puris naturalibus habuit homo posse seruare iusticiam ꝛper ꝙsequēs originalem iusticiam.

2o argꝰ ad ptem negati.

¶ Contra Adam post pecca/

tum perdidit originalem iusticiam. Sed non perdidit aliquod bonum naturale. Peccatuꝫ enim dyaboli fuit maius ꝛ grauius ꝯ peccatum Ade et tamen in angelo malo remanſit natura integra secundum Dionysium quarto capitulo de diuinis nominibus. ergo ꝛc.

Ad ptez affirma.

¶ In ista questione sic proce/

dam. ¶ Primo inquiraꝫ. Utrum iusticia originalis fuit donum naturale vel supernaturale. ¶ Secundo dato ꝙ sic. Utrum illud donum supernaturale fuerit gratia gratum faciens. ¶ Tertio vtrū per peccatum ꝛ spoliationē originalis iusticie fuerit Adam vulneratus in naturalibus et per quem modum.

Opi. hērici ꝙ pte affir. questi. ex q̄d ꝛ non simplr.

¶ Quantuꝫ ad primum Est

vna opinio Henrici. sexto quol. qui ponit ꝙ originalis iusticia per se intrinsece ꝛ directe nō dicit nec includit aliquod bonuꝫ supernaturale tamen bene cōcomitāter habebat annexum tale donū. Sūt ēm quinq; conditiones originalis iusticie. Quarū q̄tuor Magister ponit in ista disti. ꝛ Anselmus addit quintam de casu dyaboli capitulo tertio. conditiones quattuor quas ponit Magister. Non arguunt donum supernaturale. ¶ Prima enim conditio est ꝙ per ipsam homo non poterat mereri nec ꝓficere sic etiam nec per plura naturalia. ¶ Secunda conditio est ꝙ per ipsam originalem iusticiam potuit non mori ꝛ hoc etiam poterit esse in esse ex dono naturali qꝛ mors pena ē peccati qd̄ q̄dē pctm̄ non

Quinq; ꝓditiones originalis iusticie.

habuit ex naturalibus suis ab origie ꝓditiõis sue. Sicut enim i pura rectitudine naturali fuisset sine peccato. Ita z sine morte que ẽ peccati pena. Simi. liter etiam quia sicut ſtãte naturali rectitudine qua vires superiores fuissent deo subdite. Ita ẽtvires iferiores z elemẽta i corpe fuissent subiecta viribꝫ supioribꝫ z potuit aĩa ꝓtinere corpꝰ a corruptione

3ª ꝓditio ¶ Tertia conditio cõuenit cum prima z est q per

4ª ꝓdi. originalem iusticiam homo potuit stare z non proficere q non proficere in hoc est eadem cum prima Et patet vtraq; quia hoc conuenit voluntati ex defectu nature z insufficiẽtia ad merendũ. ¶ Quarta conditio est q iusticie originali cõseruande non sufficiebat liberum arbitrium nisi diuinum prẽberetur auxilium z ista non arguit supernaturalitatem: quia sic est etiam de omni dono naturali q ad

5ª ꝓditõ eius cõseruationem necessario requiritur diuinum auxiliuꝫ. Alioquin statim redigeretur in nihil omne creatum. ¶ Quinta conditio est de Anselmo q per eam homo semper potuit vitare peccatum. Et videtur esse eadeꝫ cum illa q per eam homo potuit stare. Et quãtum ad hoc tertia conditio z ista quinta bene arguunt aliquam supernaturalitatem alicui? doni ꝓpri. Homo enim erat ad tot obligatꝰ ex iure naturali ne aliquid penale incurreret corpori nec aliquid culpabile. Et ita ad sui perfectaꝫ custodiaꝫ q nisi deus preueniſſet eum non poterat semper vitare quin caderet saltem in peccatuꝫ obmissionis z licꝫ non commissionis z illa preuentio fuit per aliquod donum supernaturale infusum qõ directe non pertinet ad originalem iusticiam sꝫ annexe tantum et secundum acõmodationem nominis pro tanto quia sine tali dono non poterat vitare omnẽ peccatum z per consequens non incurrere curuitatem oppositam originali iusticie z mortem consequenter. Originalis ergo iusticia dicit oliquo modo duo. Vnum quod est rectitudo naturalis ipsius mentis sicut recte rectitudo virgule consergentis de trunco z aliud puta donum supernaturale aliquod eo mõ quo dictũ est supra. ¶ Qꝺ autem vtrumq; concurrat probatur de dono supernaturali de quo minus videtur.

¶ Primo quia alias amisso dono supernaturali posset stare rectitudo ipsa naturalis amisse illo dono supernaturali. Et tunc ex amissione originalis iusticie non incurreret quis peccatum nec esset debitor pene plusq; aliquis creatus in meris naturalibus quod est falsum. ¶ Secundo quia originalis iusticia que est ipsum peccatuꝫ originale priuat vel excludit vtrumq; scilicet tam rectitudinem naturalem quã donum illud supernaturale igitur originalis iusticia aliquo modo dicit vtrumq; eo modo quo dictum est supra. ¶ Dicit ergo iste doctor q preter donum supernaturale si quod est originalis iusticie oportet ponere in homine rectitudinem naturalem qualitatem quãdam que perditur q peccatum z incurrit curuitas quedaꝫ. Et ponitur exẽplum de virgula prius recta z postea curuata z sic per peccatum homo vulneratus est in naturalibus quia amisit illam naturalem qualitatem z incurrit curuitatem z spoliatus est gratuitis quia illo dono supernaturali infuso. ¶ Alij vero sunt qui adducunt rationes ad probandum q iusticia originalis fuit aliquid simpliciter naturale. Nec oportet ponere q fuerit aliquid supernaturale vel habuerit aliquid concomitans necessario. Tum quia iusticia originalis nõ erat nisi rectitudo naturalis ipsius voluntatis non deprauate circa iustum z pec catum z hoc est totum naturale. Nam potentia volitiua non deprauata fertur naturaliter in suum obiectum quod est bonum simpliciter z oppositum est sibi innaturale. Tum quia ista iusticia originalis non erat nisi debita subiectio vel magis qualine rebellione sicut appetitus sensitiui inferioris ad superiorem. Sed hoc est bonum naturale z oppositum est simpliciter innaturale. Vnde z Aristoteles dicit tertio de anima q spera superioꝛ mouet inferiorem. Sed contra naturã est q spera inferioꝛ moueat superiores. Et similiter elementa naturaliter consiliantur in corpore: quia alioquin naturaliter stare non possent sed discreparent. ¶ Et similiter materia obedit forme naturaliter ad operationem Et sic corpus ipsi anime ad operationem voluntatis circa bonum simpliciter : z hec omnia faciebat originalis iusticia. Tum quia si poneretur iusticia donum supernaturale hoc esset propter transquillitatem saluandam in statu innocẽtie inter appetitũ iferiorem z superiorem. Sed hoc non oportet quia rebellio inferioris ad superiorem non est nisi pena afflicta pro peccato. Tuꝫ quia si Adam stetisset ipse transfudisset originalem iusticiam: ergo erat donum naturale. Tum quia iusticia primi hominis fuit proportionata sue scientie. Scientia enim sua erat mere naturalis z infantasmate. Tum quia iusticia erat in potestate hominis. Quod patet quia amissio eius fuit peccatum ergo erat aliquid naturale simpliciter. Nec oportet ponere ad ipsam saluandam aliquid supernaturale. ¶ Dicunt ergo isti q originalis iusticia erat simpliciter naturalis hominis z presens status quez habemus est simpliciter homini innaturalis. ¶ Secundo dicunt q ista iusticia originalis erat in voluntate principaliter z in appetitu superiori: sed ex ipsa fluebat quedaꝫ dispositio in appetitum inferiorem vt de facili obtemperet superiori z prompte sine difficultate.

¶ Tertio dicunt q appetitus superioꝛ prius fuit auersus a deo per peccatum vel ab obiecto suo simpliciter bono z iusto z consequenter appetitus sensitiuus fuit conuersus ad bonum vt nunc z ad obiectum z effrenate z immoderate ex tunc tendit in illud. Erant enim prius ꝑ colligati vno vinculo originalis iusticie sed tunc solutum est vinculum z totum est peruersuꝫ. Iste sunt positiones aliquorũ

¶ Contra istas positiones quia in hoc cõue niunt q iusticia originalis erat donum naturale quo homo poterat non mori z quo vires inferiores obediebãt superioribus ad nutum z prompte z faciliter z elementa consillata erant in corpore z per consequens quantum ad ista status ille erat homini simpliciter naturalis z status modernus est simpliciter homini innaturalis: nitendo arguere quia omnia videntur mihi falsa.

¶ Et primo contra illam rectitudinem naturalez que ponit vnam qualitatem separabilem naturaelem. Tamen arguo sic. Suppono q voluntas potest fieri a deo in sua pura substantia non habens aliquam talem qualitatem. Tunc quero An est recta vel non : sed carens naturali rectitudine.

Opi. tenẽtes iusti. originẽ aliqd nãle simpliciter.

Refellitur opi. ꝓcedẽs.

Si est recta rectitudine naturali z recta z illa non dicit aliquam qualitatem absolutam sed solum dicit naturam voluntatis. Si nõ est recta ꝑ est curua sicut virga sin exemplum eoꝝ. Sed hoc est falsum. Tunc enim ex meris naturalibus z ex natura sua esset curua z ita nunq; posset esse recta manente natura sua. ¶ Secundo sic. Rectitudo naturalis voluntatis create est rectitudo libera. Ja hoc enim

Secꝺo ad idẽ argr. distinguitur g rectitudine aliarum potentiarum. Sed libertas vel rectitudo libera cõuenit voluntati ex se z natura sua intrinseca nõ ex qualitate qua dam superaddita: quia nec illa qualitas in se habz aliquam libertatem. ergo ꝛc. ¶ Tertio quia secun

Tertio arguitur dum Augustinum in Enchiridion. Aut volũtas non est aut omnino libera dicenda est. ergo ex eodẽ habet libertatem z esse voluntatez: sed ex seipa habet esse voluntatem formaliter. ergo z libertatez z per consequẽs rectitudinem naturalem libertatis vel liberam quod idẽ est. ¶ Quarto quia si ꝑ pri-

4º argr mum peccatum hominis fuit corrupta talis rectitudo que esset qualitas illa superaddita naturalis. Ita q ꝑmũ pctm fuisset foraliter ꝓuatio talis qualitatis prius inexistentis. Sequeretur q sivolũtas Ade fuisset creata sine tali q̃litate q non potuisset peccasse q̃diu semper caruisset tali qualitate. Sed hoc est falsuꝫ quia libera erat z poterat consentire vel dissentire recto dictamini iuris naturalis sine tali qualitate. Smiliter etiaꝫ qz tunc fuisset melioꝛ sine tali qualitate vel rectitudine q̃ cum ipsa. ergo ꝛc. ¶ Similiter etiam nec homo nec angelus potuissent peccasse in primo instanti quod nõ videtur verum. quare ꝛc. Exemplum eorum de rectitudine virge parum valet quia nõ puto q rectitudo virge addat aliquid absolutum super virgam sed vel addit priuationem curuitatis vel non distantiã me dũ ab extremis vel forte aliquid respectiuũ de quo non multum curo modo. Et ita diceretur q rectitudo naturalis ipsius voluntatis nihil absolutum positiuum dicit supra voluntatem. Sed si aliquid dicat illud non est nisi carentia vel negatio curuitatis peccati vel forte respectus conformitatis ad suum principium respectus dico habitualis. Ex quo patet q voluntas in seipsa creata sine tali qualitate esset naturaliter recta quia nõ deuiaret a suo principio nec haberet ex hoc peccatum aliquod sicut nec homo creatus modo a deo in puris substãtialibus.

¶ Contra aliud q per donum naturale poterat homo nũq; mori argutũ est supra distinctione. xix. q homo durante statu inocẽtie naturaliter erat corruptibilis z mortalis z tandem moꝛtuus fuisset nisi a deo per translationem ꝓuenta moꝛs fuisset non obstante q mors sit pena. ¶ Adhuc tamẽ arguo sic ꝓtra istud Primo homo componitur ex ꝓtrarijs vel saltez ex partibus actiuis z passiuis adinuicẽ z passione obiectiua que est dispositio ad corruptionem: z hoc p naturam illorum. Tunc arguo actiua z passiua ap ꝓximata adinuicem z naturaliter agentia nõ impedita necessario agunt inuicem z tandem mutuo se corrumpunt. Sed partes hominis sunt huiusmodi nec possunt impediri per aliud naturale stante approximatione earum ita paruꝫ sicut actio ignis in stupam approximatam. ergo ꝛc. Tota enim natura impedire non posset quin ignis approximatꝰ stupe non comburet ipsam. ¶ Secundo sic. Donum naturale hominis non potest prohibere principia naturalia hominis exire in suas operationes circa obiecta approximata z ita non potuit prohibere consumptionem humidi a calido. Cum ergo ex isto moꝛs proueniat non potuit impedire moꝛtẽ Dico ergo q per donum naturale non potuit hoc esse quod dicit Magister in secunda conditione q per originalem iusticiam homo potuit non mori.

¶ Contra aliud quod dicũt q per doctrinam naturales vires inferiores sine rebellione vel ꝓmpte z facile obedire superioribus non video etiaꝫ q hoc sit verum. Ostendo enim q sit impossibile per naturam z ita q fuit necessarium hoc fuisse per donum supernaturale z habetur propositum. Appetitus sensitiuus cum non sit appetitus ex se liber quantũ est ex se z naturaliter fertur toto impetu et conatu in obiectum suum presens qz sicut non habet potestatem sui actus: ita nec potest moueri in agendo. Agitur enim secundum Damasc. z non agit. Sed talis appetitus ꝓmpte z faciliter non potest obedire appetitui intellectiuo imo ipsum naturaliter impedit in actu suo sicut z intellectionem ipsam et hoc ꝓcipue si in eadem essentia fundẽtur. ergo naturaliter fieri non potest q appetitus infirmioꝛ sine tristicia z rebellione aliqua transquilletur cum superioꝛi appetitu. Et confirmatur hoc quia necessario mouetur ab obiecto sicut sensus. Vnde et in nobis sunt duo appetitus contrarij naturaliter secũdum Aristotelez. Contrarium enim q̃diu est in eodem cum alio resistit sibi nec potest totaliter subdi alteri sic quin semper q̃diu manet resistat sibi donec corrumpatur. Modo planum est q appetitus superioꝛ nõ corrupisset inferiorem in statu innocentie. quare ꝛc. ¶ Ultimo quantum ad hoc: qz hoc videtur habere voluntas coniuncta cum corpore z viribus inferioꝛibus q naturaliter condelectetur vel contristetur ipsis: z ita non solum vires ipsas non potest naturaliter sine tristicia z difficultate a suis obiectis retrahere: sed nec seipsam vt videtur. Non enim naturaliter poterat fieri vt voluntati esset bonum simpliciter z bonum diuinum delectabilius quam bona delectabilia secudum vires inferiores quod videbatur requiri ad hoc vt sic eẽt voluntas transquillata in obiecto suo: z ille vires sic faciliter obedirent voluntati. quare ꝛc.

¶ Dico igitur q si iusticia originalis habuit illas conditiões q non potuit esse donum naturale : sed oportuit q esset donum aliquod supernaturale. Probo ergo q non fuit homini naturalis nec in facultate nature status iusticie originalis quia tunc precipui philosophi et naturales deprehendisse potuissent hũc statum quem habemus modo non esse homini naturalem sed in naturalem priuatum aliqua perfectione naturali ipsius nature vel cuiuslibet persone puta rectitudine naturali z originali iusticia. Sed hoc est falsum. ergo ꝛc. ¶ Istam rationez satis pondero nisi vadatur ad sanctos qui fuerũt philosophi precipui qui nunquã hoc posuerũt. ¶ Secunda ratio quia iusticia originalis nec potest poni accidens proprium nature fluens ex principijs nature. Nec accidens cõe fluẽs ex principijs idiui dui: qz talia accidẽtia naturaliter insunt obꝰptentis sub specie. Nec ꝓt poni accidẽs cõe simplicit qz

Priaro suadens iusti originẽ eẽ donũ super naturale

Secꝺo rõ

tale accidens potest etiam esse alijs ꝛ ita vni sicut alteri licet non semper. ergo ꝛc. Probatum est supra ꝙ illa iusticia originalis si dicebat aliquid naturale non dicebat nisi naturam voluntatis. Sed natura eadem voluntas habetur modo ꝛ nō habetur iusticia originalis. g̃ nō dicit aliquid naturale.

¶ Preterea naturales perfectiones insunt homini vt in pluribus. Sed originalis iusticia nūq̃ infuit nisi vni homini ꝛ vni mulieri ꝛ breuissimo tempore igitur nō erat perfectio naturalis. Nec ē hoc probabile dicere. ¶ Quarto qꝛ si fuisset perfectio ꝛ habitus naturalis nō fuisset sic perdita per actū vnum peccati vt videtur sicut nec alij habitus naturales. ḡre ꝛc. ¶ Dico igitur ꝙ erat donus aliqꝰ supernaturale. Sed quale donū in se ꝛ quo ad subiectum in quo subiecto ꝛ quo ad effectus ꝛ proprietates. Dico de primo ꝙ erat donus aliquod positiuum absolutum creatum ꝛ per infusionem habitū quod nō erat in facultate ꝛ virtute nature: sꝫ in virtute dei ꝛ facultate tantum ꝛ erat aliqua qualitas ꝛ habitus quidam siue vnus siue multi non curo: quia pertinent ad secūdum membrum. De subiecto eius non video necessitatem ꝙ ponatur nisi inuolūtate ipsa ꝛ non in aliqua alia potentia. Si enim ponetur in alijs potētijs hoc maxime ꝓpter effectū transquillandi eas subvoluntate vt faciliter ꝛ prōpte sine difficultate vel tristicia obediuissent ei. Sꝫ hoc non est necessarium. Nam talis effectus nō inerat habenti iusticiam originalem ex vi ipsius iusticie originalis nec est possibile ex vi alicuius effect⁹ sicut dicetur statim in tertio membro. De effectib⁹ ergo vel conditionibus iusticie originalis. Dico ꝙ sicut dicit Magister. Homo per ipsam potuit non mori sub hoc tamē sensu quia si seruasset ipsam sicut ꝛ seruare potuit nunq̃ moriuus fuisset sed ante mortem translatus fuisset non quia iusticia originalis impediret actiones contrariorum vel partiū ab inuicem quia nisi translatus fuisset tandem homo morituus fuisset ꝛ consumptus sicut dixi distinctione. xix. Sed per ipsam homo poterat non mori sicut dictum est. ¶ Secundo dico ꝙ per ipsam homo nō potuit proficere merēdo vitam eternam de condigno sed bene potuit se ad gratiam disponere ꝛ eam mereri de congruo. ¶ Tertio dico ꝙ ꝑ ipam homo potuit stare ꝛ peccato resistere sub hoc sensu quia si seruasset eam quādiu eam seruasset nunquā peccatū mortale nec ꝓmissionis nec obmissionis incurrisset tamen cum ipsa originali iusticia aliquando cōsequutus fuisset gratiam sine qua non potuit toto tempore vite peccatum mortale effugere sicut dictum est supra. Tenebatur enim se ad ipsam disponere ꝛ si obmisisset illam dispositiones peccasset mortaliter ꝛ iusticiā originalē amisisset. ¶ Quarto dico ꝙ cōseruari nō poterat nisi speciali diuino adiutorio conseruando ipsam speciali influentia sicut etiam ꝛ fuisset creata speciali influētia. ¶ Ex quo patet quinta conditio Anselmi ꝙ homo habēdo ipsam ꝛ seruando semper vita esset vel vitare potuisset omne peccatum. Alique alie conditiones attribuuntur ei ꝙ per ipam fuisset delectabilius simpliciter bonum ꝛ mouere potētias in ordine ad simpliciter q̃ delectari cum ipsis in bono vel nūc inordinate ꝛ ꝙ appetitus sensitiuus ꝛ alie vires inferiores rationales per participationem obediuissent sibi ad nutum prompte faciliter ꝛ expedite ꝛ ꝙ obiecta nō mouissent virtutes inferiores precipue appetitum sensitiuum ad passiones indecētes vel disconuenientes nature. Puta ad timorem vel iracūdiam vel concupiscentiam deordinatā ꝛ effrenatā ꝛ aliqua alia adhuc possunt sibi attribui de quibus non multum curo ad presens. Et de omnibus istis conditionibus vel effectibus. Dico ꝙ non potuerunt conuenire vel inesse habenti iusticiam originalem ex vi ipsius habitus iusticie nisi forte delectatio circa bonum simpliciter ꝛ facilitas modi alias vires ex parte sui non autem ex parte virtum: sed omnia alia siue ex parte sui siue ex parte virtum inerant virtute diuina assistente ad tales effectus vel operando eos vel non acceptādo eos. ꝛc. Etiā acceptando vel amouendo impedimenta et contraria sicut suspendendo actiones obiectoꝝ in vires inferiores ꝛ sic in consimilibus. ¶ De prima conditione. Patet ꝙ non potuit esse ex vi habitus sicut nec translatio hominis ad aliam vitam preueniendo mortem de alia. puta de non posse proficere secūdum eam bene erat etiam causa ex parte ipsius dei qui nunq̃ acceptasset opera secundum talem habitum ad vitam eternam sine gratia licet potuisset. ¶ De secunda ꝓ quātum ad ꝙsequutionē gratie ꝛ vitationem omnis culpe ꝙ causa ex deo: ꝛ non ex vi habitus. ¶ De quarta ꝙ non poterat conseruari sine diuino adiutorio bene ꝙ hoc est ex vi talis habitus eoipso ꝙ talis creatura. Sed conseruatio ipsa erat ex virtute diuina per influentiaꝫ specialem. ¶ De conditione vltima vel effectu patet sicut dictum est de tertia conditione. De alijs vero effectibus vel conditionibus dictum est in principio huius membri. ideo ꝛc. Hec de positione.

Quid dicendū sit

Resolutio opi. precedē.

¶ **Adrationes** aliorum quas videntur primi innuere. ¶ Ad illud de prima conditione ꝙ illa conditio. scilicꝫ ꝙ per eam non posse mereri vel proficere non arguit ipsam esse donuum supernaturale nec etiam arguit oppositum: sed ex alijs argutum est supra.

Rsir ad rōes opposite

¶ Ad illud de secunda conditione de posse nō mori eo modo quo dictum est supra non potuit conuenire ex dono mere naturali. Dicis ꝙ imo qꝛ mors fuit pena. ¶ Dico ꝙ absolute loquendo mors non est pena hominis sicut nec bonis. Unde ꝛstante innocentia tandem fuisset mortuus: sed tamen pena est quia nunquam ex dono dei fuisset mortuus per translationem ad aliam vitam. ¶ Ad secundum de posse vitare. Dico ꝙ per aliquid naturale toto tempore vite sue non potuit vitare peccatum mortale sine gratia gratum faciente ꝛ sine dono aliquo supernaturali. ¶ Ad aliud de conseruatione sine diuino adiutorio patet quid sit dicendum ex ꝓmissis. Vel ad omnia ista simul dic ꝙ dato ꝙ nō arguerent donum supernaturale aliquod formale inherens tamen etiam non excludunt. sed sunt alique conditiones communes dono naturali vel supernaturali inherenti. ¶ Ad illa vero quibus probat ꝙ originalis iusticia connotat vel concomitanter dicit habitum supernaturalem. Dico ꝙ imo per essentiam dicit habitum supernaturalem ꝛ rationes sue ꝓme concluderent si aliquid valerent tamen dico ꝙ non valent. ¶ Dico enim ad primam ꝙ maneret rectitudo naturalis quantum ad illud positiuum quod dicit circūscripta aliqua qualitate supnaturali qꝛ maneret volūtas sic ꝛ mō manet

manente gratia vel absente. ¶ Et quando dicis ꝙ non quia tunc ille qui amisisset iusticiam non obligaretur ad penam. Dico ꝙ immo scilicet ex peccato suo vel demerito perdidisset eam sicut est modo de gratia. Stant enim ista duo simul ꝙ aliquis habeat rectitudinē naturales quātum ad omne positiuuꝫ absolutū quod dicit ꝛ cum hoc ꝙ sit reus pene ꝛ obnoxius culpe sicut patet in demonibus ꝛ tamen ille creat⁹ in puris naturalibus ꝛ stantibus nō esset obnoxius culpe nec re⁹pene qꝛ non solum haberet positiuum absolutū rectitudinis naturalis. Verum etiam negationē ꝛ carētiam cuiuscūq̃ culpe ꝛ curuitatis. ¶ Ad aliud dico ꝙ originalis iusticia puta peccatum originale non priuat rectitudinem naturalē. sꝫ positiuū rectitudinis sicut nec voluntatem: bene tamē aliquo modo priuat donum supernaturale ideo magis cōcluditur ꝙ originalis iusticia dicit de principali significato ꝛ eēntialiter donum supnaturale q̃ naturale.

Rsir ad rōes opi. tenētꝫ iu sti. origi. eē donuꝫ naturale

¶ Ad Rationes aliorum quibus probant ꝙ est mere donū naturale. Dico ꝙ accipiunt falsuꝫ ꝙ originalis iusticia nō sit nisi rectitudo naturalis Unde ꝛ si aliquis crearetur modo in puris naturalibus sine aliquo dono supnaturali nō ꝓpter hoc haberet iusticiā originalem nec est ille habitus naturalis quem ymaginātur sicut ꝓbatum est supra.

¶ Ad secūduꝫ dico primo ꝙ talis subiectio viriū inferioꝝ ad superiores nō potuit eē nec potest ex vi alicuius habitus nec ex vi nature nec ex vi habitus supernaturalis. Secūdo dico dato ꝙ potuisset fuisse ex vi habitus supnaturalis nō tamē ex vi alicuius rei naturalis. Quādo dicis ꝙ imo qꝛ inaturale est ꝛ contra naturam ꝙ inferior appetitus rebellet superiori. Dico ꝙ hoc ꝓtra naturā qꝛ cōtra rectam rationē naturalem ꝙ appetitus superior ꝓ mittat se sic moueri ab inferiori: sed non est sic ꝓtra naturam ꝙ sit violētum vel supnaturale sicut eēt si spera inferior moueat superiorem. ¶ Aliter dicit ē ꝙ appetitus inferior licet naturaliter possit moueri motu ꝓtrario ꝛ rebellare appetitui superiori: qꝛ superior dñatur sibi ꝑncipatu politico nō despotico ꝛ ita habet ius residēdi tamen nō mouet superiorem appetitum. Hoc esm esset contra naturam. Sed appetitus supior mouet se ꝛ appetit⁹ inferior potest se mouere motu ꝓtrario licꝫ nō moueat ipm sicut etiam spera inferior: licet nō moueat superiores mouetur tm̄ motu ꝓtrario. ꝛ hoc Aristoteles intendit.

¶ Ad ꝓfirmatiōes de cōsiliatione actuoꝝ ꝛ passiuoꝝ ꝛ de plena obediētia materie vel corporis ad operationē perfectaꝫ voluntatis talem dico ꝙ non potuerunt ista fuisse per donum naturale.

¶ Ad tertium dico ꝙ rebellio virium inferioꝝ ad superiores nō debet sic intelligi pena ꝙ oppositus eius scilicꝫ tranquillitas infuisset per donū nature sicut dictū ē supra de morte: sed qꝛ nō ifuisset stāte originali iusticia ꝛ hoc ex dono supernaturali non naturali. ¶ Ad quartum Dico ꝙ Adam nō transfudisset originalem iusticiā sicut nec aīam rationalem: sed deus infudisset. ¶ Ad quintum de sciētia Dico ꝙ nō oportuit talem ꝓportionē esse inter iusticiam ꝛ scientiam ꝛ ꝑterea habuit aliquam noticiam supernaturaleꝫ sicut dictū est supra ꝛ dicetur infra. ¶ Ad sextaꝫ Dico ꝙ originalis iusticia erat in potestate hominis cōseruāda nō quia fuisset donum vel esset donum naturale sed sicut gratia modo est in potestate nostra ad cōseruāduꝫ ꝛ tūc peccasset perdendo originalem iusticiam sicut ꝛ modo peccamus perdendo gratiam quia deus sicut ꝓptus disponētibus se infundere. Ita etiā in observantibus se a peccato gratiam conseruare. Hec de primo articulo principali.

Opi. tenens hominē fuisse creatuꝫ i gra gratū faciente.

¶ **Quantum ad secūdum ar**ticulum. Est vna opinio ꝙ homo fuit creat⁹ in gratia gratum faciente ꝛ ꝙ originalis iusticia et gratia gratum faciens erant realiter idem ꝛ vnum donum supernaturale. ¶ Qꝫ autem primi parētes fuerunt creati in gratia. ꝓbant. Tum quia opera dei sunt perfecta que imediate ꝓducūtur ab ipso. Tum quia a sua creatione habuerūt fidem sed nō informē sine gratia. Tum quia deus semp dat gratiam ꝛ est promptus infundere illis in quibus nullus est impedimentum culpe. Tum qꝛ iusticia originalis non fuit minus efficax dispositio ad gratiam q̃ caracter baptismalis vel aliquid tale. Sed caracter secū habet gratiā infallibiliter nisi assit impedimētum culpe. ergo ꝛc. ¶ Scdo ꝓbant aliqui istoꝝ ꝙ gratia ꝛ originalis iusticia fuerunt in primis parentibus idem donum ꝛ eadem forma per essentiā Tum quia originalis iusticia faciebat affectiones rectam circa deuꝫ ꝛ circa quodcūq̃ aliud citra deū ꝛ hoc est ꝓprium gratie. Tum qꝛ originalis iusticia faciebat bonum simpliciter delectabil⁹ voluntati q̃ quodcūq̃ bonum ēm sensuꝫ. Sed hoc ē gratie ꝓprium. Tum quia tollebatur per peccatū mortale quod est etiam ꝓprium gratie. Tum qꝛ omnia possunt saluari per vnum habitum ꝛ vnā simplicem formam quecūq̃ dicuntur de gratia ꝛ originali iusticia ergo. ꝛc. Sed dico contra primū ꝙ primi parentes non fuerunt creati in gratia gratū faciente.

Opi. de gra ꝛ orig. iusti.

¶ **Contra se**cundum etiam dicitur ꝙ gratia ꝛ originalis iusticia non possunt esse idem habitus. ¶ Primum ꝓbo sic. Homo nō fuit creatus perfectior q̃ supremus angelus: sed sicut dictum fuit supra angelus aliquis non est creatus in gratia. ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. ēm Magistrum homo accepit a sua creatione vnde non potuit stare proficere nec mereri. Sed per gratiam pōt aliquis mereri ꝛ ꝓficere. g̃ nō accepit gratiam gratum facientē. ¶ Tertio quia habuerunt originalem iusticiam sufficiens donum meriti. ¶ Quarto quia simul accepissent gratiā ꝛ originalem iusticiam non videtur aliquibus ꝓbabile ꝙ ita cito Adam cecidisset. quare ꝛc. De ista ratione parum curo qꝛ licet a sua creatione Adam non habuerit gratiaꝫ tamen forte anteq̃ peccaret habuit vtrumq̃ scilicet originalem iusticiam a sua creatione ꝛ postea gratiā in aliqua sui conuersione ad deū non tamen fuit in gratia confirmatus.

Rēellit hec vltia opinio.

¶ **Contra se**cundum ꝙ scilicꝫ iusticia originalis ꝛ gratia non sint idē qꝛ tunc primi parētes accepissent gratiā a sua creatione sicut ꝛ originalem iusticiam. ¶ Secundo qꝛ non acceperunt gratiam vnde possent mereri ꝛ ꝓficere ꝛ tamen acceperunt originalem iusticiam

Iterum opinio q̃ cedēs im pugnat.

¶ Tertio quia originalis iusticia habebat effectus ꝛ conditiones que non possunt conuenire gratie sicut patet. Hec valet si dicas ꝙ illa gratia que erat eadem cum originali iusticia erat alterius rationis quam ista que est modo ꝓ statu

presenti Hoc enim est falsum. Sicut enim caritas non erat nec fuisset alterius rationis ita nec gratia Et q nō alterius rationis.patet qz in via ꝓpatria que sunt stat⁹ magis distātes ꝯ pñt stat⁹a statu in nocētie manent gr̃a caritas eiusdē rōnis. g̃re ꝛc.

Rñr ad rōes opi. oppositē

¶ Quarto qz iusticia originalis ẽm diuinā ordiationem recuperari nō potest nec poterat post peccatum. Gratia vero tota die recuperatur.ergo ꝛc. Unde dico bene q Adam recuperauit gratiā post peccatum non tñ originalem iusticiam ideo ꝛc.

¶ Ad primū aliorum ꝓ primo dicto. Dico q pari argumento posset probari q primi parētes fuerunt creati in gloria qz dei opera sunt perfecta non vniuersaliter ẽm qūlibet perfectionem sed ẽm diuine voluntatis ordinationē:ꝛ hoc est ea esse valde bona. Vel dicēdum q primi parētes fuerunt creati perfecti in naturalibus ꝛ in dono supernaturali iusticie originalis ꝛ hoc sufficit. ¶ Ad scām dico q habuerūt fidem vel aliquid loco fidei aliquā noticiam de deo: sed nō oportuit ꝓpter hoc q haberent gratiam donec per aliquē actum bonum se cōuertissent ad deū. Et dico q illa fides fuit inforis in ipsis in sua creatione nō tamē deformis per peccatum sicut est in peccatoribus sed cū dono ꝛ habitu nobili originalis iusticie mediante quo poterāt disponere se imediate ad gratiam. ¶ Ad tertium dico q nec caracter nec aliquid aliud superueniēs aīe est dispositio necessitās ex natura rei ad gratiā sed tantū ex pacto vel ordinatione diuina. Sic aūt non fuit de originali iusticia pactum vel ordinatū. quare ꝛc. ¶ Ad quartuz dico q deus ꝓ statu pñti qui est status gratie semper infundit vel conseruat gratiam vbi nō est ipedimētum culpe. Nam quilibet pro statu isto vel est filius gratie vel ire ẽm ordinationem diuinam. Nō sic autem in statu innocētie vel originalis iusticie. ¶ Ad primum pro scōo dicto dico q illud nō est gratie ꝓpriū: sed cōmune originali iusticie ꝛ gratie scz facere affectionem rectam.ꝛc. Vel dic q diuersimode hoc ꝙuenit eis:qz gratie cōuenit vt radici ꝛ principio merendi nō autem originali iusticie. ¶ Ad scām dico q nō conuenit hoc gratie. Videmus enim aliquos existētes in gratia qui nō faciūt multum delectabiliter opa bona nec multum delectātur circa deū imo pl⁹ circa multa alia ꝛ cū tristicia faciunt talia frequenter ꝛ difficultate. Patet de penitētibus de nouo q nō sunt assuefacti ad talia ꝛ tñ sunt in gratia. ¶ Ad tertium dico q nō est ꝓpriuz gratie tolli per peccatum mortale nisi forte pro statu isto. Sed hoc ēt cōueniebat originali iusticie pro illo statu licet eēt alicuius habitus distinctus a gratia. ¶ Ad vltimum dico q nō possunt saluari ꝙditiones originalis iusticie per habitū gratie sicut patet ꝛ ideo dico q non erant idem habit⁹: nec sunt eiusdem rōnis. Hec de secundo articulo principali.

Ad aliaſ rōnes sc̃ūdi dicti seu opinionis.

¶ Quantum ad tertium ar/

Ad 3m arti. pri. questio.

ticulum Quo scilicet homo ꝑ pctm̃ amittendo originalem iusticiam fuit vulneratus in naturalibus diuersimode dicit a diuersis. Quidā dicūt q homo fuit vulneratus in naturalib⁹ qz aliquis gradus intrinsecus fue ꝓfectionis substātialis fuit sibi amotus Ade ꝛ adnihilatus ꝓpter peccatum suum de meritorio. Sed hoc est falsum qz in substantia non sunt tales grad⁹ sicut patebit distinctione.32. Alij dicunt q natura ꝯdiu stabat cuz originali iusticia erat optime dispōsita ẽm dispositiones quascūq accidentales ꝓnaturales ꝛ proportiōatas ad eius cōseruationem ꝛ bonam cōsistentiam ꝛ per peccatum demeritorie fuit priuata a deo talibus optimis dispositionibus:ꝛ sic vulneratus est homo in naturalib⁹. Istud aliquo mō tolerari potest.scz q homo ex demerito peccati nō fuit ita bene naturaliter dispositus secūdum aliquas dispositiones naturales sicut ante. Tamen nescio quid es de hoc. ¶ Alij dicunt q natura fuit infirmata ꝛ vulnerata ꝓpter fructum illum quem comederunt qz sicut dicūt. Erat fructus quasi venenatus ꝛ infectus licz pulcher ad videndum ꝛ dulcis ad gustandū: ꝛ sic nō solum ex peccato demeritorie imo naturaliter ex infectione illius fruct⁹ fuit natura ifecta ꝛ vulnerata. ¶ Alij non ꝓcordant in hoc:qz sicut dicunt fruct⁹ ille erat multum bonus ꝛ hoc bene nouerat Adam qui sciebat naturas ꝛ ꝙditiones fructuū nec erat malū comedere ex ipso nō ꝓhibitum. ¶ Quarti dicūt quibus magis cōsentio q Adam fuit vulnerat⁹ in naturalibus eoipso quo fuit spoliatus gratuitis. Hā eoipso naturalia sua remanserūt quasi nuda ꝛ infirma ꝛ debilia ad resistendum malo ꝛ ꝙsequēdus bonum. Non qz in se intrinsece essent peiorata: sed qz auxilio supernaturaliū destituta ꝛ sic sua vulneratio fuit sua destitutio gratuitorū ex demerito ꝛ culpa. Non autem aliqua peioratio naturaliū in seipsis vel in aliquo gradu substātiali vel in aliqua dispositione naturali accidētali. Mꝫ aūt nō fuerit natura sic intrinseca peiorata in seipsa nisi per amotōnem gratuitorum. Videt ꝙsuaderi primo qz in angelis q̄ grauiꝰ peccauerūt naturalia remanserūt integra ẽm Dyonisiū. ¶ Scdo qz si crearetur homo in puris naturalibus sine peccato sicut est possibile esset eiusdem naturalis ꝙditionis sicut alij absq; peccato tamen. Sz dices q oppositum videtur innui in illa parabola. Luce.10.q homo incidit in latrones qui spoliauerunt eum. Ecce spoliatio gratuitoꝝ ꝛ plagis ꝑpositis abierunt semiuiuo relicto ergo fuit peioratus ẽm vulnerationē naturaliū in seipsis ¶ Dico q parabola sic potest exponi q fuit spoliatus gratuitis ꝛ plage fuerūt sibi ꝑposite scilz peccata mortalia ꝛ fuit relict⁹ semiuiu⁹ qñ ante peccatum habuit ducere vitam scz gratuitoꝝ ꝛ naturalum ꝛ altera tm̃ fuit sibi relicta ꝛ oīa ista stāt cū hoc q naturalia nō sunt vel fuerūt in seipsis peiorata sed tantuz sicut dictum est supra. Hec de secundo articulo.

Suasiones in oppositum.

Ad rōes oppositarum opi.

¶ Ad primum principale di/

Ad.2.

co q non obstante q originalis iusticia fuerit donum supernaturale per ipsam:tamē sine gratia nō potuit proficere sicut nec per fidem licet sit donum supernaturale potest aliquis mereri sine gratia. ¶ Quando dicis q fuisset donum efficatius ꝯ illud per quod homo potuit stare. ¶ Dico q non est verum sed ipsummet donuz per quod homo potuit stare erat originalis iusticia q̄ fuit sibi ifusa ab instanti creationis:ꝛ ideo magister enumerat eam inter bona creationis. ¶ Tu dicis angelis non est data aliqua talis originalis iusticia. Dico q non fuit necessarium. Nam ad standam ꝛ disponendus se sufficient ad gratiā sufficiebat pfectio nate āgelice. ¶ Ad secundū dico q Adā fuit vulnerat⁹ in

naturalibus sicut dictum est supra. Non quia iusticia originalis esset donum naturale. ¶ Ad tertiuz dico q naturalis rectitudo voluntatis ade ẽm purā naturalia sua non fuit iusticia originalis: sed aliquod donū a deo infusum erat originalis iusticia.

Ad.3.

Ad.4.

¶ Ad quartum de Anselmo dico q liberum arbitrium ē ptās seruādi rectitudinem habitam siue illa sit rectitudo naturalis siue sit rectitudo infusa iustitie:et ex hoc nichil sequitur. Ita ꝛ liberum arbitrium est potestas seruandi gratiam cum dei adiutorio. Nec tamen ꝓpter hoc gratia est aliquid naturale. Sic de ista questione ꝛc.

¶ Distinctionis trigesime.
Questio prima.

Circa istam distin

Scdo.

ctionem quero. Utrum in paruulo ab origine sit aliqua culpa. ¶ Videtur q non qz peccatum adeo est voluntarius q si non est voluntarium non est peccatum ẽm Augustinuz de vera religione. Sed in paruulo nullus effectus est voluntarius qz vsum voluntatis nō habet ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. Nullus peccat in eo quod vitare non potest nec habet culpam in hoc. Sed paruulus ab Adam propagatus non potest vitare defectum vel carentiam originalis iusticie ergo in hoc non est culpandus nec habet aliquā culpam.

Tertio.

¶ Tertio. Item ad generationē paruuli concurrit generans ꝛ creans. Sed creans non peccat nec est peccati causa:nec generās peccat frequenter immo merē ꝛ ē in gratia sine aliquo mortali peccato:ergo nulla culpa sequīt in paruulo generato.

Quarto

¶ Quarto sic. Ea que sunt a natura null⁹ imputabit sicut ceco nato.3.ethicorum. Sed defectus originalis iusticie inest paruo a natura : ergo non debet culpari in hoc nec est aliqua culpa in eo plusq̄ si nasceretur cecus.

argu. ad ꝓtē affir.

¶ Contra

Ad Ro.5. Per vnum hominez peccatū intrauit in mundum in quo omnes peccauerūt ꝛc.ibidem de hoc: ſ hoc intelligitur de peccato originali contracto in oibus filijs ade originaliter ex ipso:ergo ꝛc.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo ostendam q in quolibet ꝓpagato ꝛ ẽm legem ꝓpagationis descendēte ab ipso est culpa originalis. ¶ Secundo inquiram quid est formaliter illa culpa originalis. ¶ Tertio quomodo ꝓtrahatur ab aīa paruuli. ¶ Quarto quomodo possit sibi imputari. ¶ Ultimo ad rationes:ꝛc.

Ad ꝑmū arti. q̄sti.

¶ Quātum ad ꝓmū articu/

lum firmiter tenēdum est ẽm fidem ꝛ scripturam ꝛ sanctos q in paruulo ab origine est aliqua culpa. In paruulo dico descēdente ab Adā ẽm legē ꝓpagationis naturalis. ¶ Ad cuius euidētiam notanduz est sicut dicit vnus doctor q ista nomina.ſ. defectus/malū/ꝛ culpa diſtingūtur ꝛ ꝙueniūt in aliquo. ¶ Primo quidez ꝙueniūt in hoc q quodlibz istorum dicit negationem alicuius perfectionis vl alicuius boni. Sed in hoc distinguntur quia defectus dicit generaliter defectum perfectionis cuiuscūqz siue nata sit inesse siue non. Unde ꝛ omnis creatura defectuosa est quia caret aliqua perfectione. Nulla enim creatura omnem perfectionē modo ꝓfectissimo possibili habere ꝑt sicut deus qui solꝰ perfectus ē ꝛ simpliciter bonus in vniuerso ẽm ꝓmentatorem.ſ.metha.cap.de pfecto. Omnis ergo creatura defectuosa ē. Malus autē dicitur defectus alicuius debiti inesse vel nati inesse/ꝛ istomodo oīa q̄cūqz carerēt perfectione sibi de vita inesse ꝛ ꝓ qñ debet inesse mala sunt:ꝛ malum istomodo in natura frequenter dicitur pctm̃.2. phisico. Culpa vero addit supra malum rationem voluntarij et subiecti ue ꝛ ꝑncipiatiue. ¶ Unde breuiter nulla culpa est formaliter nisi in voluntate ꝛ a voluntate intelligēdo de culpa primo ꝛ principal⁹ dicta. In alijs eīm potentijs bñ sunt actus culpabiles sed nō nisi qz a volūtate et forte nō sunt culpabiles nisi denominatiue a pctō volūtatis que ē i ipsa ꝛ ē formaliter culpa. Carentia ergo perfectionis debite inesse voluntati ꝛ a voluntate originata vel causata culpa est. Unde ꝛ in naturalibus licet sit vicium ꝛ pctm̃ non tñ culpa. ¶ Aduertēdū est tamen q culpa duplex est. Una ē actualis ꝛ illa semper ē a volūtate i qua est sicut in subiecto ꝛ alia ē originalis que non contrahitur per actum ꝓprium sed alienum sicut dicam infra. Et talis culpa non est ꝑncipiatiue a voluntate in qua est sicut in subiecto:sed ab alia tamē in voluntate ꝛ a voluntate licet alia ꝛ alia. ¶ Hoc ꝓmisso dico q in quolibet paruulo ꝓpagato ab origine est aliqua culpa:hoc non potest demonstrari quia est de facto ꝛ ptingēs:sed persuaderi potest aliquomodo quia in quolibet paruulo sic propagato ab adā sunt defectus penales sicut esuries/sitis/et alia multa. Sed defectus isti non sunt assumpti sicut fuerunt in christo: ergo sunt inflicti ꝛ poc nō est nisi ꝓpter culpam aliquam que videtur originalis in paruulo et fuit actualis in adam. Secūdo huius signum videt q libet nascitur cum eiulatu emittens primū vocem doloris in hunc mūdum ac si quilibet esset ꝓscius culpe ꝓprie quam ꝓtraxit

Duplex culpa.

Auctoritas ꝓtis affir. q̄sti.

¶ Ad hoc sunt auctoritates expresse scripture sacre. In psal. dicitur. In pctis ꝓcepit me mater mea Et in Job. Quis potest facere mundum de immūdo ꝓceptum semine. Nonne tu qui solus es. ꝛ Sapiēs etiam dicit q nemo mundus a sorde nec infās cuius diei vnius vita est super terrā. Hoc dicit Augustinus expresse de fide ad petrum sicut etiam magister ponit i littera. Firmissime tene ꝛ nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri ꝛ mulieris cōcipitur cum pctō originali nasci im pietati subditum mortiq̄ subiectuz. ¶ Ad hoc etiam est Anselmus de conceptu virginali. Similiter Augustinus in libro de natura et gratia.et in glosa ro.5.exponens illud apli. Sicut per vnum hominem in hunc mundum intrauit pctm̃ ꝛ per peccatū mors ꝛ ita in omnes homines mors pertransijt in quo omnes peccauerunt. Dicit Augustinus. Omnes vt ait apostolus Peccauerunt vtiq̄ in seipsis vel in Adam quia sine peccato nō sunt vel quia originale contraxerunt vel quia malis moribus male viuendo addiderunt. Sic igitur dico quantum ad primum articulum q quilibet ꝓpagatus descendens ab Adam de lege communi qz non intromitto me de virgine gloriosa originale pctm̃ ꝙhunt.

Ad 2m arti. Opinio d pctō oziḡi.

¶ Quantum ad secūdum articulum. s. quid ē illud originale peccatum vel originalis culpa. ¶ De hoc ē vna opinio aliquozū q̄ peccatū originale est aliqua macula carnis que macula non ē nisi priuatio alicuius qualitatis ꝓsequētis in carne per quas qualitatem fuisset caro subdita spiritui: & ista priuatione posita in carne caro ē rebellis spiritui & vires etiam inferiores superiozibus. ¶ Ad autem sit pctm̄ macula ista probant q̄ ē defectus perfectionis debite inesse carni vel ꝓsone: & ē voluntarius quia per malam voluntatem primi parentis seminata. ¶ Pro istomodo dicēdi arguitur primo sic: q̄ pctm̄ originale traducitur. Nichil autem traducitur nisi caro vel pertinēs ad carnem quia anima nec aliquid quod sit in ipsa traducitur: ergo ꝛc. ¶ Secundo q̄ alꝫ non fuisset necessariū q̄ spiritus sanctus purgasset carnez virginis ad conceptionem christi ne ꝓpꝫ contraheret originale ex infectiōe materie de qua facta ē fabrica sui corporis: sed hoc ē falsum. Hoc enim fuit necessarium ꝑm Damascē. lib. 3. capi. 2. vbi dicit sic. Spiritus sanctus superueniet in virgine purgans ipsam illi verbi deivirtutem susceptiuam tribuens ꝑm diuinum sermonem. Qui angelus dixit. Spiritꝰ sanctus superueniet in te ꝛc. ¶ Tertio q̄ si pctm̄ originale non eēt illa macula carnis traducte ab adaꝫ tunc creatus vel factus per miraculum purus homo de digito vno non ptraheret originale: sed hoc ē falsum quia non minus ē de genere adam quantū ad naturā et q̄ tota fuit infecta ī adā: ḡ ꝛc. ¶ Lōtra istā opinionē q̄dē fuisse Aḡri arguit Anselm. ex intentione de ceptu virginali capitu. 3. s. q̄ originale pctm̄ nō sit macula existēs in carne. ¶ Primo sic. Oē pctm̄ est iniusticia: ergo pctm̄ originale est iniusticia. Sed iniusticia non est nisi ī natura rationali que ē capax iusticie q̄ ē priuatio iusticie sicut nec iusticie. Caro autem non est talis nature: ergo ꝛc. ¶ Secūdo q̄ iniusticia non ē nata eē in qua cūq̄ parte rationalis creature. Puta in intellectu sicut nec iusticia sed tm̄ in parte effectiua: ergo multominus nata est esse in carne. Teneo istas rationes cum anselmo & addo alias q̄ si ista opinio eēt vera semp maneret pctm̄ originale ēt post baptismū q̄d ē falsum. Probatio antecedētis q̄ gratia baptismalis nihil tollit a carne & ita non tolleret pctm̄ originale sicut nec maculam illam carnis. ¶ Quarto contra istam opinionem q̄ beata virgo fuisset in pctō originali vsq̄ ad conceptionē filij dei quod ē falsum. Fuit em̄ in vtero sanctificata et celebrādū est oīno de sua natiuitate. ¶ Quinto quia paruulo moriente solueretur aīa a culpa originali sicut a carne & ita sine baptismo paruulus saluaretur. Nō potest ergo dici q̄ pctm̄ originale formaliter sit macula illa carnis. ¶ Preterea sicut dixi in precedenti questione non intelligo in carne innocentis stante adhuc originali iusticia talem qualitatem cuius priuationes isti ponunt pctm̄ originale propter q̄d sicut dicit Anselmus dico q̄ in carne non est plus pctm̄ originale nec infectio aliqua pertinēs ad ipꝫ quē de semine de quo dicit q̄ non ē plus de infectione q̄ in sputo vel sanguine vbi supra de ceptu virginali. ¶ Alij dicunt aliter q̄ pctm̄ originale essē tialiter duo dicit vnuz quod est materiale in ipso & illud est concupiscentia. Aliud quod est formale. s. carētiam originalis iusticie debite inesse ꝑm primā pctm̄ originale est in appetitu sensitiuo vbi est concupiscentia ꝑm vero aliud est in voluntate. Alij dicunt q̄ peccatum originale in aliquo consistit essentialiter et intrinsece et in aliquo ꝓcomitanter et extrinsece: ꝑm ꝑmum habet suum materiale & illud habitualis inclinatio & curuatio ad bonum sensibile & est in voluntate. Habet etiam suū formale & illud est carentia rectitudinis iusticie originalis debite inesse: & est etiam in voluntate. ¶ Quantum ad concomitans etiam habet suum materiale et illud est habitualis inclinatio immoderata & effrenata ad bonum sensibile vt nunc. Formale vero est carentia rectitudinis debite esse appetitui sensitiuo quomodo inerat in statu innocentie & vtrūq̄ istoꝝ est in appetitu sensitiuo. ¶ Sed nō video q̄ isti modi dicendi sint oīno veri. Non enim video q̄ pctm̄ originale dicat essentialiter et intrinsece cōcupiscētiam habitualē sicut dicunt primi. Primo q̄ nō video q̄ concupiscentia habitualis sit aliud q̄ appetitus sensitiuus concupiscibilis. Sed planum est q̄ ille est naturalis homini & non pertinet ad pctm̄: ergo ꝛc. Secundo quia pari ratione deberent ponere appetitum irascibilem vel iracundiam habituale pertinere ad pctm̄ originale sicut concupiscentiam vt videtur. ¶ Pmateriale priuationuz non ē nisi subiectum ipsarum. Sed concupiscentia non ē subiectū pctī originalis: ergo nec suum materiale. Similiter etiam non video q̄ inclinatio habitualis ipsius voluntatis ad bonum vt nunc & ēm sensum possit pertinere intrinsece & essentialiter ad pctm̄ sicut ponunt secundi quia videtur mihi q̄ illa inclinatio naturalis est voluntati sicut & naturale est voluntati coniuncte cōdelectari sensui & appetitui sensitiuo. ¶ Secūdo q̄ nō video q̄ illa inclinatio habitualis sit aliud q̄ voluntas ipsa quantum ad reale positiuum quod dicit ista inclinatio: ideo ꝛc. De illo vero concomitante & annexo quod ponunt pertinere ad pctm̄ originale. Non video q̄ inclinatio illa naturalis appetitꝰ sensitiui in suum obiectuz debeat pertinere ad pctm̄ propter consimiles rationes plusq̄ oīa naturalia hominis. ¶ De formali vero illius ꝓcomitanter vel ꝓnexi q̄d priuatio rectitudinis appetitus sensitiui non video q̄ in appetitu sēsitiuo sit aliqua priuatio alicuius rectitudinis que esset aliquis habitus positiuus differens ab appetitu sicut ipsi ymaginātur. Nam sicut dixi supra. Nō video q̄ in statu innocentie vel originalis iusticie esset ponendus aliquis talis habitus ī appetitu sēsitiuo vel viribus inferioribus. Nam aliquis habitus hoc nō potest q̄ ꝓsentibus actiuis obiectis q̄diu manent ꝓsentia. Dico non moueatur appetitꝰ sensitiuus ab ipsis ēm modum actionis obiectoꝝ sed oppositum fiebat p diuinam assistentiam eo modo quo dictum est supra. Dices q̄ immo q̄ videmꝰ q̄ p habitus aliquos acquisitos in potentijs inferioribus faciliter & prompte obediant imperio voluntatis. ¶ Dico q̄ nō obediūt ī hoc q̄n obiectis ꝓsētibus sicut ad actionem & passionem requiritur patiantur potentie ab ipis/ sed bene obediunt quantum ad fugam obiectoꝝ & prosequutionem aliorum. Unde appetitus sensitiuus non obedit in hoc quin bene dispositus delectetur in dulci gustato et tristetur in amaro & ī pulchro vel turpi viso. Sz bene aduertit visum vel gustū ꝓsētis obiecti sic: ideo

concupiscētia habitualis est appetitꝰ sensitiuꝰ concupiscibilis.

Impugtur opi. ꝓcēd.

alia opi. de peccato oziḡi.

ꝛc. In statu innocētie & originalis iusticie sic erat q̄ appetitus ab obiecto terribili quantūcūq̄ viso vel ꝓsentato seu apꝓhenso nō mouebatur ad timorem nec ab obiecto concupiscibili ad concupiscentiam immoderatam: & sic de alijs que nō possunt fieri p formas aliquas vel habitus sicut patet. ¶ Dico ergo aliter tenēdo viam Anselmi de ceptu virginali q̄ peccatum originale nil aliud est nisi priuatio vel carentia originalis iusticie debite esse et quādo debet inesse & debetur haberi. Alioquin nō est debita inesse & oportet q̄ carentia illa non sit p actum proprium sed alienum. ¶ Dico ergo q̄ peccatum originale in paruulo non est nisi carentia iusticie originalis doni illi⁹ supernaturalis supradicti debiti inesse q̄ nisi deberet inesse eius peccatuz non esset & p actum alienum puta alterius se habētis p modum ꝓncipij ad istam. Unde licet adam p peccatum careret iusticia originali debita inesse tamen p actum proprium. Non ergo habuit peccatū originale sed actuale sicut patet & talis carētia originalis iusticie debite inesse nihil dicit positiuū formaliter & intrinsece in habente ipsam pluſq̄ ī non habēte ipsam puta in ligno. Unde non oportet ire ad qualitatem mozbidam nec ad aliquid aliud positiuum. ¶ Ex ista descriptione apparent multa de peccato originali. Primo appet q̄ est vnum ī quo libet sicut originalis iusticia nata vel debita inesse que dicit vnum habitum in voluntate tantum sicut dictum est in questione precedente. ¶ Secūdo apparet q̄ ē in volūtate sicut in subiecto quēadmodū & originalis iusticia habet vel habebat voluntatem pro subiecto & tm̄ voluntatem. ¶ Tertio appet q̄ peccatum originale non est ꝓuatio vel negatio alicuius rectitudinis naturalis quantum ad positiuū qđ dicit talis rectitudo sed magis rectitudinis supernaturalis que ē originalis iusticia. ¶ Quarto apparet q̄ non est ꝓuatio originalis iusticie absolute loquendo sed debite inesse & pro quando debet inesse & ideo non manet post baptismum in baptisato. Nam licet post baptismuz in baptisato sit negatio originalis iusticie quia ipsam nunq̄ recuperat tm̄ non manet peccatum originale q̄ tunc iusticia non est debita inesse sed magis gratia ipsa. Unde ī baptismo commutatur debitum habendi iusticiam originalem in debitum habendi gratiam que confert in baptismo nisi interueniat ꝑpedimentū. ¶ Quinto appet ex dictis q̄ peccato originali q̄d dicaꝫ non correspondet pena sensus quia nō est peccatū actuale contractum per actum ꝓprium sed p alienum: sed tm̄ sibi correspondet pena dāni que quidē est priuatio vel carentia diuine visionis & fruitiōis sicut magis forte inferius apparebit. ¶ Sexto dico q̄ patet q̄ originale pctm̄ est equale in omnib⁹ & non est grauius in vno q̄ in alio sicut nec originalis iusticia fuisset in vno ꝓfectior q̄ in alio ¶ Hoc patet p Anselmū de cōceptu virginali. cap. 21. vbi dicit. Pro pctō originale nec maius nec minus potest esse q̄ dixi. s. cum infans iam rationalis ens non habet iusticiam quam acceperat adam et quaꝫ sp debz habere: quare ꝛc. ¶ Et dico q̄ ista positio anselmi saluat omnia dicta sanctoꝝ de peccato originali. Dicitur enim ab aliquibus concupiscentia ab aliquibus languoꝝ membꝛoꝝ: ab alijs lex mēbꝛoꝝ: ab alijs tyrannus: ab alijs fomes que omnia sunt vera p causalitatem vel quasi causalitatez

Que ex pctō oziḡi. appeant deduci.

ad rōnes

Nam peccatum primi parētis quod fuit in ipso actuale & aliorum in ipso fuit originale demeritorie causauit omnia ista in actibus suis. Duz enim adā habuit originalem iusticiam fuit in ipso tranquilitas virium superiorū ad inferiores & econtra sicut dictum est supra q̄ originali iusticia pdita & amissa appetitus sensitiuus iuxta naturalem conditionem suam statim ꝓrupit immoderate in actus suum circa obiectum concupiscibile & tunc adam primo sensit concupiscentiam actualem & rebelliones appetitus inferioris ad superiorē & posteriores etiam hoc idem sentiunt demeritorie hoc ꝓpter pctm̄ et omnia illa que supius sunt nominata. ¶ Unde apls ad ro. 7. dicebat. Video aliam legem in membꝛis meis repugnantem legi mentis mee. Et illa ꝓuatio que est essentialiter & formaliter ipsum peccatum est causa vel quasi causa remouens ꝓhibēs cōcupiscentie actualis nō p se causa positiua & effectiua actualium positiui effectus: sicut dicit Anselmus 5. cap. de conceptu virginali dicens de originali iusticia. Non enim iniusticiam talis res est qua inficiatur anima sicut corpus veneno & qua anima faciat aliquid sicut facit maliciosus homo quando facit mala opa: sed sicut si rupta cathena vagaret fera īdomita & absente gubernatore nauis euagatur dicimus enim q̄ hoc facit absētia gubernatoris nō q̄ illa absentia aliquid faciat cū nichil sit. Sed q̄ si non esset absentia nequaq̄ hoc fieret vel fierēt. Eo demodo de iusticia si adesset sic igiꝝ patet quid ē peccatum. ¶ Ad rationes primoꝝ qui probant q̄ sit illa macula carnis. ¶ Ad primuz dico q̄ impꝛopꝛie loquendo peccatum traducitur nec traducitur sicut caro vel aliquid existens in carne nisi dispositiue sicut anima ipꝛopꝛie loquendo traducit. ¶ Ad secundum dico q̄ non oportuit carnē virginis purgari a peccato originali quando concepit filiū dei. Non enim semp habuit. Non enim fuit vsq̄ tūc beata virgo in peccato originali: sed illa purgatio virginis a spiritu sancto non fuit nisi segregatio puri ab impuro que quidez impuritas ad pctm̄ originale non pertinebat: & si de illo impuro virtute spiritus sancti fuisset aliquod corpus fabricatuz adhuc non contraxisset originale immo quod plus ē si virtus habuisset tunc peccatum originale nō puto q̄ christus contraxisset originale quia non descendisset ab adam ēm legem propagationis. nec ex concubitu viri et mulieris: & hoc magis appebit in articulo sequenti. ¶ Ad tertiū dico q̄ aliquis homo factus p miraculum ex digito alicuius etiam habētis originale peccatum non contraheret originale peccatum ꝓpter rationem immediate ꝓdictaꝫ. Et licet in se haberet naturam humanam quia natura humana non fuit in adam corrupta nisi quātum ad illos qui ēm legē propagatiōis descēderūt ab adā. Alioquin cum christus habuit naturam humanā sequeretur q̄ cōtraxisset peccatum originale. Hec de secundo articulo.

¶ Quantum ad tertium articulum. Quomodo. s. pctm̄ originale contrahitur a paruulo est vna opinio talis: dicit enim q̄ ex primo pctō parentum primoꝝ orta est in carne ipoꝝ: quedam qualitas et dispositio mozbida inclinata & attractiua ad fedas & carnales delectatiōes que quidem qualitas et dispositio dicitur fomes vl

Ad tertiuz artic.

lex membrorum seu tyrannus ſm diuersos diuersi mode eam nominantes. ¶Ex tali autem qualitate morbida in carne oritur in actu generatiue quedam libido ⁊ effrenatus seu immoderatus ardor ⁊ tandem in semine deciso per talem actuz qđ sordes seu immundiciam vel feditas ⁊ per consequens in carne ipsa per talem actum mediante tali semine ꝓpagata carne sic infecta ipsa anima in instanti sue ꝓiunctionis cum carne ⁊ ex ipsa carne cui ꝓiungit inficitur macula peccati originalis: ⁊ ita pctm originale ꝑ actum generatiue ⁊ mediate semine contrahitur. ¶Contra istam opinionem arguit vnus doctor prima secđe sume sue: qz si sic ꝯheretur originale illud: non esset culpabile contrahēti. Nā qđ originaliter a natura traducitur non est culpabile sicut Aristoteles dicit. 3. ethi. Nullus improperat ceco nato ꝙ est cecus. Unde ⁊ si anima ꝓlis que est subiectum peccati esset generata et traducta a parente in prolem non esset peccatum originale qz nō esset in potestate hominis sicut dicit. ¶Dicit ergo aliter ꝙ homo quicūq generatus potest considerari dupliciter. Uno modo vt singularis ꝑsona dicta contra aliam. Alio modo vt descendit ⁊ trahit originem ab adam: ⁊ istomodo omnes homines sunt quasi vnus homo. Sicut et participatione speciei ſm porphirium. Tunc dicit ꝙ homīes veriuati ab adam propagati sunt quasi membra vnius corporis sicut ergo membrum quod mouetur a voluntate contrahit meritum vel culpam ex ipsa voluntate ſm ꝙ mouetur. Nam et si manus abcisa nichil mereatur vel demereatur cum voluntate tñ manus cōiuncta ſm ꝙ mouet: vñ ⁊ sibi ē iputabilis vt sit actꝰ eius. Ita in ꝓposito homo inquātū motus ab ada5 quasi mēbrū motiōe generationis ꝓtrahit originale pctm ⁊ est sibi iputandum. ¶Contra primā opinionē non intelligo quomodo illa qualitas morbida causet īmoderatā ⁊ effrenatam delectationē vt etiam ardorem in actu generādi qz videtur mihi ꝙ omnia ista sunt naturalia puta ardor in generando decisio seminis ⁊ qualitas vel dispositio seminis et cōditio quelibet absoluta positiua carnis ⁊ querēt oīa ista homini in puris naturalib⁹ generāti. Nec pono illam qualitatem morbidā causatam in carne primorum parentum ex pctō eorum. Nescio enim ꝙ quem modum ibi esset causata qz nō ab anima ade in carne sua. Non em̄ nisi ꝙ voluntatem suaz: ⁊ planum est ꝙ adam non voluisset eam causasse: immo nec sic potuisset si bene voluisset. ¶Secundo non video bene quid esset illa dispositio vel qualitas et qualis. Tertio non video quomodo semen infectū ab illa dispositione vel carne possit animam attingere ⁊ ipsam inficere sic ad culpam. Non enim potest causare aliquod gen⁹ pcti caro sit infecta ī aīa siue sit pctm actuale commissionis quia non potest causare sicut causa totalis saltem actum voluntat; Nec etiam obmissiōis qz eiusdem est peccare pctō cōmissionis ⁊ obmissionis. ¶Preterea etiam ista pctā non sunt nisi primis actibus intellectus: ⁊ de ipsis etiam planum est ꝙ non causantur in paruulis. Nec etiam pctm originale quia ſm Anselmuz ⁊ sicut dictum est supra pctm originale non est nisi carentia iusticie originalis debite inesse modo ista caro non causat in anima talem defectum attingendo ad animam. Nec potest etiam attingere ad originalem iusticiam. ¶Preterea etiam prius natura fuit adam priuatus originali iusticia ꝙ incurrisset illam maculam vel morbidam dispositionem sicut causa aliquomodo igitur nō est causa carentie talis sed magis econuerso etiā in alijs. Necvaleat si dicas ꝙ non est simile in alijs quia non contrahunt ipam ꝙ actum ꝓprium sicut adam qz in causis precisis. Si affirmatio est causa affirmationis ⁊ oppositum oppositi. Sicut ergo ex te originalis iusticia fuisset causa qualitatis oppositе ⁊ cōsequēter ī corpore mediate qua obediuisset corpus ipsi voluntati habenti originalem iusticiam ⁊ prior natura saltem tali qualitate etiam in quolibet: ita etiam carētia est causa qualitatis morbide et dispositionis cōtrarie. ¶Ultimo sic contra istud quia si illa qualitas morbida inficeret animam sequeretur ꝙ si adā stetisset ⁊ eua peccasset ꝙ nichilominus fetus contrahisz originale ex illa qualitate morbida in semē mulieris vel in menstruo quod intrat substantiā fetus. Sed hoc est falsum: ergo ⁊c. Contra istam opinionem exꝑsse dicit Anselmus ꝙ non est plus infectionis in sanguine ꝯ vel in sputo de conceptu virginali ideo dimitto istum modum. ¶Contra aliū doctorem arguentem contra primam opiniones arguo. Primo qz ipse videtur dicere contradictoria Nam ſm ipsum si pctm originale quod est ī anima esset traductum a carne eo ipso non esset peccatum in isto nec imputandum sibi quia non esset in potestate eiusdem. Sed ita parum est in potestate huiꝰ ꝙ moueatur a primo parente sicut membrū motione gnationis. Non enim habet suam generationē in sua potestate quia sicut nihil generat seipsum: ita nec potest generare seipsum: ergo non est isti peccatum imputandum sicut nec prius cuius oppositum ipe dicit. ¶Preterea sic secundo dicit ꝙ membra mota a voluntate vt mota sunt culpabilia ⁊ ipis debent sui actus imputare. Contrarium vero expresse dicit Anselmus. 4. cap. de cōceptu virginali: dicit enim sic. Quicquid peccant membra vel sensus totum imputatur voluntati quia soli voluntati debetur pena. Et patet ad hoc ratio quia membra vt sic mota pure passiue se habent nec habent in potestate sua sic moueri: quare ⁊c. ¶Tertio ad idem qz si peccatum contrahitur a paruulo qz mouetur motu generationis ab adam: ergo est quod non mouetur aliquomodo ab ada5 principaliter nō ꝯhit peccatum originale. Sed voluntas non mouet ab adā igitur voluntas non contrahit peccatum originale contra Anselmum. ¶Dico ergo aliter ſm viam Anselmi ꝙ pctm originale sic contrahitur nam deus sub tali pacto ⁊ decreto tradidit ⁊ dedit ipsi ade originalem iusticiam conseruandam ꝙ ex tunc eēt debitor ipsius cuz tota posteritate sua sicut debitor est operis meritorij aliqs quando accepit ipsum in principio sufficienti quod est gratia sic posteritas ade accepit iusticiam in principio sufficienti puta ī adam ⁊ ꝙ si seruasset eam in se qlibet descendēs ab ipso ſm legem generationis vel propagationis carnalis haberet eam per infusionez sicut et ipe. Si autem non seruasset eam sed perderet sicut ⁊ ipe fecit propagati ab ipo descendentes talem iusticiam nō haberent ab instanti sue conceptionis ꝙtūcūq debitores illius existerent. Ex isto pacto ⁊ decreto oī no statim facta est quelibet anima cuiuslibet propagandi ab ipso adam descēsuri in futurum debitrix originalis iusticie sicut facta ablutione baptismali

quo ꝯhit pecc. ori. ſm āsel.

Refellit opinione citata.

dubiū. 1. ꝫ supra dicta.

ticulum fuit opinio Manichei ꝛ suoꝝ sequacium heretica ꝙ est dare in genere malorū vnū per se primū malum increatū qđ esset principium omniū malorum. Sicut est dare vnū per se primū bonū qđ est causa ꝛ principium omniū bonorū. ¶ Ad hoc adducuntur rationes alique. ¶ Prima est ista. Bonū ꝛ malū nō sunt in genere: sed sunt genera aliorū sicut dicitur in post p̄dicamētis. Sed in vno quoq; genere est dare aliquod primū qđ est causa ꝛ mēsura aliorum. 10. metaphi. ergo ꝛ in genere malorum. ¶ Secūda ratio. Aut in malis est processus in infinitum aut est dare primū ꝛ maximū malum ꝛ summū qđ est causa aliorum ꝛ cuius participatiōe alia sunt mala. Sed in malis nō est processus i infinitū: ergo ꝛc. ¶ Tertia ratio. Illud qđ est simpliciter in causatum est simpliciter principium et causa aliorum que sunt talia. Sed summum malum est simpliciter incausatum quia si esset causatum oporteret ꝙ a summo bono. A summo autem bono non potest esse malum: quia optimi est optima adducere ꝛ similiter quicquid est causatū a primo bono est participās ipsum ꝛ p consequēs bonū ꝛ aliquo modo sibi simile quia omne agēs agit sibi simile: ꝫ ꝛc. ¶ Quarta ratio est ista. Omne tale per participationē reducitur ad aliquid tale per essentiam. Sed multa sunt mala per participationē vt patet: ꝫ est dare malū per essentiam: Sed malum per essentiaz est primum ꝛ purum malum ꝛ causa aliorum: ꝫ ꝛc. ¶ Sed dico ꝙ ista positio falsa est et heretica. Et arguo cōtra eam. ¶ Primo sic. Impossibile est ꝙ sit summū malū nisi in summo bono. Sz hoc est impossibile ꝙ in summo bono sit summū malū vt patet: ergo ꝛc. Probatio prime. Malū sicut dictū est supra nō est nisi carētia vel priuatio boni seu perfectionis debite inesse: igitur summū malū non est nisi carentia summe perfectionis nate in esse. Sed talis carētia non potest conuenire nisi summo bono. Sicut nec summa perfectio potest ī esse nisi summo bono: ꝫ ꝛc. ¶ Secūdo sic. Summū malum in ꝰtum malum vt sic vel dicit aliquod ens reale positiuū et per consequēs dicit bonū ꝛ est bonū: quia ens ꝛ bonum cōuertuntur. Aut non dicit aliquid positiuum sed priuatiuum vel negatiuum. Si priuatiuum tūc non est dare purū malum sed necessario habet subiectum qđ est aliquid ꝛ bonū. Si negatiuum tūc est nichil ꝛ non est ponēdum tanq; principium in entibus. ¶ Tertio sic. Omne principiū in rebus quod est simpliciter incausatū est ex se formaliter necesse esse. Sed malum non potest esse ex se formaliter necesse esse: quia est proprietas summi qꝛ summū bonū est necesse esse: ꝫ ꝛc. ¶ Quarta ratio adducitur In omni oppositione que nō est relatiua oportet ꝙ alterū extremorum sit nobilius. Sed bonū ꝛ malū opponūtur non relatiue: ergo oportet ꝙ alteruz sit nobilius ꝛ ita oportet ꝙ summū bonū sit nobilius: quia nō potest dici ꝙ summū malū. Sed qđ excedit ab alio non est a se: sed ab alio: ergo impossibile est esse malū a se non ab alio. ¶ Quinta ratio. Sūmū bonū est simpliciter necesse esse: ergo summum malum est simpliciter impossibile esse. Si ēm alterz contrariorum vel oppositorum priuatiue sit necesse esse oportet necessario ꝙ reliquum sit impossibile vel oportet ꝙ ꝓuatiue opposita possint simul stare. Hoc dicit philosophus. 4. ethi. ꝙ malum purū seipsum sustentare vel supportare nō pōt. Et ideo dico ꝙ non est dare tale malum primum et purum. Ad motiua manichei.

¶ Ad primū aliorum dico ꝙ bonū ꝛ malū proprie loquendo non sunt genera. Nam bonū in quolibet genere inuenitur. Ad minoreꝫ dico ꝙ non oportet primū ꝛ minimū in quolibet esse causam aliorū: licet sit mensura aliorum sicut albedo non est causa aliorum colorū: licet sit mensura. ¶ Tertio dico ꝙ quicquid sit de coordinatione priuatorum nō oportet dare in priuatiuis tale primū incausatum qđ sit causa aliorū. Sed magis omnia illius coordinationis reducūtur ad positiua alterius coordinationis Ita ꝙ mala non reducūtur ad primū malū sicut ad causam: sed ad bonū. Hec talia priuatiua ꝓ se sunt in genere vel coordinatione aliqua. ¶ Ad secūdū

dico ꝙ in malis non est processus in infinitū: sed est dare primū malum in actu. Sed illud non est purū nec causa aliorum ꝛ primū malum in actu fuit primū peccatum angeli. ¶ Ad tertiū dico ꝙ primum malum est simpliciter causatū non tñ per se ꝛ nō est incausatū. Tu dicis ergo a summo bono est causatum. Dico ꝙ nō sequitur sed a bono creato defecti uo in sua actione ꝛ per accidens aliquo modo sicut dicetur infra. Nec sequitur ꝙ a deo dato ꝙ a causa inferiori: quia licet sit causa efficiens nō tñ deficiēs nec potens condeficere. ¶ Ad quartū dico ꝙ oīne malum est per participationē ꝛ nullum tale per essentiam sic ꝙ sit purum ꝛ primū malum sicut est dare purum ꝛ primū bonū. Nec oportet in priuatiuis tenere illam regulā. Vel dic ꝙ esse tale per essentiā vel participationē non tenet nisi in positiuis quorū est essentia. Est ergo malum in rebus sed nō purum malum: ꝛ per essentiam incausatum qđ sit causa omnium aliorū eo modo quo ponimus primū bonum. Sed quia est in rebus carētia boni vel perfectiōis debite in esse ꝛ ꝙ multa sint in quibus sit talis carētia. Patet multa ēm sunt suppositā carētia perfectione sibi debita in esse: quia videmus ꝙ cōmuniter talis pfectio vel tale bonū inest suppositis aliis eiusdem rationis. ¶ Hoc probant aliqui quia nisi esset malum in vniuerso nō saluaretur ordo vniuersi ꝫm cōnexionem causarum defectiuarū ex quib⁹ prouenit malum ꝛ defectus in ipso vniuerso. Sed de ista ratione parum curo. Hec de scdo articulo.

¶ Quantum ad tercium arti

culum dico primo ꝙ oportet ꝙ bonū sit causa mali in genere efficientis. Malum ēm nō potest esse simpliciter incausatum: quia tūc esset simpliciter independēs ꝛ necesse esse: ergo oportet ꝙ aliquo modo causetur ab aliquo. Aut ergo de malo qđ nō potest dici de primo malo ante qđ nullum. Aut a bono: et sic habetur propositū quare ꝛc. ¶ Secūdo sic. Ad idem principium ad qđ pertinet perficere pertinet posse deficere loquēdo de potētia distante ꝛ remota ab actu. Sed ad potētiam que est aliquod bonuz creatum pertinet posse perficere impedibiliter: ergo ꝛ posse deficere. Sed malum nō est nisi a tali potētia: ergo est ab aliquo bono. ¶ Tertio sic. Malū quodcūq; nō est nisi carētia perfectionis debite inesse. Sed hec carētia non est nisi propter defectum agentis vel impedimētum cōtrarij agētis que omnia sunt bona: ꝫ malū nō est nisi a bono. ¶ Quarto sic. Ab eodem in genere boni habet esse rectitudo ꝛ perfectio alicui⁹ ꝛ obliquitas seu imperfectio Sed rectitudo vel perfectio est ab aliquo bono perficiente: ergo obliquitas vel imperfectio est a bono deficiente. Sic igitur dico ꝙ malum est a bono ꝛ ꝙ bonū est causa mali in genere cause efficiētis. Sed de modo per quē est dubium et magna difficultas. Et dicū quidam de hoc ꝙ bonū est causa mali per accidēs: non autem per se. Causa vero per accidēs duplex est. Una que accipitur ex parte efficiētis sicut album vel musicum edificat per accidens. Alia que accipitur ex parte effectus ꝛ isto modo casus ꝛ fortuna dicūtur esse cause per accidēs. Isto modo fortuna dicitur esse causa per accidēs inuentionis thesauri ad fossionē sepulchri vel magis fossio ipa sepulchri dicitur causa per accidēs fortuita inuentionis thesauri: quia inuētio thesauri coniungitur cum effectu huius cause. s. cū sepulchro fosso. Modo dicunt aliqui ꝙ loquēdo de malo culpe volūtas creata que est aliquod bonū est causa per accidens mali culpe. Secūdo modo quia malum culpe est aliquid annexum ꝛ cōcomitans effectum aliquē volūtatis que est aliquid positiuum ꝛ bonū. Qz autem effectus voluntatis que est aliquid positiuum ꝛ bonum qui est effectus per se sit bonus. Probant per Dionysium de diuinis nominibus vbi dicit ꝙ nullus operatur ad malum aspiciēs ꝛ pariratione nec vllus operatur malū effectum. Ita ꝙ nullus operatur ad malum aspiciens nec sicut ad finem nec sicut ad effectum. Alij dicunt ꝙ voluntas creata que est aliquod bonum est causa mali per accidēs. Primo modo. s. quia coniungitur cause mali per se. Causa autem mali per se est defectibilitas aliqua cui coniungitur voluntas. Ipsa autē voluntas defectibilitati tali coniungitur: quia est de nichilo. Ad qđ allegatur illud Augustini. 12. de ciui. dei. ca. 7. vbi dicit ꝙ natura diuina nō potest deficere ꝛ alia possunt deficere: quia de nichilo facta sunt. Causa ergo defectibilitatis ꝛ peccabilitatis volūtatis est esse de nichilo.

¶ Cōtra primū modū arguit

ab alijs: qꝛ ꝫm ipsum. Sequeretur ꝙ deus ita esset per se causa effectiua mali culpe sicut volūtas creata quia effectui dei potest immediate coniungi ꝛ cōtingitur frequēter malum culpe. Nam quēcūq; effectum bonū positiuum causat voluntas creata ꝛ diuina voluntas. ¶ Secundo quia malum culpe qđ est malum omissionis non esset a voluntate: qꝛ sicut dicetur infra. Volūtas sine omni actu ꝛ effectu positiuo potest peccare peccato omissiōis. ¶ Tertio quia aut volens facere actum cui annexum est malum culpe anteq; eliciat aut causet talez actū. Aut nouit ꝛ scit ꝙ tali actui annexum est malū culpe vl scire potest hoc. Aut non nouit hoc nec potest nosse. Non potest dici secūdum: quia tunc in illo actu non peccaret quia haberet ignorātiam inuincibilē ergo primo modo ergo ante malū culpe habet malum culpe: quia volendo causare illum actū de quo nouit ꝙ ipsum cōcomitatur malum culpe ꝛ culpabile sibi iam habet malus culpe: ꝛ ita alio modo est causa mali culpe ꝫ causa per accidens pro tāto: qꝛ causa per se alicuius effectus cui cōiungitur malū culpe. ¶ Quarto quia tunc voluntas esset fortuita vel causalis mali culpe qđ nō videtur verū. Iste rationes possent solui sustinendo primū modum dicēdi ꝙ voluntas illo modo est causa mali culpe, loquēdo de culpa commissionis. Sed non curo.

¶ Contra secundum modum

dicēdi. s. ꝙ defectibilitas est in re vel voluntate: qꝛ ex nichilo non fit per se causa mali culpe. ¶ Primo sic. Talis defectibilitas est cōmunis omnibus que sunt de nichilo. Sed peccabilitas vel causalitas mali culpe nō inuentur in omnibus de nichilo tunc pari ratione inueniretur in lapide sicut in voluntate: ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic: quia talis defectibilitas non est nisi adnichilabilitas. Sed adnichilabilitas non est causa mali culpe ꝙ se: ꝫ ꝛc. ¶ Tertio sic. Defectibilitas voluntatis create ꝛ volūtas idem sunt. Nichil reale dicit illa defectibilitas sup voluntatem ipsam: ergo voluntas ꝛ sua defectibili

tas nō debent poni due cause mali quarū vna sit p se ⁊ alia sit per accidēs. ¶ Quarto sic. Voluntas creata per suā defectibilitatem ēm te non est causa bone volitiōis: ergo nec causa male volitionis probatio consequentie: quia causa que indifferēter ēm se respicit aliqua duo per eandē rationem est causa vtriusq; hoc patet in subiectis. Per eande eīm rationem subiecti superficies contingēter respicit album ⁊ nigrum ⁊ vtrūq; recipit vel alterum: qz ides est subiectum contrariorum sic de causa effectiua. Sed voluntas ēm se indifferēter respicit bonā vel malam volitionē: igitur per eandem rationē cōtingenter est causa vnius sicut alterius vel econuerso.

Mota. ¶ Dicitur ergo aliter q malum culpe dupliciter est. Vnū est culpa ꝓmissionis. Aliud est culpa omissionis. De culpa cōmissionis dicitur sic q malum culpe vnū dicit principaliter ⁊ aliud ꝓnotat. Illud qđ dicit principaliter est carētia debite perfectiōis in actu. Aliud qđ ꝓnotat est ipse actus positiuus substractus tali carētie. Consistit ergo malum cōmissionis in actu positiuo carēte rectitudine debita et dicit tunc q voluntas creata est causa mali culpe p istum modū: quia voluntas ipsa ⁊ agit aliquid ⁊ in sui actione deficit ab aliquo qđ debuit attingere et potuit. Unde causare malum culpe nō est aliud q̄ in agēdo deficere. ꝓprie eīm dicitur quis deficere quādo agit aliquid tm̄ non perficit: sed ab aliqua perfectione deficit. Unde deficere non est omnino nichil facere tunc dormiens posset dici deficere sed deficit qui illud qđ agit nō perficit nec perducit ad omnes bonas circūstantias debitas in esse. Unde voluntas est causa mali culpe deficiendo: quia aliquid agēdo ⁊ aliquid omittēdo vel nō agēdo. Puta rectitudinē talis actus sui ⁊ voluntas dicit causa defectiua culpe. Non defectiua: quia de nichilo sicut dicunt alij sed sicut dictū est. Qz autem sic potest deficere dico q̄ hoc habet ex natura sua ⁊ differētia ꝓpria qua talis voluntas est ⁊ est differētia innominata. Unde ⁊ August. 12. de ciui. dei. ca. 7. dicit. Nemo querat causam efficientē male voluntatis: quia nō habet causam efficientem sed deficientem. Dices q eodem modo sequitur q deus sit causa culpe sicut voluntas creata quia agit aliquē effectum quē non perducit ad omnē circūstantiam debitam puta ipsum eundē effectum voluntatis create. Similiter etiā quia ēm istum modū in omni culpa cōmissionis esset culpa omissionis: quia omittit aliquid qđ debet poni. ¶ Tertio qr iste modus nō videtur alius. ꝓprio modo ex parte effectus accipiendo causam per accidēs: ⁊ a secundo simul coniuncto cū primo accipiendo causam per accidēs ex parte cause per se que est defectibilitas. ¶ Ad primū dico q deus non est causa culpe sicut voluntas creata: quia nō est causa defectiua. Non eīm agit effectum defectuosum tanq̄ causa defectuosa. Nam licet agat eūdem effectum cuz voluntate creata nō tamē deficit sicut voluntas creata quia nichil plus tenetur vel debet ponere in actu q̄ illud qđ ponit. Sed volūtas creata plus tenetur ponere q̄ ponat Puta circūstantiam debitam. ¶ Ad secūdum nō oportet omnes culpam cōmissionis esse omissionis ꝓprie licet aliquid omittatur in ipsa. Nā in peccato omissionis omittitur ⁊ substātia actus debita et circūstantia. Sed in peccato cōmissionis non sic.

August. ¶ Ad tertium dico q iste modus dicēdi nō est idē cum alijs: quia nec imaginatur duos effectus ex parte mali: quorum vnus sit per se ⁊ alius per accidēs sicut primus modus. Nec duas causas ex parte voluntatis: quarum vna sit per se ⁊ alia sit per accidēs sicut secūdus. Si imaginatur vnā causam deficientem ⁊ vnū effectum defectuosum qui est malus. Sic de peccato cōmissionis. De peccato vero omissiōis in quo nullus actus positiuus iuenitur sibi substractus sed tm̄ potētia nuda difficilius videretur quo modo. Et si debet dici tale malum a voluntate effectiue. Et de hoc nō video quomodo sit a voluntate creata effectiue nisi ꝓ tāto dicatur ab ipsa: qz potuit ⁊ debuit ponere actum positiuz oppositū quo posito nō fuisset culpa omissionis nec carētia talis quā tm̄ non posuit ⁊ ita imputatur sibi ⁊ hoc etiam omittere potuit: quia talis voluntas non sic autem volūtas diuina que nichil potest omittere ad quod teneatur. Dices q nō ꝓpter hoc voluntas creata est effectiua mali culpe talis. Dico q immo priuatiue per absentiam actus quē debuit ponere ꝛz nō ponit. Sicut etiam dicimus q gubernator absens est causa periclitationis nauis priuatiue. s. per priuationem sui actus: quia non gubernat nauem: ita in proposito quia malum omissionis vel est ipsa carētia actus debiti vel per talē causatur aliquo modo. Et dicitur voluntas causa talis carētie. Causa dico priuatiua sicut fuisset causa positiua actus debiti si posuisset ipsum ī esse. Sic ergo patet quomodo bonū est cā effectiua mali vel potius defectiua.

Bonum quot modis causa mali ꝓ. ¶ Secundo dico ad istū artículum q extēdendo nomē cause materialis ad subiectum respectu accidētis vel priuationis eiusdem bonū est causa mali ī genere cause materialis. Nō q̄ sit materia ꝓprie vel pars essentialis mali: sed sicut dictum est materia in qua vel subiectū eo modo quo priuationis potest dici subiectū. Nō est autē hoc intelligēdum de bono ⁊ malo oppositis priuatiue. Nam malum nō est in bono sibi opposito sicut cecitas non est in visu: sed in alio bono. Puta in oculo vel pupilla. Si dicas q ēm rationes generales opponūtur bonū ⁊ malum sicut priuatiue opposita: ergo sicut malum nō potest esse in hoc bono ita nec in aliq̄ bono sicut nec cecitas in aliq̄ videte ¶ Potest dici primo q assumptū non est verū intelligēdo sicut accipitur. Nam oportet dare bonuz qđ nullum habet malum oppositū: immo multa bona ⁊ ideo nō sunt vniuersaliter opposita. Sed ī ali quibus bonis ⁊ malis ita est ⁊ illa nō possunt simul stare vnum in alio. Solum eīm bonuz qđ habet esse circa subiectum sic q carētia eius potest in esse illi subiecto habet malum opposituz priuatiue. ¶ Ex quo patet q bonū diuinū nō habet malū oppositum immo nec bonū substātie sortis nec multa alia. Aliter dicitur q in illis transcendētibus oppositis fallit regula dyaleticorū que dicit q vnū oppositorum non est in alio. Non curo de hoc.

¶ Tertio dico q bonuz potest esse causa mali sicut finis nō per se sed per accidēs: quia malū vnius ordinabile est aliquo modo ad bonū alterius sicut patet in multis non tm̄ per se saltē de malo culpe: immo forte nec de malo pene vt malum est dico quia malum ēm q huiusmodi nō est ordinabile ad finez: sed magis priuat ⁊ tollit ordinē.

¶ Quarto dico q malū nullo modo potest esse ratio formalis vel forma boni nec econuerso. Et ideo dicitur q bonū in triplici genere cause potest esse causa mali nō autē vt forma vlo modo. Impossibile est enim q bonū vel sit intrinsecuz malo tanq̄ forma ⁊ causa intrinseca vel q sit in malo sicut in subiecto. Sic de isto.

¶ Ad primū principale dico q bonū ēm actionem perfectiuā ⁊ pficiendo est suū ipsius diffusiuum. Sed bene ēm actionē defectiuam potest esse causa mali. ¶ Ad secūduz dico q malū habet causam positiuam. i. causam que est aliquid positiuum reale licet sit defectiua ⁊ causatiua mali.

Malum quid. ¶ Ad tertiū dico q malum non est omnino nichil sed est negatio cōcernens subiectum ⁊ tale quid potest habere q causa aliquid positiuum defectiuum tm̄ intelligēdo de malo culpe. Ad Dionysium dico q malum nō est existens tanq̄ aliquid per se et intrinsece positiuum nec nō existens tanq̄ fuit vel futurum sit aliquid tale positiuum intrinsece sed non obstat qui sit ꝓpatio talis supradicta. ¶ Ad quartum dico q bonū est causa mali non formalis sed finalis aliquo modo p accidens vt dictum est supra. Nū dicitur Cui⁹ finis bonus est ipsum quoq; bonum est Verū est define p se. ¶ Ad illud de efficiente Dico q xp̄us accipit tibi arborem nō p voluntate q̄ est potentia. sed pro opere bono interiori et illa arbor nō potest fructū malū facere opus. s. malū exteri⁹. Ad aliud de dyabolo dico q sicut ignis nō potest infrigidare Ita nec bonū potest malū facere pficiendo ꝛz deficiendo vel dic ad istud q verū est de bono ⁊ malo priuatiue oppositionis: ꝛz bene vnū bonū ē causa mali nō oppositi sibi formaliter ¶ Ad cōfirmationē de cā prima dico q malū culpe vt sic nō reducitur in causam primā vt dictū est supra: quia non est causa defectiua nec cōdefectiua ⁊ hoc etiam magis apparebit. Nec oportet q effectus cause secūde quem causat deficiendo reducat in causaz primā que non est defectiua. ¶ Ad illud de causa materiali dico q malum potest denominare bonū vt subiectum vel quasi subiectū sed nō bonum sibi oppositum sed aliud bonū. Unde ⁊ bonuz pōt dici ꝛperfectū ⁊ pari ratiōe malū ⁊ dico q ꝓpheta nō imprecatur maledictionē sic dicentibus: sed magis illis qui dicūt q malum est bonū sibi oppositum vel econuerso vt qui dicūt q iusticia ⁊ illō qđ est iustum est iniusticia vel iniustū vel qui dicunt bonū esse malum quidditatiue non denominatiue: hoc patet p illud qđ subiungit potestates tenebras et lucē tenebras qđ nō pōt intelligi nisi q̄ddditatiue.

¶ Distinctionis trigesimequinte.

¶ Questio Vnica.

Circa istam distinctionē quero vtrū omne peccatum ab originali consistat ī aliquo actu positiuo ¶ Videtur q sic omne peccatum ab originali est actuale. Sed peccatuz actuale ab actu ꝓprio peccātis dicitur: ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. Si peccatum actuale potest esse sine omni positiuo actu tunc dormiens posset actualiter peccare sicut arguit de beatitudine q nisi consisteret ī actu dormiens posset esse beatus. Sed hoc est falsum: ergo ꝛc. ¶ Secundo. Illud qđ non cōsistit in aliquo positiuo pertinēte ad ipsum nichil: sed pctm̄ actuale non est nichil. Tunc eīm pro nichilo dāuaret deꝰ hominem qđ non est verum: igitur ꝛc. ¶ Quarto sic. Illi peccato qđ non consistit in aliquo actu non correspondet pena sensus: sed tm̄ pena dāni: quia ī ipso nulla delectatio inuenitur quia delectatio omnis cōcomitatur aliquem positiuum. Sed oīm peccato ꝓter originale correspondet pena sensus: g̃ ꝛc.

De pctō alio ab originali ¶ Contra In hoc distinguit peccatū omissionis a peccato cōmissionis: qz peccatum cōmissionis consistit in aliquo actu positiuo. Non autem oportet hoc de peccato omissiōis Sed peccatum omissiōis est actuale ⁊ aliud ab originali: ergo ꝛc.

¶ In ista questione sic procedam. ¶ Primo inquirā de questo. s. vtrum omne peccatum aliud ab originali cōsistat in actu aliquo secundo positiuo. ¶ Secūdo inquiram ad quā potentiam pertinet principaliter peccatum vtrum ad voluntatem vel intellectum. ¶ Tertio dato q ad voluntatem inquiram vtrum actus talis sit peccatum inq̄tum ab ipsa voluntate effectiue vel inq̄tū in ipsa formaliter vel subiectiue. ¶ Quarto verū omne peccatū corrūpat aliqđ bonū in eo ī quo est.

De pctō alio ab originali ¶ Quātum ad primum artículum. Est vna opinio q omne aliud peccatum ab originali consistit in aliquo actu positiuo secūdo interiori vel exteriori. Ita q nullum peccatū est nisi sit aliquis actus positiuus. Ad hoc adducuntur rationes ⁊ auctoritates. ¶ Prima ratio est ista. Omne peccatum est voluntarium ⁊ si nō est voluntariū nō est peccatum ēm Augustinū de vera religione. Sed nichil est voluntarium nisi actus interior vel exterior quia ex parte agentis non inuenit aliquid in potestate sua nisi actus. Non est natura vel potētia volitiua seu operatiua est in potestate agentis: quia nullo modo cadūt ista vel cadere possunt sub causalitate peccātis ⁊ ita nullo modo sunt in potestate eius: sed solum actus qui est actus voluntatis primo ⁊ mediante ipso alij actus: g̃ in aliquo actu consistit omne peccatū. ¶ Secunda ratio. Impossibile est esse malum culpe nisi in aliquo bono, fundatum sicut patet ex precedēti questione. Sed malum culpe non fundat nisi in bono actu vel actu aliquo secundo. Probatio qr opposita nata sunt fieri circa idem. Bonū autē moris ⁊ malum culpe sunt opposita. Sed bonū moris non est nisi circa actum bonū ex genere non in habitu solo vel natura vel potētia ⁊ impossibile est q sit sine tali actu: ergo ꝛc.

¶ Tertia ratio. Quicūq; non se habet aliter nunc q̄ prius nō peccat. Sed q̄ nichil agit sicut nec prius non se habet aliter nunc q̄ prius vt patet: igit non peccat sicut nec prius: ergo peccatū in aliquo actu positiuo cōsistit. Maior probatur: quia omnis peccās de nouo necessario mutatur igitur se habet aliter nūc q̄ prius. ¶ Quarta ratio. Omnis peccās aut facit aliquid aut nichil. Si facit aliquid habeo propositum. Si nichil igitur pro nichilo damnat ⁊ pro aliquo qđ non fuit in potestate eius: quia solus actus est in potestate peccantis.

¶ Ad hoc sunt auctoritates.

Omnes peccati descriptiones in quibus semp ponitur aliquis actus positiuus interior vel exterior.

August. ¶ Prima est Augusti. 22. cōtra faustū. Peccatū est dictum vel factū vel concupitū contra legē dei.

Idem. Sed omnia ista significāt actus positiuos. ¶ Secūda auctoritas est eiusdem de duabus animabus Peccatū est voluntas retinendi vel psequendi qđ iusticia vetat ⁊ ita patet q̄ ibi accipit Augustinus voluntatē p̄ actu volēdi nō p̄ potētia. ¶ Tertia

Ambro. ratio est Ambrosij in libro de paradiso. Peccatū est p̄uaricatio legis diuine ⁊ celestiū inobedientia mandatorum. Modo planū est q̄ p̄uaricatio actum positiuū dicit ⁊ similiter inobedientia: quia dicit voluntatem non obediendi necesse est eīm omne peccatū esse volitum vel in seipso vel suo antece

August. dēte ad qđ ipsum necessario consequitur. ¶ Quarta auctoritas est Augusti. 5. de libero arbitrio vbi dicit q̄ peccatum est spreto bono incōmutabili rebus cōmutabilibus adherere sed ista dicunt actus positiuos. ¶ Ultima auctoritas est

Magr. Magistri i littera in presenti distinctione vbi dicit q̄ peccatū est corruptio vel priuatio non passiue sed actiue. Sed hoc non esset nisi cōsisteret in actu positiuo: igit̄ ⁊c.

pctū duplex. ## ¶ Modus ponendi est iste. dicunt eīm q̄ peccatum duplex est. Vnū omissionis ⁊ aliud cōmissionis ⁊ quodlibet istorū in aliquo actu positiuo consistit: sed differēter quia peccatū ꝓmissionis potest consistere ⁊ in actu interiori ⁊ in actu exteriori. ¶ Sed peccatū omissionis nunq̄ cōsistit nisi in actu interiori. Sed quomodo declarant differēter eīm consistit in actu interiori ⁊ aliter q̄ peccatum cōmissionis. Nam peccatum cōmissionis cōsistit in velle facere oppositum actum actui p̄cepti. ¶ Sed peccatū omissionis cōsistit in velle nō facere p̄ceptū vel in nolle facere actuꝫ p̄cepti verbi gratia p̄ceptū est de honorando parentes. Circa istud p̄ceptum potest quis peccare peccato cōmissiōis in actu interiori. Puta si velit erhonorare parentes vel peccato omissionis si nolit actu positiuo honorare parētes vl velit nō honorare ⁊ sic de alijs p̄ceptis suo modo. Lex eīm non tm̄ p̄cipit nō facere contrarium p̄cepti sed facere p̄ceptū ⁊ quā do facit iste contrarium p̄cepti tunc peccat cōmittēdo quando vult non facere p̄ceptū vel renuit facere peccat omissiue. Ita q̄ peccatum omissionis ⁊ cōmissionis non distinguntur: qz vnum consistat in actu ⁊ aliud non: sed sicut dictū est. Ita q̄ licet possint distingui penes actū ⁊ non actum ex parte obiecti non tm̄ ex parte agētis vel peccātis. ¶ Sz ista positio videtur michi falsa de peccato omissionis. Bene eīm dico q̄ pctm̄ cōmissionis in aliquo actu consistit. Sed videtur michi q̄ potest esse peccatuꝫ omissionis sine omni actu positiuo voluntatis sine etiam actu exteriori.

Rōnes p̄cedē. opi. ## ¶ Ad hoc adduco aliquas rationes. ¶ Prima est ista. In cuius potestate est libere agere circa aliquod obiectum ⁊ libertate contradictionis in eius potestate est agere vel nō agere p̄ eodem instāti diuisim. Ista de se patet. Sed voluntatis nostre est libere agere libertate contradictiōis circa obiectum p̄cepti propositum ad qđ tenetur implendum p̄ aliquo nunc sicut de honorando parentes: ergo p̄ eodē instanti diuisim potest hoc velle vel nō velle ⁊ ab actu cessare. Sz hoc posito q̄ nōvelit peccabit peccato omissionis: quia nō faciet illud ad qđ p̄ nūc tenetur. Nec oportet q̄ aliquē alium actū eliciat p̄pter hoc: ergo peccatum omissionis esse potest sine omni actu interiori voluntatis: ⁊ per consequēs sine quocunq̄ exteriori īperato ab ipsa. ¶ Secūda ratio est ista. In nullo plus determinatur indifferētia volūtatis ad aliquem actum positiuum quin possit oēm actū suspēdere circa obiectum dictatum a ratione ⁊ presentatum per quēcunq̄ modū q̄ circa obiectum nō presentatum nec omnino ostensum: igitur obiecto mādati vel p̄cepti presentato ad qđ tenetur p̄ isto nunc. Ita potest omnem actum suspēdere circa ipsum vel nullum actuꝫ positiuum habere sicut si omnino nō presentaretur. Nec intellectus aliquid cogitaret de ipso. Sed nullum actum habēdo circa illud obiectum circa qđ tenetur habere actu p̄ instanti p̄ quo tenetur intellectu aduertēte. Planū est q̄ voluntas peccat peccato omissionis igit̄ ⁊c.

¶ Preterea ipsi dicunt q̄ peccatū omissionis consistit in actu nolendi facere p̄ceptū vel volēdi non facere. Tunc arguo ꝓtra hoc. Sicut se habet actus volendi facere p̄hibitum ad omissionē vel cōmissionē. Sic se habet actus nolendi facere p̄ceptuꝫ affirmatiqum vel actus volēdi nō facere. Sed planum est q̄ actus volendi facere p̄hibitū est actus et peccatum cōmissionis sicut patet de velle furari vel fornicari: igitur actus positiuus nolendi implere p̄ceptū vel volendi nō implere est peccatū commissionis nō ergo omissiōis. Unde nō sic distinguūtur peccatū omissionis et cōmissionis sicut dicunt.

¶ Quarta ratio est ista. Sicut in potestate voluntatis est actus exterior vel negatio eius: ita multo magis est actus interior: quia nichil tam est in potestate voluntatis q̄ voluntas ⁊ sicut esset peccatū imputabile voluntati si non exequeretur actum exteriorem quando tenetur. Ita non exequi vel elicere actum interiorem p̄cepti quando tenetur. Sed planum est q̄ voluntati imputaretur ad peccatum omissionis nō mouere extrinsecam potētiā ad actū exteriorem p̄cepti. ¶ Preterea de eundo ad ecclesiam vel dando elemosinā dato q̄ nullum alium actum exteriorem faceret: igitur multo fortius nō elicere actū interiorem. Sed hoc posito habebim⁹ peccatum sine actu omni interiori ⁊ exteriori: ergo ⁊c. Peccatū enim tale non consistit nisi omittendo p̄ceptum: non autem in aliquo actu reflexo: vt in velle omittere vel nolle facere siue velle. Unde et velle non facere non est peccatū nisi quia non velle vel non facere est p̄hibitum ⁊ peccatū ⁊ sunt peccata alterius rationis sicut puto. ¶ Quinta ratio est ista: quia si voluntas possit aliquid contra iudicium rationis potest tm̄ contra sm̄ iudicium rationis. Sed ratio erronea potest dictare alicui q̄ nihil est volendū vel nolendum circa materiam p̄cepti vel etiā circa velle vel non velle p̄cepti etiam p̄ instanti p̄ quo voluntas tenetur ad p̄ceptū: ergo voluntas potest non vellevel nolle aliquid circa istud· videlicet stare sine omni actu ⁊ p istāti p quo tenetur ad p̄ceptum. Sed hoc facto peccat peccato omissionis: ergo sine omni actu potest stare peccatū omissionis. ¶ Ultima ratio quia aliquis non

punitur pena sensus eterna nisi p̄ peccato alio ab originali. Sed aliquis iuste sic punitur p̄ eo q̄ facit p̄ceptum. Nec oportet q̄ faciat aliquem aliuꝫ actum: ergo hoc est peccatū ⁊ ita peccatū omne ab originali non oportet q̄ sit in aliquo actu positiuo.

Resolu. ## ¶ Dico ergo q̄ volūtas quia ex sua libertate habet q̄ potest libere velle vel non velle quodcūq̄ obiectum q̄tumcūq̄ volēdum q̄ sine omni actu positiuo potest peccare peccato omissionis non volēdo id qđ est volendum ⁊ ad qđ tenetur ⁊ sic non oportet omnem culpam voluntatis cōsistere in actu secundo positiuo sicut patet de peccato omissionis de peccato cōmissionis bene puto.

ad rōnes p̄cedē. opi. ## ¶ Ad primum aliorum dico q̄ nichil est volūtarium positiue nisi aliquis actus qui est in potestate voluntatis sed bñ priuatiue p̄ tanto quia voluntati potest in esse aliqua priuatio ⁊ voluntarie p̄ tanto quia potuit ⁊ debuit voluntarie ponere actū positum quem tamen non posuit et ideo dicitur priuatio talis voluntaria. Tu dicis voluntas non potest suspendere actū nisi per velle. Dico q̄ falsum est. Ita q̄ suspēsio actus nō est nisi non elicere actū quē posset elicere. ¶ Ad 2dm dico q̄ impossibile est esse malum culpe nisi fundatus in aliquo bono positiuo ⁊ dico q̄ malū culpe omissionis fundatur in voluntate nō in aliquo actu elicito positiuo. Ad probationē dico q̄ non cōcludit nisi de malo culpe cōmissionis in actu bono ex genere qđ qđē est carētia rectitudinis moralis: qz rectitudo circūstantie debite. Sed etiā dico q̄ nō valet de malo omni culpe ꝓmissionis qz pōt esse peccatū cōmissionis in actu malo ex genere qui nō pōt esse bonus moraliter nec bene circūstationari sicut actꝰ odiendi vel blasphemādi deum. Et tuncvltra dico q̄ multomnus valet in peccato omissionis qđ non solum priuat circūstantiam debitā in actu: sed etiā totā substantiā actus: ⁊ tunc dico q̄ sicut totꝰ actꝰ habet fundari in voluntate sicut in bono ⁊ nō in aliquo actu secūdo positiuo elicito: ita etiā malum culpe omissionis. ¶ Ad tertiū dico q̄ maior nō est vera nisi de peccato cōmissionis. Potest eīm aliquis peccare de nouo peccato omissiōis dato q̄ in se nō mutetur per aliquid receptum nec aliquē actū positiuum elicitū. Et ratio est: qz prius non tenebatur ad implendum p̄ceptū p̄ illo tunc priori ⁊ ideo non peccabat prius nō adimplendo modo ⁊ ꝓ nūc tenetur: ⁊ ita posito q̄ nō impleat sicut prius nō implebat/peccat: ⁊ tm̄ prius non peccabat ⁊ nō est omnino mutatus qz non facit aliquid sicut nec prius. ¶ Ad quartū dico q̄ peccans peccato omissionis nō oportet q̄ faciat aliquid sed sufficit q̄ non facit aliquid ad qđ faciendum tenetur. Tu dicis: ergo facit nichil. Dico q̄ si voces nichil nullum actū positiuum concedo. Et cum dicis: ergo p̄ nichilo dānatur. Dico q̄ non p̄ nichilo omnino qđ est mera negatio extra genus sed bene p̄ nichilo eo modo quo dicit Augustinus q̄ peccatū est nichil et istud nichil bene saluatur in negatione que cōcernit subiectum ⁊ est priuatio rectitudinis debite inesse cuiusmodi est peccatum omissionis.

¶ Ad oēs auctoritates vnoverbo dici pōt q̄ qz peccatū cōmissiōis noxius est oēs ille descriptiones peccati verificantur ⁊ date sunt de peccato cō missionis. Hec de primo articulo.

Ad quaz potentiā p̄incipaliꝰ pertinet peccatū.

¶ Quātum ad secundū articulū. Posito q̄ aliquis actus sit peccatū vel in aliquo actu consistat peccatum ad quā potentiā principalius pertinet ipsum peccatū ⁊ in quo est formaliter sicut in subiecto ⁊ causa prima. Videtur michi q̄ aliquis si sequerētur sua principia deberēt principalius attribuere peccatū intellectui q̄m voluntati. Tum quia ēm ipsos est potētia liberior q̄m volūtas quia intellectus est prima potētia īmaterialis ⁊ abstracta. Tum quia voluntas nichil potest nisi iudicatū a ratione nec potest aliquid contra ipsam: ita q̄ intellectus est principalis motor ⁊ volūtas non potest nō moueri ab intellectu stāte iudicio. Tū qz intellectus est potētia simpliciter nobilior: quia est p̄pter se ⁊ volūtas p̄pter ipsum sicut appetitus sensitiuus p̄pter sensum. Ad potētiam autē nobiliorem pertinet meritū ⁊ per consequēs demeritū. Tum qz ad potētiam illā p̄cipue pertinet meritū ⁊ demeritū que est p̄cipue regitiua hominis. Sz hoc est intellectus. Homo eīm per rationem principaliter. Animalia eīm imaginationibus viuūt. Sz hominū genus arte ⁊ rationibus. i. mecā. quare ⁊c.

Opinio auctoris

¶ Dico autē oppositū q̄ peccatum ⁊ culpa principalius pertinet ad voluntatē sicut ad causam ⁊ subiectum p̄pter omnes illas ratiōes que verificātur de volūtate. Primo quia potētia sola formaliter libera libertate dico meritoria nō ex īmunitate a materia sicut dictū est supra in quadā questione. Tum quia voluntas stante omnimoda rectitudine rōnis pōt in oppositū eius qđ iudicatū est ⁊ est principalis motor in regno aie ⁊ intellectus. Non qz intellectus mera necessitate naturali mouetur ab obiecto p̄sentato nisi auertatur a voluntate. Tum qz volūtas ēm multos est simpliciter nobilior ⁊ actus itellectꝰ est simpliciter p̄pter actū voluntatis ⁊ optimus ꝓpter oppositū sicut videtur ⁊ cognoscere deū p̄pter diligere ⁊ frui non ecōuerso: qz hoc esset puerile ēm Bernardū. Tum qz voluntas est p̄cipue regitiua hoīs: qz imperādo sicut regina ⁊ rex in regno. Intellectus aūt solum dictādo ⁊ cōsulendo: quare ⁊c.

¶ Adduco autem alias rationes ad idem. ¶ Primo sic. Ad illam potentiam principalius pertinet peccatum et culpa que sola punietur et cui soli culpa imputatur. Sed hec est solum voluntas ēm Anselmum de conceptu virginali: ergo ⁊c. Nichil enim pena est nisi inuoluntarium p̄prie loquendo. ¶ Secūda ratio est ista Ad illam potentiam pertinet principaliter peccatum ⁊ culpa in cuius potestate primo est facere culpam vel non. Sed hec est voluntas per suam libertatem stante quocunq̄ dictamine in intellectu sicut probatum est supra. distinc. 25. ergo ⁊c. ¶ Tertia ratio. Ad illam potētiam primo ⁊ principaliter vide habet culpa q̄ sit volūtaria: quia peccatū a deo est voluntarium q̄ si non est voluntariū non est peccatum secundum Augustinum de vera religione. Sed planum est q̄ ex voluntate habet culpa q̄ sit voluntaria et non ex intellectu: ergo ⁊c.

¶ Quarta ratio. Si culpa pertineret principaliter ad intellectum cum actus intellectus sit prior actu voluntatis culpa posset esse ante omnē actum

voluntatis etiã culpa cõmissionis. Sed hoc est falsum qr nichil est imputabile vt peccatum actuale: nisi voluntarium: ergo ꝛc. Dico q culpa ad voluntatem pertinet ꝛ ad nullam aliam potẽtiam vt culpa est ꝛ imputabilis facienti vel habenti culpam: licet enim peccatum vt peccatũ bene sit in alijs potẽtijs et ab alijs sicut ꝛ inuenitur peccatũ in naturalibus. Tamẽ nunq̃ imputatur aliqd peccatum alijs potẽtijs: sed solum voluntati ꝛ est culpa omnis ipsius volũtatis vel sicut in principio effectiuo ꝛ subiecto vel sicut in principio cui imputatur.

¶ Ad rationes aliorũ dico q

Intellectus quo liber.

si illa libertas q̃ est immunitas a materia esset liber tas meritoria vel demeritoria ꝛ intellectus esset primo liber ꝛ magis liber tali libertate sicut dicũt tũc deberẽt concedere q peccatum est principalius in intellectu. Sed dico q intellectus nõ est liber libertate meritoria que pertinet ad propositum plus q̃ vnus truncus vel plus q̃ pes vel oculus: licet enim possit in opposita obiecta sicut ꝛ sensus visus in album vel nigrum ꝛ in actũ ꝛ negationem actus absente obiecto sicut ꝛ sensus: non tamen in potestate sua habet hoc q omnibus requisitis necessarijs ad actionẽ possit ex sua spontaneitate agere vel actus suspendere sed sola voluntas ꝛ ideo nõ est liber qõ patet in intellectione questionis deducte euidẽter ex principijs ꝛ de principio que necessario intelligit si presentetur obiectũ nisi forte auertatur q voluntatẽ. Vnde ꝛ in potestate sua nõ est determinare se ad alterum. 9. metha. ¶ Ad secũdum dico q deberẽt concedere questionẽ tñ dico q ex falsis procedunt: quia sicut dictum est supra voluntas potest contra iudicium rationis nec necessario datur a ratione. Dices peccatum nõ est nisi defectus a bono ẽm rationes. Dico q verũ est. Sed ille defectus est principaliter a volũtate nõ ab intellectu sicut ꝛ bonũ licet sit ẽm rationẽ: est tñ voluntatis ꝛ a volũtate principaliter. ¶ Ad tertium dico q deberẽt cõcedere conclusionẽ tamen ex falso procedit. Intellectus enim non est simpliciter nobilior voluntate: nec voluntas est propter ipsum sed magis econuerso ꝛ similiter de actibus. Tu dicis. Intellectus est sui gratia. Dico q verum est non simpliciter: sed in ordine potẽtiarum cognitiuarum. Tu dicis appetitus est propter sensum falsum est: sed magis econuerso: quia appetitus non est finaliter propter sentire: sed propter delectari ꝛ sensus etiã propter idẽ finaliter. ¶ Ad quartum dico q deberẽt concedere conclusionem licet ex falso procedat: quia intellectus nõ est potẽtia principaliter regitiua hominis sed voluntas mouẽdo ꝛ imperando licet intellect⁹ sit potẽtia regitiua cõsulẽdo ꝛ dictando quare ꝛc. Dices q voluntas eo ipso q ad ipsam pertinet culpa vel peccatum videtur innobilior. Dico q non.

nobilitas potentie

Nobilitas ẽm potẽtie debet accipi ex optimo actu suo que nõ est minus nobilis in proposito q̃ actus intellectus: quia optimus actus intellectus videtur propter ipsum. Non autem debet accipi nobilitas vel conditio potẽtie simpliciter ex actu defectiuo si quẽ potest habere. Preterea etiam intellectus potest habere actum defectiuum ꝛ erroneum. Hec de secundo articulo questionis. ¶ Vnde nota q non ex aliquo malo vnde possit voluntas in malum sed ex bono qõ est ipsa: quia ergo ipsa est bonũ quoddã in se potens in actum qui non est minus nobilis q̃ actus intellectus non est minus bonus. Nec potest argui ex hoc esse minus bonum.

¶ Quantum ad secũdum ar/ticulum. An scilicet actus volũtatis malus sit peccatum vel culpa in q̃tum est a voluntate effectiue: vel in q̃tum in voluntate formaliter et subiectiue. Dico premittẽdo vnam distinctionem. Secũdo ad propositum. Tertio concludendo vnum correlariũ.

Actꝰ volũ, malus an pctũ,

¶ Quãtum ad primum dico q actus voluntatis malus potest dupliciter considerari. Vno modo vt in se malus ꝛ deformis carens perfectione sibi debita in esse. Alio modo in q̃tum imputabilis ad penam ꝛ per consequẽs culpabilis. ¶ Ad propositum dico q actus voluntatis malus ꝛ deformis carens perfectione sibi debita inesse. Alio modo in q̃tum imputabilis ad penam ꝛ per consequẽs culpabilis. ¶ Ad propositum dico q actus voluntatis malus habet rationẽ culpabilis ꝛ imputabilis ipsi voluntati in q̃tum est ab ipsa effectiue. ¶ Secundo dico q habet rationem deformantis ꝛ deturpãtis seu maculantis vel inficientis voluntatem in q̃tum est in ipsa subiectiue ꝛ denominantis voluntatem vt malam. ¶ Primum probo sic. Primo peccatum habet rationẽ culpabilis ꝛ imputabilis voluntatis ẽm illam rationem ẽm quam comparatur ad ipsam: vt in sua potestate: quia nichil est imputabile alicui nisi vt ī sua potestate. Sed actus malus fuit in potestate volũtatis in q̃tum actio eius ꝛ potest esse ab ipso effectiue vt patet. Non in q̃tum receptum in ipso passiue: quia in potestate patientis vt sic non est ipse effectus: ergo ꝛc. ¶ Secundo sic ẽm illam rationem est peccatum imputabile voluntati ẽm quam comparatur ad voluntatem vt ad causam liberam. Sed hoc est vt comparatur ad ipsam tanq̃ ad causam liberam sicut pluries probatum est supra: ergo ꝛc. ¶ Tertio sic ẽm illam rationem. Peccatum imputatur voluntati qua posita ꝛ alijs circunscriptis adhuc imputatur ꝛ qua nõ posita non imputatur. Sed posito q actus sit a voluntate dato q non sit in voluntate adhuc imputatur. Nunq̃ autem imputatur nisi a voluntate: quia soli voluntati imputatur vnde ꝛ actus deformis inferiorum potentiarum voliti licet non sint in ipsa: ergo ꝛc. ¶ Ad hoc videtur facere Augustinus. 1. de libero arbitrio vbi dicit q culpa est malũ qõ facimus. Pena vero malum qõ patimur secũdo modo accipiendo culpam vel peccatũ. s. vt denominat voluntatem malam ꝛ deformẽ. Dico q est in volũtate sicut in subiecto. Tum quia sicut nichil est bonum formaliter bonitate extrinseca que non est in ipso. Ita nichil malum est vel deforme nisi malicia vel deformitate existente in ipso. Sed peccatus est in voluntate formaliter in q̃tum passiua ꝛ receptiua non in q̃tum actiua: igitur ꝛc. Tum quia ẽm illam rationem peccatum deformat voluntatem ẽm quam tollit ab ea bonum sibi oppositum ꝛ incõpossibile peccato. Sed hoc est vt comparatur ad volũtatẽ vt passiuam ꝛ receptiuam sicut habitus ꝛ priuatio comparãtur ad potentiam subiecti: ergo ꝛc. ¶ Quarto qr ẽm illã rationẽ pctũ inficit volũtatẽ ẽm quã volũtas ꝺr vitiosa q habitũ gñatum ex actibus peccatorũ. Sed hoc est vt passiua: quia vt habẽs in se formaliter talem habitum. Vnde ꝛ alie

Nota.

Augus.

potẽtie in quibus aggenerantur habitus ex motione voluntatis dicũtur vitiosi ẽm tales habit⁹ si sint mali: ergo ꝛc. ¶ Ultimo patet hoc: quia voluntas in q̃tum passiua ꝛ receptiua virtutis vel gratie dicitur gratiosa vel virtuosa: ergo similiter vitiosa ꝛ deformata per peccatum.

¶ Ex predictis concludo bnũ

correlariũ. s. q illi qui ponunt voluntatem pure passiuã siue ab obiecto siue ab alio non possunt saluare imputabilitatẽ peccati nec culpabilitatem volũtatis. Nec possunt saluare q voluntati imputetur aliquid ad premiũ vel penã aliquid. Dico de actibus suis: quia ad omne tale se habet pure passiue: imo nec aliquid de actibus extrinsecis: quia ad omne tale se habet mera necessitate naturali: quia eadẽ mera necessitate qua mouetur ab alio mouet alia: ita licet bene possint saluare actũ deformẽ ꝛ malum in volũtate sicut in alijs potẽtijs ꝛ sicut est in naturalibus. Culpã tñ aliquã que imputetur volũtati saluare non possunt. Ex quo patet q illa positio falsa est et periculosa valde. Magis eñ debet imputari actus obiecto vel mouenti voluntatem ꝛ non volũtati. Hec de tertio articulo.

¶ Quãtum ad quartum arti

offie peccatus an corrũpat aliqõ bonum ꝛc.

culum distinguit quidã doctor parte prima summe sue q bonũ triplex est. Quoddam qõ per malũ tollitur totaliter sicut gratia gratũ faciens qõ per malum peccati mortalis totaliter tollitur sicut p suum oppositum sic lux per tenebrã tollitur ꝛ visus p cecitatem. ¶ Aliud est bonũ qõ omnino non tollitur nec diminuitur sicut substãtia aeris non tollit̃ per tenebram nec diminuitur: ꝛ hoc bonũ in proposito est substantia subiecti ipsius peccati. Puta substãtia anime. ¶ Tertiũ bonũ est qõ diminuitur: nõ tñ omnino tollitur ꝛ dicit q hoc bonũ est aptitudo ad bonum vel habilitas que diminuitur per peccatus nunq̃ tñ omnino potest tolli. Sicut eñ intenditur

Bonitriplex acceptio,

talis habilitas in aia per bonos actus: qr subiectũ magis est dispositũ per bonos actus sic etiã remittitur per actus malos. ¶ Ponit exemplũ de materia q ẽto magis ac magis disponitur ꝛ habet plures dispositiones ad aliquam formam tanto habilitas eius ad formã illam intẽditur ꝛ ẽto minus disponitur ꝛ pauciores habet dispositiones et plures contrarias tãto magis remittitur ꝛ diminuitur ꝛ si dispositiones quibus remittitur habilitas materie ad formã non possint multiplicari in infinitũ. Hec etiam habilitas potest remitti vel minui in infinitũ Sicut patet: qr si humiditas et frigiditas que sunt dispositiones contrarie ipsius materie ad formam ignis: possent multiplicari in infinitum in materia tũc ꝛ habilitas materie ad formã ignis diminueretur in infinitũ. Sed nõ sic possunt multiplicari ī infinitũ. Sed in proposito dispositiones cõtrarie ad bonum. Puta mali actus ꝛ peccata possunt multiplicari in infinitum ꝛ nunq̃ totaliter tolleretur: qr semp remanet in radice. Puta in volũtate. Et ponit exemplum. Sicut si ponerẽtur obstacula in infinitũ inter aerem ꝛ solem in infinitus diminueretur habilitas aeris ad lumen nunq̃ tamẽ totaliter tolleretur: quia semp maneret ẽyaphaneitas aeris et illa habilitas in radice. Sic in proposito de peccatis multiplicatis in voluntate que sunt quasi obstacula inter animam nostram ꝛ deum impedientia lumen gratie. Hec est positio.

¶ Sed contra istam positio/

ꝫ pcedẽ. opinionẽ

nẽ arguo multipliciter: quia quasi per omnia videt michi falsa. ¶ Contra primũ dictum q peccatum corrũpit gratiam vel expellit sicut tenebra lucẽ: qr illud qõ solum habetur per creationẽ non perditur nisi per adnichilationẽ. Sz gratia habetur tñ per creationẽ: ergo non perditur nisi per adnichilationẽ. Sed in hoc nichil potest peccatus nec peccator nisi demeritorie tñ. Ita q non põt corrũpi p actus alicuius creature siue bonũ siue malum. ¶ Secundo cõtra illud qõ dicit q peccatum opponitur gratie ꝛ corrumpit ipsam sicut lux tenebram: quia peccatum nõ est priuatio gratie sibi directe et priuative opposita. Primo quia anima nõ posset esse siue mortali peccato vel sine gratia cuius oppositũ apparuit in anima Ade qui nõ fuit creatus in gratia sicut nec aer esse potest sine tenebra vel lumine. Secundo quia tũc omnia peccata mortalia essent eiusdẽ speciei sicut ꝛ habit⁹ sibi oppositus. Puta gratia qõ est falsum. Tertio quia soluẽ primum peccatum mortale tolleret tale bonus ꝛ vel corrumperet et alia non: ꝛ ita non est hoc cõmune omni peccato sicut querimus quomodo omne peccatum est corruptio alicuius boni secundum Augustinum in enchiridion ꝛ Magistrum.

¶ Contra secundum dictũ de

diminutiõe habilitatis quero aut ista habilitas est aliquid aliud a voluntate vel anima ipsa aut non. Si non tunc non diminuitur sicut nec voluntas vel anima. Et si diminuitur tunc anima ipsa vel voluntas diminuitur qõ est contra aliud dictũ fuit. Sin̄ō est idem sed aliud planũ est q est aliquod bonũ ꝛ in anima vel voluntate est habilitas ad ipsam sequit̃ processus in infinitum. ¶ Preterea cõtra modum diminutionis ꝛ augmentationis quẽ ponit sicut in qualitatibus nõ per additionẽ partis ad partem sicut in q̃titatibus vel subtractionẽ partis a pte sed ꝓpter maiorẽ dispositionẽ subiecti vel indispositionẽ: qr iste modus est falsus sicut apparuit dist. 17. de caritate ꝛ augmẽto eius. Et accipe inconuenientia que adducũtur ibi cõtra istud dictũ. ¶ Preterea ipse accipit vnũ falsum dictũ q. s. elongatio potẽtie vel aptitudinis ab actu minuit habilitatẽ subiecti. Nã si sit graue multũ sursum ꝛ multũ remotũ a deorsum nõ minus est habile esse vel ferri deorsuq̃ si nõ esset ita sursum nec ita elongatũ a deorsum Hec exemplũ est ad propositũ. Verũ est eñ q maior calor auget potẽtiam resistendi frigido: imo est ipsa potẽtia resistẽdi: sed licet elonget a frigido: nõ tamen minuit habilitatem subiecti ad frigidũ sicut etiam nec augetur habilitas successiue aucta forma in ipso. Si enim sic esset tũc calidum. 20. graduum non posset: ita cito corrumpere frigidum. 10. graduum sicut calidum duorum graduum frigidum vnius gradus quod est falsum et cõtra sensum. Nõ enim esset equalis ꝓportio resistentie vnius ad duo et decem ad viginti ꝓpter maiorem habilitatem subiecti in viginti q̃ in duobus. Similiter dico de habilitate materie et nunq̃ augetur vel minuitur ipsa materia eadem manente: quia non est aliud q̃ materia.

¶ Cõtra aliud qđ dicit q̃ per vnũ peccatũ indisponitur anima ad bonũ et sic habilitas eius ad bonũ minuitur ꝛ per aliud peccatũ magis ꝛc. ¶ Contra. Impossibile est aliquod finitum minui per partẽ vel saltem equaliter semp ẽm q̃titatem vel quasi q̃titatem quin tandem cõsumatur totum vel possit consumi. Sed per peccata multa sibi succedẽtia equalia vel maiora frequenter diminui potest ista habilitas equaliter: immo magis ac magis ꝛ quasi ẽm maiores ac maiores partes: ꝯ totaliter consumi. ¶ Preterea non valet exemplũ de aere interiectis obstaculis inter ipsum ꝛ solẽ: qr habilitas aeris nõ propter hoc minuitur: sicut nec dyaphanitas eius vel natura licet impedimẽta extrinseca multiplicentur. ¶ Sic etiã in proposito: ꝛ ideo videtur michi q̃ q̃ꝫ oĩa ista dicta nichil valẽt.

alia opi. ¶ Alij sunt qui ponunt q̃ peccatum adimit aliquod bonum ab anima ꝛ illud bonũ est habitus virtutis que tollitur vel minuit̃ per peccatum. ¶ Contra quia gratia nõ tollit nec minuit habitũ vitiosum. Patet in penitẽtibus de nouo qui nõ minus inclinãtur ẽm suos habitus vitiosos q̃ prius q̃tum est ex vi illorum habituum. Cũ ergo gratia sit potior in hoc vel non minus potens q̃ peccatum in tollendo habitum virtuosum videt̃ q̃ non tollat ipsum. ¶ Preterea ante omnẽ habitũ virtuosum adquisitũ potest esse peccatũ. ¶ Preterea quia peccatũ potest esse instantaneum. Habitus autẽ virtuosus nõ corrũpitur nec adquiritur in instãti. ¶ Quarto qr habẽs vnũ habitum virtuosum circa vnã materiam potest peccare circa alias et ideo non tangit̃ ille habitus: sed remanet illesus igitur ꝛc. Dico ergo aliter q̃tum ad istum articulũ q̃ peccatum duplex est. Vnũ est peccatũ omissionis

dam. ¶ Primo inquiram de quesito vtrū. ſ. actus alterius potētie a voluntate imperatus ab ipsa habeat aliam bonitatē vel maliciam ab actu voluntatis elicito ꝛ per quē modum. ¶ Secūdo inquiram vtrū peccatū sit in cogitatione loquutione ꝛ operatione que sunt actus extrinseci ab actu voluntatis. ¶ Tertio inquiram vtrū illa diuisio de peccato in peccatum cogitationis loquutionis ꝛ operationis sit sufficiēs ꝛ quomodo peccata distinguanꝫ. ¶ Ultimo ad rationes ꝓncipales.

¶ Quātum ad primum arti/

culum. Est vna opinio q̄ actus voluntatis elicitus et actus extrinsece potētie imperatus nō habēt nisi vnā bonitatem vel maliciam moralē sicut nec habent nisi vnū esse moris ab vnica voluntate ꝙque est ꝓncipium moris ipsis actibus: vnde nec sunt nisi vnū peccatū formaliter quādo sunt mali sicut velle fornicari ꝛ fornicari nō sunt nisi vnū peccatuꝫ et in ambobus nō est nisi vna deformitas se tenēs ꝓncipaliter ex parte actus voluntatis q̄ peccatū est aliquid voluntarium ꝺm Augustinū de vera religiōe

Actꝰ exterior duplex.

¶ Alij vero dicūt q̄ actus exterior pōt esse duplex vnus qui est bonus ex genere q̄ transiens ꝓueniēs obiectū sicut dare elemosinā pauperi ꝛ talis quādo concurrit ad peccatū non habet aliā maliciaꝝ ab illa que est actus voluntatis mali. Sicut quādo aliquis vult dare elemosinā ꝓpter vanā gloriā ꝛ dat nulla deformitas ē omnino in actu dādi elemosinā exterius plusq̄ si fieret ad bonū finē: ꝛ ita nō est ibi aliqua deformitas nisi ex parte actu voluntatis intendētis finē malum. ¶ Alius est actus qui nō est bonus ex genere sicut actus mechandi qui trāsit subiectum disconueniēs vel etiā actus in se ꝓ

reꝓbātur peccaden. opi.

hibitꝰ sicut actus exterior fornicandi ꝛ talis habet formaliter ꝓpriaꝫ maliciam distinctā ꝛ aliam ab actu malicia actus interior voluntatis et sunt duo peccata formaliter sicut dicūt. Nō sic autē duo primi actus: sed tm̄ sunt vnū peccatū formaliter. ¶ Sed contra ambas opiniones videtur michi aliter dicēdum q̄ actus voluntatis elicitus bonus vel malus habet aliam bonitatē vel maliciā ab actu extrinsece potētie ꝺperato ꝛ ecōuerso. ¶ Et ꝓmo ꝓbo hoc de bonitate naturali vel malicia ex genere. ¶ Secūdo ex bonitate vel malicia morali. ¶ Tertio de bonitate meritoria vl malicia demeritoria. ¶ Primū ꝓbo sic. Illi actus qui habēt aliam entitatem naturalem habent aliam et aliam entitatem naturalem. hoc patet quia bonitas cōuertit cū entitate ꝛ ecōuerso. Sed actus volūtatis elicitus ꝛ extrinsece potētie vel alterius potētie imperatus habent aliā ꝛ aliā entitatē vt patet. Tum q̄ sunt alteri⁹ et alterius potētie. Tum q̄ vno nō existētē pōt esse et est frequēter ali⁹ etiā manet. Tum q̄ vn⁹ est ꝓrior natura alio. Puta actus volūtatis elicitus q̄ imperatus. Tum q̄ vnus intrinsecus ꝛ alius extrinsecus volūtati igit ꝛc. De ista bonitate nō est magnū dubiū. De bonitate vel malicia ex genere idem ꝓbo. Nam illi actus quorū sunt diuersa obiecta ꝛ diuisa ꝛ distincta habēt aliam ꝛ aliā bonitatē ex genere vel maliciā aliā ꝛ aliā q̄ bonitas vel malicia ex genere agnoscit specialiter ex obiecto. Puta ex cōuenientia vel disconuenientia obiecti respectu talis actus sed sic est de istis actibus vt in plurib⁹ patet q̄ velle adulterari habet adulteriū ꝓ ꝓximo ꝛ immediato ꝛ formali obiecto. Sed adulterari q̄ est actus exterior nō habet seipsum ꝓ obiecto ſz mulierē nō suā: q̄ ꝛc. ¶ Secūdo sic. Ille bonitates vel malicie ex genere sunt diuerse quarū vna potest esse sine alia. Sed sic est in ꝓposito de istis actibus: q̄ ꝛc. ¶ Tertio q̄ licet bonitas vel malicia ex genere accipiat ex obiecto: conuenit tm̄ actui formaliter existēti in potētia in ordine ad tale obiectū. Sꝫ potētia est alia ꝛ alia ꝛ ordo alius ꝛ alius vtaq̄ obiectū esset idem sicut alius ꝛ alius actus: igitur ꝛc. De bonitate vel malicia morali dico etiā q̄ aliaꝫ ꝛ aliā habēt bonitatē vel maliciā. Bonitas em̄ moralis cōsistit in cōcursu circūstantiarū debitarū inesse actui ꝺm iudiciū rationis recte. Sed cōcursus istarū circūstantiarū est alius ꝛ alius in actu isto et illo: q̄ ratio recta nō potest dictare q̄ eedem circūstātie debeant in esse vtriq̄ actui: q̄ nec possunt in esse cū sint alius ꝛ alius actus diuersarū rationū: ꝛ per ꝓs diuersis circūstantijs circūstantionabiles vt videt: q̄ ꝛc. ¶ Secō sic. vbi est diuersa difformitas vel cōformitas ad rationē rectā est diuersa bonitas vel malicia moralis sicut dictū est supra. Sꝫ hoc est in actu interiori ꝛ exteriori in actu voluntatis elicito ꝛ imperato: q̄ oportet respectū multipliari ꝛ diuersificari ꝺm fundamēta siue sint respect⁹ reales siue ratiōis: q̄ ꝛc. ¶ Tertio q̄ in ipsis ē alia et alia carētia ꝓfectiōis debite inesse: q̄ sunt diuersa: q̄ alia ꝛ alia malicia. ¶ Quarto q̄ ali⁹ et alius habitus moralis vitiosus vel virtuosus pōt causari per istos actus ꝛ inclinare ad consimiles actus: q̄ ꝛc. ¶ Quinto q̄ alias nō esset grauius fornicari q̄ velle fornicari tm̄. Sed hoc est falsum: igitur ꝛc. Sic igit dico q̄ habēt aliam ꝛ aliā bonitatē vel maliciā moralem. Ut dico q̄ si sint mali sunt duo peccata formaliter quorum vnū dependet ex alio ꝛ ab eodem principio q̄ō est voluntas. Actus tm̄ vnius est elicitus a voluntate ꝛ alius est ꝺperatus. ¶ De bonitate meritoria et malicia demeritoria dico q̄ est alia ꝛ alia in vtroq̄ hoc ꝓbo. ¶ Primo sic: q̄ ipsorū est alia ꝛ alia bonitas ꝛ malicia moralis: ergo alia ꝛ alia meritoria bonitas vl demeritoria malicia: q̄ iste ꝓsupponūt illas. ¶ Secūdo q̄ sicut dictum est bonitas vel malicia meritoria vel demeritoria consistunt in acceptatione diuina actus ad ꝓmiū vite eterne vel imputatione actus ad stipēdium mortis eterne. Sed actuum duorū ꝓdicto-

rū necessario est alia ⁊ alia acceptatio vel imputatio passiua vel obiectiua ad premium vel ad penaz quia ista nō dicunt nisi respectus quos oportet variari ⁊ multiplicari ꝫm fundamenta et actus ipsos acceptatos vel imputatos. Similiter etiā vna potest esse sine alia sicut vnus actus sine alio: ergo ⁊c. siue illi respectus sint reales siue rationis: ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Illi actus mali quibus ꝫm rationem correspondet alia ⁊ alia pena habēt aliam ⁊ aliam maliciam demeritoriā ⁊ imputabilem ad penā. Sz sic est de actu interiori et exteriori. Nam ꝫm rationem rectā debetur alia pena volenti percutere violenter ⁊ percutienti in actu ꝯ volenti percutere tātum ⁊ furanti ꝯ volenti furari tm̄ ꝫm leges humanas rectas: quia percutiens proximū violenter ledit cōmunitatem cuius est mēbrum non autem volens percutere tm̄. Similiter etiā ꝫm leges diuinā. Exo.22. exodi.22. Statim pro vna oue furata vltra satisfactionem condignā lesо pro dāno suo: quia non fuit dānificatus in quinq; sed in vna tm̄ iubetur in penā peccati reddere plures oues qđ non iubetur de voluntate furari tm̄: ergo ⁊c. ¶ Sic dico absolute q̄ actus huius ⁊ illius absolute loquēdo est alia et alia malicia. ¶ Hoc videtur confirmari ꝙ Augu August. stinum.12. de trinitate ca.5. vbi dicit sic. Mala ēm volūtate sola quisquis miser efficitur sed miserior cū potestate qua desiderium male voluntatis ipletur: ergo alia est miseria culpe in facto ꝯ in voluntate sola. Et hoc intelligit Augustinus qz de miseria culpe ibi loquit. Hec de ꝓmo articulo ꝓncipali.

¶ Quantum ad secūdum ar/

pcm̄ an sit in cogitatiōe loquu. et opera. ticulum dicitur q̄ in cogitatione loquutione ⁊ opere exteriori nō cōsistit peccatum formaliter: sed tm̄ materialiter sed bene in istis est peccatū materialiter. Qz autem in istis nō sit peccatū formaliter probatur: quia in nulla potentia nisi in sola voluntate est peccatum formaliter iniusticia quedā. Sed iniusticia nō est nisi in voluntate ꝫm Anselmū. 4.c. de cōceptu virginali. Sed isti actus nō sunt in voluntate formaliter ergo ⁊c. ¶ Preterea quia sola voluntas punietur ꝫm Anselmū ibidē ⁊ nulla alia potētia: quia alie potētie nichil demerenr obediendo vñe sue quā deus dedit eis ⁊ ꝑfecit sicut dicit ibidē Anselmus de voluntate. Sed isti actus ad volūtatē non pertinēt: igitur nō sunt culpe nec punibiles formaliter: sed tm̄ materialiter. ¶ Tertio quia ꝫm Augustinū. 3. de libero arbitrio ⁊ primo retractationū voluntas est prima peccādi. Nec est cui recte imputetur peccatū nisi volūtati: igitur solus actus volūtatis est peccatū formaliter ⁊ nō aliarū potentiarum: sed tm̄ materialiter sicut obiecta actus mali voluntatis qui est formaliter peccatum: qz actus aliarū potētiarum non sunt in potestate ipsorū sed solum in potestate voluntatis.

auctoris opinio. ## ¶ Sed aliter videtur mihi di

cendū. Et primo q̄ in istis pōt esse peccatū. ¶ Secūdo q̄ formaliter possunt esse ⁊ dici peccata ⁊ culpe. ¶ Tertio q̄ soli voluntati debēt imputari ⁊ ipsa sola culpabilis est ⁊ punibilis propter istos act⁹ malus. ¶ Quarto quomodo sunt isti actus in potestate voluntatis. ¶ Primū probatur per auctoritates scripture ⁊ sanctorum. Qz in loquutione sit peccatū patet illud. saluatoris. Qui dixerit fratri

voluntatis q̄ agens naturale sufficienter approximatū passo vel presentatū agat vel nō agat in passum. Super hoc cm̄ possit diuina volūtas vt videtur: igitur obiecto presentato in memoria cū intellectus possibilis sit passum sufficienter dispositum nō est in potestate volūtatis q̄ intellectus intelligat vel nō intelligat. ¶ Quinto sic. Si cogitatio est in potestate voluntatis. Aut hoc est inp̄tum est actus in re ⁊ in effectu. Aut inp̄tum est obiectū in cōceptu sed nō inp̄tum est actus vt videt: qz in potestate volūtatis est vt volitū est. Est autē volitus non inp̄tum actus: sed inp̄tū obiectū magis. Nec inp̄tū obiectū: qz vt sic est prior natura ꝯ actus voluntatis cuius ponit obiectū: igit nullo modo. ¶ Sexto sic. Si aliqua cogitatio est in ptāte volūtatiz. aut illa est cogitatio ꝓxima volitioni: ⁊ hoc est impossibile vt patet. Aut aliqua posterior cogitatio. Sed hoc est ipossibile: qz tūc sit duratiōe starēt in intellectu plures cogitatiōes actuales quarū vna eēt prior natura volitiōe ⁊ alia posterior qđ videt flm̄: g ⁊c.

¶ Sed nō obstantibus prędi

ctis difficultatib⁹ oportet dicere q̄ aliqua cogitatio: immo multe cogitatiōes nostre sunt in potestate volūtatis aliquo modo. ¶ Circa qđ notādus est Rota. q̄ est dare primā cogitationem simpliciter cuilibet actui volūtatis. Et de illa dr q̄ illa non sic nō est in ptāte volūtatis. Tum qz ois actus qui est in ptāte volūtatis: sequit vel sequi potest vt sic actū volūtatis. Sed prima cogitatio talis: vt sic nō sequit nec sequi pōt aliquē actū volūtatis: qz prior est vt sic: g August. ⁊c. ¶ Ad hoc est auctoritas Augustini. 3. de libe. arbi. vbi dicit sic q̄ quisq; respuat vel sumat in ptāte sua est: sed quo viso tangatur nulla potestas est. Unde ⁊ ibidē dicit de Adam q̄ in ptāte eius non fuit q̄ animus suus tāgerē a suggestione serpentis mediante muliere. Sed sumere vnū vel alterum respuere fuit in eius ptāte: ⁊ ideo peccauit diuinū preceptū contēnendo ⁊ suggestioni serpētine ꝓsentiendo. Est tm̄ notandū q̄ licet prima cogitatio: vt sic prima est ⁊ prima cuilibet actui volūtatis nō sit in ptāte volūtatis aut libere ponaf vel nō ponaf licet forte copulādo obiectū cū potētia. Nō curo modo tm̄ actus est in ptāte volūtatis: vt cōtinueturvel nō continuetur ⁊ forte vt intendatur ⁊ remittatur: qz vt sic posterior est actu voluntatis.

¶ De cogitatiōibus posterio

De scda vl tertia cogitatione. ribus aliquo respectu actus volūtatis qui est velle vel nolle vt puta de scda cogitatiōe vel tertia dr q̄ sūt in ptāte volūtatz ⁊ hoc ꝓbaf. Tū qz. 3. de ꝗa dr q̄ hitus est quo qs opatur dū voluerit: g hīs hītū sciētie pōt vti ipso flm̄ imperiū volūtatis. Sed vti istud nō est nisi cōsiderare vel cogitare ꝫm talē hītū g talis cogitatio est in ptāte volūtatis. ¶ Et ꝓfirmaf per tertiū de aīa: qz illa q̄ habitualiter nouim⁹ ⁊ quorū speciē habemus intelligim⁹ cū volumus. ¶ Scdo ꝓbaf hoc: qz nisi aliqua cogitatio esset in potestate volūtatis volūtas nō esset motiua intellectus ad exercitiū alicui⁹ actus. Sed hoc est falsuz. ¶ Tertio qz tūc volūtas nō posset aduertere intellectū ab vna cogitatione ⁊ cōuertere ad aliā qđ est falsum ⁊ p̄ illud qđ in nobis experimur. ¶ Quarto qz aliter oporteret q̄ intellectus semp maneret i cogitatione obiecti illi⁹ habitualiter noti qđ ꝫm se fortius ⁊ pfectius natū est mouere intellectū. Hoc autem falsum est: quare ⁊c. igitur aliqua cogitatio est in potestate voluntatis vt volens libere ponat eam vel non ponat.

¶ Sed de modo

Varie opi. ꝫ mō per quez. per quē magna est difficultas. Et vicit quidam q̄ ad hoc q̄ voluntas sit causa talis cogitationis vel alicuius sufficit q̄ intellectus noverit ipm habitualiter ⁊ nō oportet q̄ actualiter ⁊ ita nō oportet illā cogitationē esse prius actualiter intellectaz ab intellectu sed sufficit q̄ habitualiter. ¶ Alij vt cit q̄ immo oportet illud quod est in potestate voluntatis esse cognitum actualiter sed non oportet q̄ in particulari: sed sufficit q̄ in cōi vel in vniuersali. Intelligif igit illa cogitatio in vniuersali vel in cōi nec oportet q̄ in particulari. ¶ Alij dicūt q̄ per intellectū fit collatio inter obiectū ⁊ obiectū et collatiōe facta volūtas accipit vnū ⁊ dimittit aliud ⁊ precipit intellectui non cogitare illud aliud: ⁊ sic pōt intellectū cōuertere vel aduertere a cogitatiōe vna ad aliā. ¶ Quarti dicunt q̄ hoc fit ꝙ quēdam discursum ab vno obiecto in aliud in quo finaliter sistit voluntas ⁊ facit sistere intellectum.

¶ Isti modi

ꝫprobā tes precedētes modi. sicut videt nō sunt sufficientes. Non ēm sufficit q̄ habitualiter tm̄ aliquid cognoscaf ad hoc vt sit actu volitū: qz tūc quicqd homo cognoscit habitualiē posset velle actualiter nō intelligēdo aliqđ illorū i actu qđ est falsum: qz cogitatio habitualis pōt esse ⁊ est in dormiente vel in quālitercūq; distracto circa aliqđ obiectū q̄ tm̄ nō possunt actualiter velle. ¶ Cōtra secundū modū videret nō sufficere nisi plus dicatur: qz si ad volitionē alicuius distinctā sufficeret noticia ei⁹ in vniuersali ex pte intellect⁹: tūc intelligēdo aīal in cōi posset aliquis velle distincte bouē et asinū ⁊ p̄ ꝑis habere noticiā distinctā ipsorū: et sic in ptāte cognoscētis terminos in cōi esset hītis oēs sciētias i ꝑticulari qđ est falsum. ¶ Cōtra tertium modū ⁊ quartum videf q̄ voluntas potest aliquid modo velle postea aliqđ aliud sine aliqua collatione facta per intellectū inter vtrūq; sicut ⁊ intellectus intelligere vel sine aliquo discursu sicut modo Romam postea Parisius: quare ⁊c.

¶ Dico ergo

Auctoꝛis modus. aliter q̄ in ptāte volūtatis est aliqua cogitatio qz voluntas nata est mouere intellectū ad exercitiū talis cogitationis obiecto sufficiēter ꝑsentato. Sed qđ est istud mouere vtrū sit causare intellectionē illam per suuz velle est difficultas. Et videf posse dici q̄ sic ita q̄ volūtas est quedā partialis causa talis cogitatiōis que est in sua potestate et sic etiā in ptāte volūtatis est cōtinuare talē actū vel intēdere vl remittere vel nō ꝓtinuare si nōvellit. Nec habeo istud ꝓ incōuenienti q̄ sic volūtas sit causa talis actus licet sit eiusdē ratiōis cū illo ꝓriori qui nō est in sua ptāte. Nā diuersitas vel varietas i causis nō semp arguit diuersitatē in effectibus sicut ꝓz in multis. ¶ Per istū modū dico q̄ actū illuz ꝓuū suo velle si cōtinuetur pōt intendere vel remittere si vult vel velit cōcurrēdo cū intellectu ad causandū aliquem nouū gradū de tali actu vel ad nō conseruandū aliquē gradum de tali actu ⁊ pōt tm̄ totaliter tollere causando vnū aliū totaliter incōpossibilē primo.

¶ Sed

quomodo oportet illā cogitationē esse ꝑcognitā cui⁹ volūtas est causa q̄

fuum velle ꝛ que est in ptāte voluntatis. ¶ Dico ꝙ nō sufficit cognitio habitualis talis actus. Nec cognitio vniuersalis quecūq; sicut ꝙ cognoscat vniuersale illi⁹ cogitatiōis sicut ad volitionē distinctā hoīs vel assni nō sufficit actualis cognitio aīalis: hec est eīm vniuersalitas ꝛ indistinctio ex pte obiecti. Sed dico ꝙ oportet ipm cognosci saltē aliquo modo distincte ꝛ in ptīculari ex pte obiecti. Puta ꝙ cognoscat cogitatio talis vt talis de tali obiecto vel tali licet aliquo modo indistincte ꝛ impfecte ex parte cognoscētis ꝛ nō ita distincte vel pfecte sicut est vel futura est in ipsa. Alioquin eīm volūtas videret causa talis cogitatiōis a casu. ¶ Sed quid est causa prime cogitationis illius ad actū volūtatis. ¶ Dico ꝙ sm viā istam nescio nisi obiectū qđ fortius mouet in fantasmate sui vel alteri⁹. Sicut etiā si ponat noticia tm habitualis sufficere restat questio qđ obiectū cū volūtate ꝓcurrēs causat primam intellectionem vel cogitationem illam que est in potestate voluntatis.

epilogatio ꝙ cogitatio ē in ptāte volun.

¶ Sic igit dico ꝙ istū modus ꝙ cogitatio est in ptāte volūtatis ꝛ ꝙ ī cogitatione pōt esse pctīm veniale vel etiā mortale qn̄ quis forte prolixe ꝛ morose cogitat de aliquo illicito condelectādo intēdit cogitatiōe alicui⁹ qđ statī fuerat respuendū. Sicut videt supius dicere Augustinus. Et pctīm principaliter est in actu volūtatis delectāris in obiecto illicito ꝛ tenētis intellectū in tali cōsideratione indebita circa obiectū illicitū in qua delectat. Peccatū igit interius in volūtate ꝛ cogitatione intellectus cōsistit ꝛ distinguit ꝫ peccatū loquutiōis ꝛ operis. Et oportet ꝙ obiectū illicitū sit volitū interpretatiue saltē potest eīm eē delectatio in cogitatiōe de pctō vel illicito in cḡtū scibile est ꝛ talis nō est pctīm qz nō est illicitū vt ꝓhibitū est. Sicut sm Augustinū. 12. de trini. arte grāmatice placet noticia soleocismi: ꝛ tm facere soleocismū reprobat ꝛ talis cōplacētia magis est ī attu cḡ in obiecto: nec est pctīm nec cogitatio talis sicut scire malū non est malum: sed velle malū est malū.

¶ Ad primū alioz dico ꝙ aliqua cogitatio pōt habere pro causa nō solū memoriā pfectā: sed etiaz volūtatē cōcurrentē. Unde nō habeo pro inconuenienti ꝙ volūtas habeat ꝙ se causalitatē in generatione verbi causati qđ est in sua ptāte et per ꝓns ꝙ cḡtum est ex pte volūtatis nō mere naturaliter verbū ꝓducat licet ex pte memorie sicut est de effectibus naturalibus creaturarū q̄ libere ꝓducunt a volūtate diuina ꝛ naturaliter a causa naturali. Nisi ꝙ volūtas diuina ē causa totalis. Volūtas vero creata in ꝓposito est cā ptialis sicut etiā imaginat alij de actu volūtatis cuius productio est naturalis ab obiecto ꝛ libera a volūtate. ¶ Ad scm dico ꝙ illa cogitatio que est in ptāte volūtatis est posterior natura in re ꝛ in effectu cḡ actus volūtatis de ipsa. Tm̄ est prior in cōceptu sm vnā aliā cogitationē q̄ habet de ipsa. Nec oportet ꝙ obiectū volitū vel cognitū sit semp prius natura in re ꝛ in effectu in seipso cḡ actus sed sufficit ꝙ in aliquo representatiuo vel motiuo ad noticiā eius. ¶ Ad tertiū dico ꝙ in per se causis nō est circulus saltē in eodē genere: et tūc dico ꝙ cogitatio illa posterior actu voluntatis sm seipsam nō est causa realis talis actus volūtatis sed magis cogitatio previa de cogitatione futura: et isto modo intelligit obiectū nō existēs esse causa partialis actus volūtatis nō in seipso: sed in representatiuo suo vt in actu itelligēdi habito de ipso: si tm̄ obiectū sit causa ptialis actus volūtatis. ¶ Ad quartū dico ꝙ voluntas est partiale agēs respectu talis actus: ꝛ ideo nō sufficiūt alia cḡtūcūq; approximata nisi volūtas operet vel concauset talē actū. ¶ Ad quintū dico ꝙ cogitatio est in potestate volūtatis vt ponat vel nō ponat ī re ꝛ in effectu. Q̄ dicis ꝙ nō: q̄ vt sic est actus ꝛ nō obiectū. Dico ꝙ nō differt in ipso ex natura rei esse obiectū vel actū sed eodē est actus ꝛ obiectū ꝛ ipse vt actus ꝛ obiectū potest poni in re ꝛ in effectu ꝛ pōt precedere in cōceptu ꝙ vnū aliū actū de ipso habitū. ¶ Ad sextū dico ꝙ nō habeo pro incōuenienti stare simul illas duas cogitationes in intellectu. Sicut nec de actu recto ꝛ reflexo: ideo ꝛc. De sermone vero corporeo exteriori per mēbra. Dico ꝙ sunt in ptāte volūtatis pro quāto etiā ipsa pōt libere mouere organa ad tales actus vel nō mouere seu nō imperare ꝛ in sermone est pctīm non essentialiter accipiendo sermonē cū sit essentialiter qualitas quedam in medio vel in aere distincta a subiecto a sermocinante sm̄ actionē causatiuā sermonis per linguā ꝛ alia organa ꝛ similiter etiā de opere suo modo. Est autē peccatū in sermone sm ꝙ ordinat in finē contrariū ei⁹ ad qđ impositū conceptus mētis ꝛ fallendū alīū vel sm ꝙ ordinatur ad exprimendum in debite mentis cōceptum puta pernicioſe vel ociose. In opere vero est peccatum sm ꝙ deficit a perfectione debita sm̄ rationē rectam: ideo ꝛc. Hec de scdo articulo.

¶ Quantum ad tertium articulū dico ꝙ peccatū quinq; modis distinguitur ad presens. Primo modo penes effectus peccati: ꝛ sic diuidit qđ nō priuat vita eterna nec gratia ꝛ penes mortale qđ priuat gratia ꝛ vita eterna quoquo modo ꝛ demeretur pena eternā non sic veniale: sed nō eternā sue tēporalem. ¶ Secūda distinctio ponit penes radices ꝛ ponit ab Augustino sup illud ps. Incēsa igni ꝛ suffosa ꝛc. Et diuidit in peccatū ex amore male inflāmāte ꝛ ex timore male humiliāte Primū peccatū intelligit per incēsa igni ꝛ sm̄ per suffosa. ¶ Tertia distinctio accipit penes ramos ꝛ diuiditur in cogitationē loquutionē et operationē. ¶ Quarta penes obiecta vel illa circa sit pctā Et diuidit in peccatū in deum in seipsum ꝛ in proximū. ¶ Quinta penes precepta ꝛ prohibita ꝛ est distinctio in peccatū omissionis quādo quis nō facit precepta ꝛ cōmissionis quando facit prohibita Et ponit ab Augustino in libro de q̄stionibus leuitici. De illa vero diuisione peccatorū mortalium que sunt in septē sm Magistrū ad pns ptāteo ꝛ dimitto ꝓsequi gfa brevitatis. hec de tertio articulo

Pcti ꝺm tuplex diſtinctio.

¶ Ad primū principale dico ꝙ actus exteriores ꝛ interiores sibi correspondēs sunt vnū ordine tm̄. Nec oportet ꝙ amborū sit vna bonitas tm̄ vel malicia vna idiuisibilitate sed sufficit ꝙ sint vnū ordine quodā: qz vnus per alterū est bonus vel malus. ¶ Ad scm dico ꝙ velle fornicari ꝛ fornicari sunt duo peccata formaliter ꝛ quicūq; actus interiores ꝛ exteriores ibi correspondēs habēt tm̄ ordinē ad vnū principiū qđ est volūtas eliciēs actū interiorē ꝛ imperās exteriorē tm̄ sunt circa eandē materiā

aliquā licet nō vteroq; imediate ꝛ dato ꝙ essent eiusdem obiecti immediati adhuc essent plura peccata formaliter eo modo quo probatus est supra. ¶ Ad tertiū dico ꝙ actus exteriores nō solū facit ad manifestationē virtutis sic ꝙ nichil habeat bonitatz: sed pro tāto dr hoc: quia nō est primo ꝛ principaliter ꝛ essentialiter virtuosus est tm̄ bonus ꝛ pficiens felicitatē vel cōferēs ad ipsam sicut pulchritudo sicut etiā dr primo ethi. ¶ Ad quartū dico ꝙ nō oportet si actus exterior est maior vel circa aliqd maius ꝙ propter hoc hns ipsum magis mereatur nisi cetera sint paria puta actus interior. Unde si actus interiores sint inequalis feruoris vel caritatis ꝛ actus exterior sit maioris feruoris ꝛ caritatis: tūc prepōderat actus interior sicut est in proposito de illa vidua paupere que ex maiori feruore ꝛ caritate misit duo minuta cḡ alij illud qđ mittebāt: ꝛ ideo plus misit. i. plus meruit. Cuius signū potest accipi sm̄ proportionē eorū que habebat: quia dedit ex eo quo indigebat. Alij vero ex eo quo habūdabāt demerito tm̄ correspondēte actui exteriori dicit ab aliquibus ꝙ nō est premium essentiale sed accidētale. Unde ꝛ si deesset actus exterior dū tm̄ nō esset facultas nihil perderet nec minus haberet volēs de pmio essentiali tm̄ qui haberet equalē actuz interiorē sicut ille qui cū hoc haberet actū exteriorem: sed nō curo de hoc ¶ Ad confirmationē de glosa sup illud. Ecce nos relinquimus oīa. dicit ꝙ cḡtum ad pmiū essentiale satis oīa relinquit qui affectū habendi oīa dimisit: sed cḡtum ad pmium accidētale aliquid meretur ille qui relinquit oīa cū effectu sup illū qui omnia cū affectu solum. Aliter dico ꝙ affectus relinquendi oīa cū effectu habet aliquid bonitatz ꝛ pertinet ad perfectionē summā euangelice paupertatis in hominibus. Ita ꝙ satis dimisit omnia qui affectū relinquit. Verum est cḡtum ad sufficientiā sed non cḡtum ad excellētiam. Unde ꝛ Petrus reliquit naue culaz cū effectu ꝛ omnia reliquisset si plura habuisset ꝛ perfecte sequi christum voluisset.

¶ Distinctionum quadragesimetertie et quadragesime quarte.
¶ Questio Unica.

De pctō in spiritū sanctum

¶ Circa istas distinctiones quero vnā questionez Utrū peccatū in spiritum sanctuz sit irremissibile. Videtur ꝙ nō. ¶ Primo qz nō est aliqđ tale peccatū: g̃ non est irremissibile principiue. Q̄z autē non sit aliqđ tale peccatū speciale probatur qz quicūq; peccat mortaliter totā trinitatē offendit: g̃ ꝛc. ¶ Secūdo sic. Si peccatū in spm̄ sanctū esset irremissibile homo statim esset obstinatus post peccatū in spm̄ sanctū. Sed hoc est falsum qz in via nō est aliquis obstinatus: g̃ ꝛc. ¶ Tertio sic. Si tale peccatū esset irremissibile aut hoc esset: qz tolleret potētiam remittendi ex parte peccantis aut ex parte remittētis. Sed nō tollit potētiam remissionis ex parte dei remittentis qz deus absolute potest ipsum remittere: immo etiā dyaboli peccata posset remittere ꝛ cuiuslibet dānati. Sed hoc nō includit contradictionem. Hec ex parte peccantis qz in peccāte remanet liberū arbitrium quo potest se cōuertere ad deū ꝛ penitere: g̃ ꝛc. ¶ Quarto sic Si peccatū tale esset irremissibile mors christi non fuisset efficax ad deletionē cuiuslibet peccati. Sed hoc est falsum: ergo ꝛc.

¶ Contra videtur dicere Saluator. Mat. 12. Qui dixerit verbū in spiritū sanctuz nō remittetur ei. Nec in hoc seculo nec in futuro. Et p̄ Jo. 5. Est peccatū ad mortē nō pro illo dico vt reges. Sed si illud peccatū esset remissibile pro eo esset orandum.

¶ In ista questione sic procedam. ¶ Primo inquiram vtrum sit peccatum speciale aliquod in spiritū sanctuz ꝛ quot sunt species talis peccati. ¶ Secūdo inquiram vtrum tale peccatū sit irremissibile. ¶ Tertio vtrū potentia peccandi in spiritum sanctum sit a deo. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quātum ad primū articulum esset videndum vtrū aliquis posset peccare specialiter contra vnā personam faciendo sibi specialem irreuerētiam non peccando contra aliam. Sed quia solutio huius dependet ꝛ habetur ex illa questione primi. Utrum. s. possit aliquis frui vna persona nō fruendo alia que in primo satis prolixe discussa est: dimitto et procedo ꝙ sicut dicit vnus pōt esse aliquod peccatū in quālibet personam cḡtum ad proprium eius per se ꝛ directe non circa proprium alterius. Sicut patet de peccato infidelis. Qui crederet patrē esse ab alio in diuinis. Non eīm est hoc peccatū credere de filio ꝛ spiritu sancto et tale peccatum diceretur peccatū in patrem cḡtum ad suum proprium qđ est esse ingenitum non ab alio. Sicut etiam si aliquis crederet filium non esse ab alio per modum generatiōis hoc esset peccatum in proprium filij: quia soli filio proprius est generari. Similiter etiam qui crederet spiritum sanctuz nō esse ab alio per modum amoris: ꝛ tm̄ in quolibet istorum peccatorum offenditur tota trinitas: quia ꝛ si creditū sit falsum tm̄ de vna persona tota tm̄ trinitas iubet nō credere falsum sed credere verū oppositum de qualibet persona. ¶ Secūdo dico ꝙ potest fieri et esse peccatū speciale contra quālibet personam cḡtū ad appropriatum illius persone. Nam sicut apparuit in primo patri appropriat potentia filio sapientia sed spiritui sctō bonitas ꝛ caritas. Modo sm̄ Aristotelem. 5. ethi. tribus modis cōmittitur peccatus vno modo ex impotētia ꝛ infirmitate ex passiōe deprimente virtutem rationis ꝛ tale peccatū pōt dici in patrem cui appropriatur potētia. Alio modo cōmittitur peccatū ex ignorantia vel errore vel inaduertētia quādo ignoratur aliquid qđ debet sciri ad vitandum peccatū ꝛ tale potest dici peccatum in filiū cui appropriatur sapientia. ¶ Tertio modo ex electione ꝛ certa malicia quādo homo ꝙ corruptionem voluntatis peccat deordinando proprīa libertate a recto iudicio rationis ꝛ volendo malum contra dictamen rationis vel nolēdo bonum vel nō volendo: ꝛ tale peccatū dicitur in spiritum sanctū cui appropriatur bonitas. Et dicitur peccatū ex malicia: quia immediate ꝛ per se ꝛ directe et formaliter non solum interpretatiue sicut alia peccata impugnat diuinā bonitatem modo quo impugnari dicitur peccatū: ꝛ tale peccatū haberent negare illi qui

quot modis pōt esse pctīm spāle ꝫ quālibet personā.

dicunt q voluntas nichil poteſt cõtra iudicium rationis ſi vellent bene ſequi ſua principia ꝛ per cõſequẽs habẽt negare pcm̃ in ſpiritum ſanctũ et videant ipſi ſi iſtud eſt catholicum dictum. ¶ Ad eundẽ etiam tm̃ huius peccati. Notandũ q non omne peccatuꝫ ex certa malicia ꝛ electione eſt pcm̃ ſpeciale in ſpiritũ ſanctũ de quo eſt ſermo ad propoſitum: licet ecõuerſo omne pcm̃ in ſpiritũ ſanctũ ſit ex certa electione ꝛ malicia voluntatis cõtra rectum iudicium ꝛ dictamen rationis. Sed peccatũ iſtud ſic eſt ex electione ꝛ malicia q peccans ꝯtum eſt ex ſe excludit ꝛ intẽdit excludere ꝛ renuere omne remedium ꝓtra peccatũ ꝓponẽs remanere in peccato et nunq̃ reſurgere ab ipſo ꝛ ẽm q aliqui dicũt peccatum tale eſt peccatũ contra preceptũ ſecunde tabule: non contra preceptũ prime tabule: quia peccatũ contra preceptũ prime tabule eſt grauius alijs que ſunt contra preceptum ſeu precepta ſecũde tabule. Nota. ¶ Aſſignãtur autẽ ꝛ dicunt a doctoribus ſex ſpecies vel modi talis peccati in ſpiritum ſanctum ſcz deſperatio/preſumptio/impenitẽtia/obſtinatio/impugnatio veritatis agnite ꝛ inuidẽtia fraterne gratie. Sufficientia iſtorũ accipit. Vno modo ſic. Nã ſicut dictũ eſt. Peccatũ in ſpiritũ ſanctũ eſt peccatum ex malicia excludens a peccãte ꝯtum eſt in ſe omne remedium ꝛ auxilium reſurgendi a peccato. ¶ Auxilia autẽ quibus reſurgere põt quis a pctõ ſunt ſex. ¶ Vnũ eſt diuina mia reſpectu promiſſorum. ¶ Aliud eſt diuina iuſticia reſpectu punitorũ. ¶ Tertium eſt conſideratio vilitatis in pctõ et deformitatis. ¶ Quartũ eſt cõſideratio breuitatꝭ qz momẽtanee nõ eſt qõ delectat eternũ qõ cruciat ¶ Quintũ eſt agnitio veritatis in cõgregatiõe fidelium per doctores ꝓponẽtes verbũ dei. ¶ Sextũ cõmunicatio caritatis ꝛ ſanctorũ hoĩm quibus alij frequẽter retrahũtur a pctõ. ¶ Cõtra ꝑmũ remedium eſt prima ſpecies puta deſperatio q excludit ſpem de diuina mia ꝛ promiſſis eius quo peccato peccauerũt Cayn ꝛ Judas. Cayn quãdo dixit. Maior eſt iniquitas mea ꝯ vt veniã merear menſurãs diuinã miam infra ſuã iniquitatẽ. ¶ Scõm remedium tollit ꝛ excludit preſumptio que excludit diuinã iuſticiam ab aſpectu peccãtis confidẽdo ſatue de diuina mia excludẽs timorem tormẽtorum a diuina iuſticia peccatoribus infligẽdorum. ¶ Tertium remediũ excludit finalis impenitentia que eſt firmũ ꝓpoſitũ nunq̃ penitẽdi de vilitate peccati. ¶ Quartũ excludit obſtinatio que excludit vel eſt cõtra breuitatẽ peccati ꝛ eſt firmũ ꝓpoſitũ remanẽdi in peccato vſq; in finẽ. ¶ Quintũ remedium excludit impugnatio veritatis agnite veritatis diuine. ¶ Sextum includit inuidẽtia fraterne gratie vel odium diuine gratie ꝛ caritatis in qua vniũtur fideles et communicant tanq̃ fratres.

¶ Aliter ꝛ melius aſſignatur

ſufficiẽtia iſtarũ ſpecierũ ꝛ modorũ peccati in ſpiritũ ſanctũ: qz ſicut tactũ ẽ ſupra. Peccatũ in ſpm̃ ſanctum ſpecialiter eſt incõpoſſibile et quaſi opponitur gratie penitentiali per quã reſurgit aliquis a pctõ ꝛ fit remiſſio peccatorũ poſt gratiã baptiſmalem. ¶ Ad remiſſionẽ vero peccatorũ concurrunt quedã ex parte remittẽtis ꝛ quedã ex parte illi⁹ cui fit remiſſio ꝛ q̃dam ex parte illi⁹ quo fit remiſſio vl mediante quo. ¶ Ex parte remittẽtis duo concurrunt. ſ. mia reſpectu culpe et iuſticia reſpectu pene magis licet vtrũq; reſpectu vtriuſq; quoquo modo cõtra miſericordiam eſt deſperatio contra iuſticiaꝫ eſt preſumptio. Et hoc pcm̃ ĩponit Aug. Orige. 21. de ciui. c. 24. ꝛ 25. Extẽdit eñ vt dicit miſericordiã dei vltra iuſticiam permittẽdo vãnatis adhuc poſt ſecula multa vitã eternã. Primo autẽ peccato peccauit Judas extendens diuinam iuſticiam vltra miſericordiã ẽm Auguſtinum de ſermone dñi in monte. Judas deſperans cũ dixit peccaui facilius cucurrit ad laqueum q̃ veniã peteret ꝛ ponitur in ſra. ¶ Ex parte illius cui fit remiſſio duo concurrũt. Vnũ eſt propoſitũ nõ penitẽdi ꝛ contra iſtud eſt obſtinatio. Alius eſt dolor de pctis priorib cõmiſſis ꝛ cõtra iſtud eſt impenitẽtia finaliter qua quis finaliter ꝓponit nunq̃ penitere nec dolere de peccatõ. ¶ Ex parte illius vel illorum mediantibus quibus fit remiſſio duo requirũtur veritas fidei ꝛ eccleſie ꝛ noticia eius. Contra iſtud remedium eſt impugnatio veritatis agnite. Aliud requirit gratia ſacramẽtalis ꝛ caritas diuina in qua vniuntur fideles ꝛ cõtra iſtud eſt inuidẽtia ꝛ odiũ fraterne gratie vel diuine gratie et hoc aduertẽter ꝛ ex electiõe ꝛ directe ꝛ explicite. Sic igitur patet ꝯtum ad primũ articulum quid eſt peccatũ in ſpiritum ſanctũ et quot ſunt ſpecies eius. Hec de primo articulo.

¶ Quantuꝫ ad ſecũdum articulum dico q nullũ peccatũ eſt ſimpliciter irremiſſibile ꝛ abſolute in hac vita preſente.

an aliqꝫ pctm̃ ſit ſimplr irremiſſibile ꝛ quo.

¶ Hoc patet per ſcripturã Ezechielis. Quacũq; hora ingemuerit peccator ꝛc. Hoc patet per Saluatorem qui docuit orare pro remiſſione omniũ peccatorũ indifferẽter nullũ excipiẽdo. Et dimitte nobis debita noſtra ꝛc. Hoc patet etiam per Auguſtinũ. 1. retra. c. 18. ꝛ ponitur in littera de quocunq; peccato in hac vita nõ eſt deſperandum. Nec pro illo imprudẽter orator de quo nõ deſperatur. ¶ Dico tm̃ q peccatũ in ſpiritu ſanctũ dicitur irremiſſibile quia de difficili remiſſibile: qz peccãs ꝯtum eſt in ſe a ſeipſo per tale peccatũ excludit omne remediuꝫ contra peccatũ ꝛ promotiuum auxiliũ reſurgẽdi a peccato ẽm genus vel modũ ſui peccati. Dicitur etiã irremiſſibile aliquo modo ſicut alicꝭ morbus vel aliqua infirmitas dicitur incurabilis. ¶ Infirmitas eñ dicitur incurabilis vno modo in ſe: qz tam grauis eſt q mortalis ꝛ q medicina apposita nõ iuuaret. Et hoc modo nulla egritudo ſpiritualis eſt incurabilis in hac vita: qz poteſt apponi medicina ſacramentalis ꝛ poteſt curari. Nota. ¶ Alio modo dicitur incurabilis non quin poſſet curari per medicinam appoſitam: ſed quia medicina apponi non poteſt. Et hoc dupliciter. Vno modo quia non eſt medicus qui poſſit vel velit apponere ex iſto modo adhuc nulla infirmitas ſpiritualis eſt incurabilis: qz deus eſt medicus potens et volens medicinam apponere ꝯtum eſt in ſe. ¶ Alio modo quia infirm⁹ vel egrotus non vult medicinã ſuſcipere: quia faſtidit eam. Hoc modo eſt morbus ſpiritualis peccati in ſpiritũ ſanctum incurabilis: quia peccãs in ſpiritum ſanctũ faſtidit ꝛ contẽnit diuinã medicinã ꝯtum eſt ex tali peccato ꝛ ex plena libertate impigit nulla occaſiõe vehemẽte habita nec erroris nec paſſionis ſed ex electione ſicut dictũ eſt ſupra. Hec de ſecundo articulo. Forte dicitur hoc peccatum irremiſſibile de facto: quia nunq̃ de facto remittit vel quia raro ſaltẽ remittitur ꝛ ſi aliquãdo remittatur.

Ad pctõrũ remiſſionẽ concurrẽtia.

¶ Quantum ad tertium articulũ.

¶ Primo eſt inquirẽdum vtrum potẽtia peccati ſit a deo. ¶ Secũdo vtrũ pertineat intrinſece ad liberũ arbitrium. ¶ De primo videretur q non quia ſi potẽtia peccãdi eſt a deo: igitur deus habet potẽtiam peccãdi: quia cauſa equiuoca habet ſuum effectũ eminẽter. ¶ Secũdo qz qualis eſt actus talis ꝛ potẽtia. Sed actus peccãdi eſt malus: igitur ꝛ potẽtia. Sed malũ nõ eſt a deo. ¶ Tertio qz in potẽtia peccãdi nõ aſſimilatur creatura ipſi deo: q̃ ꝛc. ¶ Quarto qz potẽtia peccãdi non eſt niſi volũtas peccandi Sed voluntas peccandi nõ eſt a deo ſicut nec peccatum.

Potẽtia peccãdi an ſit a deo.

¶ Sed dico q aliter videtur

michi dicẽdũ diſtinguẽdo de potẽtia. ¶ Vno modo eñ accipitur potentia ſicut frequenter dictũ eſt ſupra pro principio quo agẽdi vel patiẽdi. ¶ Alio modo pro ordine vel reſpectu ad actũ fundato ĩ tali principio actiuo vel paſſiuo. Primo modo dico q potẽtia peccandi eſt voluntas creata. Secundo modo dico q ſi accipiatur iſte ordo ante actũ et anteq̃ actus ſit in re ꝛ in effectu non eſt aliquid reale in actu ſ̃ eſt reſpectus rõnis ĩ actu vel eſt reſpect⁹ in potentia qui poſtea futurus eſt in actu qñ actus ponetur in actu ꝛ tunc erit aliquid reale poſitiuum ꝛ reſpectus realis ad ipſum actũ realez poſitiuum in peccato ꝑmiſſionis non autez in peccato omiſſionis quia in eo nullus eſt actus. ¶ Tunc dico q accipiendo potentiam. Primo mõ oportet q potentia peccandi ſit a deo ſicut omne aliud poſitiuũ reale. ꝛ ſicut ponitur voluntas eſſe a deo creata ꝛ ſolũ per creationem habita tanq̃ conſubſtãtialis anie vel ſpiritui habito tantũ per creationez. ¶ Tertio modo accipiendo potentiaꝫ pro reſpectu rõnis ad actum ſic dico etiam q nihil impedit talẽ reſpectũ rationis eſſe a deo per actuꝫ ſui intellectus comparantis potentiam ad actum futurum. Sicut etiam intellectus noſter comparare poteſt. Sed vtrum ſit idem reſpectus factus per cõparationẽ intellectus diuini ꝛ intellectus noſtri non videt: qz ille eſt eternus puta factus ab eterno p intellectũ diuinũ. Iſte vero eſt tẽporalis factus p intellectũ noſtrum aliquis ſaltẽ poteſt eſſe a deo ꝛ hoc ad ipm̃ ſiue ẽm poſitiuum ſiue ẽm carẽtiã vel priuationẽ pfectiõis vel rectitudinis debite ineſſe ꝛ ita etiaꝫ poſſet dici ꝯtum ad hoc de reſpectu rationis potẽtie ad pctm̃ omiſſionis. ¶ Secũdo modo loquẽdo de reſpectu reali poſitiuo in actu potẽtie ad actũ ẽm ſuum poſitiuum qñ eſt ꝛ ponit in effectu. Oportet etiã q ſit a deo ſicut ꝛ omne aliud ens poſitiuũ qñ eſt in actu ſicut pbatũ eſt ſupra. ¶ Quãdo aũt anteq̃ ſit act⁹ in re nõ eſt niſi in potẽtia talis reſpectus tunc non eſt a deo ſicut a cauſa reali efficiente in actu: ſed in potentia tantum ſicut cui non repugnat cauſari vl eſſe ab ipſo deo ſicut patet.

Potẽtia duplex.

¶ Ad primuꝫ contra hoc dico

q accipiẽdo potẽtiã peccãdi pro omni poſitiuo reali qđ eſt in ipſa de⁹ habet potẽtiã peccãdi ſupemineñter ſicut oñe curſum vel potẽtiã currẽdi: non tñ oportet q põt currere vel moueri motu ꝓgreſſiuo. Quãtũ vero ad reſpectũ rõnis qđ dicit potẽtia aliquo mõ accepta non oportet q ſit in deo eminẽter. ¶ Ad ſecundũ dico q actus peccãdi ꝯtũ ad ſuuz poſitiuũ reale eſt bonus: ꝛ ſilr potẽtia ad ipm̃: ꝛ ſic deus eſt cauſa vtriuſq; malicie autẽ ꝛ deformitatis in ipſa potẽtia nõ eſt cauſa nec in ipſo actu. Aliter dici põt q nõ oportet ſi actus eſt malus q potẽtia ſubiectiua ſit mala. Bonũ eñ ſubiectũ eſt mali: vt dictũ eſt ſupra. ¶ Ad tertiũ dico q volũtas peccãdi vno modo accipit pro velle peccare ſicut frequẽter accipit volũtas p actu volũtatis ab Auguſtino et Anſelmo ꝛ alijs. Et iſto modo potẽtia peccandi nõ dr volũtas qz potẽtia nõ eſt actus ipſe. Illi⁹ autẽ qđ eſt poſitiuũ in tali velle peccãdi deus eſt cauſa nõ autẽ deformitatis nec efficiẽs nec deficiens. ¶ Alio modo accipit volũtas pro potẽtia ipſa: et ſic volũtas peccãdi. i. potẽtia peccãdi nõ eſt pctm̃: ſed eſt aliquid bonũ ꝯtum ad poſitiuũ reale. Vnde etiã malũ cauſat a bono ſicut dictũ eſt ſupra ꝛ talis boni de⁹ eſt p ſe cauſa. ¶ Ad quartũ dico q potentia peccãdi q̃dr volũtas creata pertinet ad imaginẽ trinitatis in creatura ꝛ ita ĩ ipſa ptialiter aſſimilatur creatura ipſi deo ꝯtum ad poſitiuuz reale qđ eſt in ipſa.

Volũtas peccandi multiplex

¶ De alio mẽbro huius articuli dicit aliquis q potẽtia peccãdi nõ ptinet intrinſece ad liberũ arbitriũ hoc pbat. Tum qz liberũ arbitriũ eſt in deo ꝛ in beatis: ꝛ tm̃ in eis nõ eſt potentia peccãdi: qz peccare nõ poſſunt. Tum qz potẽtia peccãdi nõ dicit pfectionẽ ſimplr. Tũ qz ẽm Anſelmũ de libero arbitrio poſſe peccare: nec eſt pars libertatis: igit ꝛc. ¶ Alij dicũt q potẽtia peccandi licet nõ ſit de ratione liberi arbitrij cõiter accepti ꝛ vniuerſaliter ſicut pbant ꝑmiſſe ratiões: q̃ tñ in quocũq; eſſet liberũ arbitriũ eſſet potẽtia peccandi vt dicũt eſſe de ratione liberi arbitrij creati ꝛ intrinſeca ſibi. Tum qz p hoc p̃cise diſtinguit liberũ arbitriũ creatũ ꝛ defectiuũ a libero arbitrio diuio. Tũ qz ſ̃tute diuina nõ põt abſolui liberũ arbitriũ creatũ a potẽtia peccãdi: qz de⁹ nõ põt facere creaturã naturaliter impeccabilẽ. Tũ qz potẽtia peccãdi eſt etiã potentia non peccãdi: ꝛ ita eſt potentia ad oppoſita ꝛ eſt potentia rationalis. Sed potẽtie rationales ad liberum arbitrium pertinent: ergo ꝛc̃.

potentia peccandi ad libũ ar.

¶ Sed aliter tertio modo hi/detur michi dicẽdũ. ſ. q potẽtia peccãdi. Vno modo accipit pro principio quo elicitiuo actus peccandi ꝛ iſto modo eſt volũtas loquẽdo de primo ꝛ principali principio ĩ creatura ꝛ iſto modo dicũt q potẽtia peccãdi vel eſt totũ liberũ eſſentialiter vel intrinſece ptinẽs ad ipm̃: qz ipſa ſola volũtas eſt principiũ liberũ in creatura ꝛ nullũ aliud ſicut dictũ eſt ſupra. ¶ Alio modo pro reſpectu quocũq; fundato in tali principio ad actũ poſitiuum vel priuatiuũ. Et ſic dico q potẽtia peccãdi intrinſece ꝛ eſſentialiter ad liberũ arbitriũ nõ ptinet nec creatũ nec increatũ. Tum qz liberũ arbitriũ quodcũq; dicit aliquid poſitiuũ abſolutũ. Tum qz talis reſpect⁹ ſi ſit realis qñq; eſt in potẽtia qñq; in actu exiſtente libero arbitrio in actu. Tum qz ſi ſit ratiõis ꝓ: qz nullũ ens rationis eſt de eſſentia nec intrinſece ptinet ad ens poſitiuum reale. Tum qz talib⁹ reſpectibus

potentia peccandi ẽm aucto rem.

circũscriptis per possibile vel impossibile nihil minus maneret liberũ arbitrium. g ꝛc. ¶ Dico tamẽ q tales respectus necessario cõcomitatur actu vel potẽtia saltẽ ipsam voluntatẽ creatam que est potẽtia peccãdi ꝛ est idem q liberũ arbitriũ peccabile. Liberũ eñ arbitrium simplr et in cõmuni peccatũ abstrahit a potẽtia peccãdi: qz in deo est liberũ arbitriũ perfecto simpliciter ꝛ nõ est in eo formaliter potẽtia peccandi: sed liberũ arbitrium creatũ. dico q nõ abstrahit a potẽtia peccãdi eo ipso q talis vl talis nature est que creata est ꝛ libera: ꝛ per ꝓns ex sua libertate impfecta ꝛ potẽs agere recte ꝛ non recte: ꝛ ita peccare: ita q ex ꝓpria natura positiua habet q hoc possit sicut deus ex ꝓpria natura intrinseca increata habet. s. q peccare nõ põt. ¶ Ex prẽdictis apparet solutio ad rationes aliorum.

¶ Ad primas dico

Et primo ad primã q potẽtia peccandi nõ pertinet ad liberũ arbitriũ simplr ꝛ in cõmuni vel in vniuersali acceptũ: qz potẽtia peccandi nõ est ī deo. Sed dico q potẽtia peccãdi que est voluntas ipsa pertinet ad tale liberũ arbitrium qñ est creatum. Quãdo dicis q in beatis nõ est potentia peccandi. Dico q immo sicut voluntas est in ipsis. Sed illa potentia non reducetur ad actũ: ꝛ ita impeccabiles dicũtur: sed quomodo ꝛ quare ꝛ p quez modũ apparebit in quarto. ¶ Ad scõm dico q potẽtia peccãdi que est voluntas vt sic dicit perfectionẽ simpliciter: ꝛ sic ad liberũ arbitrium saltẽ creatũ sed ꝯtum ad respectus illos cõcomitãtes non dicit perfectionẽ simpliciter ꝛ sic ad ipsum intrinsece nõ pertinet vel potest dici q potẽtia peccandi nõ pertinet intrinsece ad liberũ arbitrium in cõi ꝛ vniuersaliter acceptũ. ¶ Ad tertium potest per idẽ respõderi ad Anselmum.

¶ Ad alias rationes quando

dicitur q liberũ arbitrium creatum ꝓcise distinguitur ab increato per potẽtiã peccãdi. Dico q verũ est quia per voluntatem creatã sicut per seipsum si sola volũtas creata ad liberũ arbitrium creatum pertinet. Non autẽ de illis respectibus concomitãtibus: qz per illos nõ distinguitur ꝓmo liberũ arbitrium creatũ ab increato. ¶ Ad secũdum p ideꝫ q liberũ arbitrium creatũ non potest absolui a voluntate creata sicut nec a seipso: ꝛ intrinsece ptinet ad ipsum. Sed de illis respectibus licet non possit absolui ab illis saltẽ in potẽtia nõ oportet q pertineãt intrinsece ad ip̃m ꝓpter rationes supradictas. ¶ Ad tertiũ dico q potẽtia peccãdi que est voluntas ipsa ꝛ potentia non peccandi tanꝯ rationalis potestas ad liberũ arbitrium: licet nõ oporteat forte q quelibet potentia rationalis sit intrinseca libero arbitrio essentialiter. Sic ad questionem.

¶ Ad argumẽta ꝓncipalia

dico. Ad primũ q peccatum in spiritũ sanctũ est irremissibile modo supradicto. ¶ Quando dicis q non est dare peccatũ in spiritũ sanctum. Dico q immo licet quodlibet mortale peccatũ totam trinitatem offendat. Non eñ dicitur in spiritum: qz solus spiritũ sanctũ offendat: sed ꝓpter causam supradictã. ¶ Ad secũdũ de obstinatione eo modo quo accipit obstinationem sicut accipitur in damnatis. ¶ Et ad tertiũ de ipossibilitate remissiõis ex parte remittẽtis vl illi? cui fit remissio. ¶ Et ad quartum de morte christi dico q concludũt q peccatuz in spiritũ sanctum nõ est simpliciter ꝛ absolute irremissibile licet sit irremissibile quoquomodo sicut dictum est supra.

¶ Ad alia in oppositũ.

Ad primũ dico q non intendit Saluator peccatũ illud esse simpliciter irremissibile sed de difficili: qz difficile est q remittatur in hoc seculo nec per consequẽs in alio. ¶ Ad aliud de peccato in mortem dico q potest intelligi de peccato finali in quo ꝯs moritur ꝛ decedit ꝛ pro illo non est orandum de lege cõmuni nisi forte ex reuelatione speciali sicut orauit beatus Gregoriꝰ ꝓ troiano iam dãnato in inferno ꝛ oratione bti Gregorij ad vitam reuocato ex clemẽtia summa bonitatis dei. Qui est bñdictus in secula seculorũ. Amẽ.

¶ Expliciũt preclarissime ꝛ sane ꝯ vtiles questiones super secundũ sentẽtiarum: a profundissimo et ingenioso theologo Fratre Joanne de bassolis studiose compositę/ ꝛ discusse. Impresse nouiter in alma Parhisiorũ Lutecia (Previa tamen diligenti examinatione/ seu correctione/ et debita coordinatione ipsarum) Sumptibus honestorum bibliopolarum Francisci Regnault et Joannis Frellon. Arte vero ꝛ nitidissimis caracteribus Nicolai de Pratis Calcographi probatissimi. Anno ab orbe redempto millesimo quingentesimo decimosexto/ die vltimo mensis Octobris.

Laus Jesu.

Marcescit sine aduersario virtus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA